32. Πρόσαντες] Videtur nihil opus eſſe huic loco, niſi ut revocetur, quod jam factum, ſimpliciter Aldina lectio, ſublato ſolum inciſo, quod ibi etiam ponitur inter πρόσαντες & παρ᾽ ἑκάτερον. Nimirum hoc παρ᾽ ἑκάτερον, in quo tanto opere laboratur ad πρόσαντες refertur commodiſſime. *Utrinque praeruptum eſt & audientibus* adverſum atque moleſtum, non minus quam aſperum & praeruptum iter viatoribus, laudare alios; difficile ergo ſcribenti, & in utramque partem difficile, cum vel nimis videaris prodigus, vel parcus nimis. Ut hic metaphorice Lucianus, ſic proprie Caeſar B. Civ. I, 45. *Praeruptus locus erat, utraque ex parte directus.* *J.M.G.*

Ibid. Παρ᾽ ἑκάτερον] Hic locus eſt mutilus] *Longol.* De utraque auditorum parte intelligo, laudatis ſcilicet & laudes audientibus. Alio tamen ſenſu uſurpat, ex Graeco, ni fallor, *Terentius*, in utramque partem, in prol. Heautont. ſub finem, & III. 1. 31. *M. du S.*

Παρ᾽ ἑκάτερον] Conf. infra Ἱσ. β. c. 40. Et Θεῶν διάλ. XVI. *M. du S.*

33. Τοῖς ἀκούουσιν· ἢν ἐπινοήσαις] Vulgatam mutavi ἦν in ἢν migrando, & diſtinctionem quae poſt ἦν erat, ante illud collocando, praeeuntibus G. L. & *J.* quod enim vulgo legebatur. οὐδὲ τερπνὸν — τοῖς ἀκούουσιν ἦν, μὴ τὸ συρφετὸν, &c. *vertebaturque: neque jucundum audientibus erat, dum non de faece hominum intelligamus*, id ex Graeco ſic vix elicias; jam vero ἢν μὴ conjunctum apertius *niſi* ſignificabit, & verbum *erat*, ſatis intelligitur per ellipſin; ſed pro ἐπινοῆσαι jam quoque recepi ἐπινοήσαις. durior hic enim eſt infinitivus. Immo cum & margo *A1W.* id habeat, & Cl. *Geſnerus* quoque ſic legendum exiſtimet, tanto magis ad id recipiendum permoveor. *J.F.R.*

Ibid. Ἢν μὴ — ἐπινοῆσαι] Ἢν μὴ — ἐπινοήσῃ. *F.G.*

Ἢν μὴ . . .] Sic omnino legendum cum Mſſ. G. P. L. & Ed. *J.* Niſi cum G. mſ. legas mox ἐπινοεῖ pro ἐπινοῆσαι. Reliquae Edd. ἦν &c. cum praecedentibus conjungunt. *M. du S.*

36. Ἀκροα-

eam ſimilem reddideris Herculi in Lydia: veriſimile enim eſt alicubi eum te vidiſſe pictum, ut ſervit Omphalae, habitu indutum plane alieno: illam quidem Leonina tectam, clavamque manu tenentem, nempe quaſi Hercules ſit; ipſum vero in crocoto, & purpura, carpentem lanas, & ſandalio Omphales percuſſum. Turpiſſimum illud eſt ſpectaculum, quod recedit a corpore veſtis, nec ſatis applicatur, & quidquid in deo virile eſt, indecore effeminatur.

ὁμοίαν αὐτὴν ἐξεργάσαιο τῷ ἐν Λυδίᾳ Ἡρακλεῖ. ἑωρακέναι γάρ [h] πού σε εἰκὸς γεγραμμένον, τῇ Ὀμφάλῃ δουλεύοντα, πάνυ ἀλλόκοτον σκευὴν ἐσκευασμένον, ἐκείνην μὲν, τὴν λεόντα αὐτοῦ περιβεβλημένην, καὶ τὸ ξύλον ἐν τῇ χειρὶ ἔχουσαν, ὡς Ἡρακλέα δῆθεν οὖσαν, αὐτὸν δὲ, ἐν κροκωτῷ, καὶ πορφυρίδι, ἔρια ξαίνοντα, καὶ παιόμενον ὑπὸ τῆς Ὀμφάλης τῷ [i] σανδάλῳ· καὶ τὸ θέαμα αἴσχιστον, ἀφεστῶσα ἡ ἐσθὴς τοῦ σώματος, καὶ μὴ προσιζάνουσα, καὶ τοῦ θεοῦ τὸ ἀνδρῶδες ἀσχημόνως καταθηλυνόμενον.

11. Ac vulgus quidem, haec ipſa fortaſſe in te laudaverit: at illi pauci, quos tu contemnis, ſuaviter ſane & ad ſatietatem ridebunt, videntes rem abſurdam, in-

Καὶ οἱ μὲν πολλοὶ, ἴσως καὶ ταῦτά [k] σου ἐπαινέσονται· οἱ ὀλίγοι δὲ ἐκεῖνοι, ὧν σὺ καταφρονεῖς, μάλα ἡδὺ, καὶ ἐς κόρον γελάσονται, ὁρῶντες τὸ [l] ἀσύμφυλον, καὶ ἀνάρμοστον,

h Πού σε] Σέ που W. *i* Σανδάλῳ] Σανδαλίῳ W. *k* Σου] Σοι M. P. & marg. *A* 1 *W.* Σου ſervant Edd. & Ex. *l* Ἀσύμφυλον] Sic dedi ex Codd. L. P. W. & *Angl.* Ἀσύφηλον enim habebant Edd. omn. praeter *Fl.* quae ἀσύμφηλον. Et praeter *J.* quae ἀσύμφιλον.

36. Ἀκροασομ.] W. In reliquis ἀκροασαμ. *M. du S.*

Ἀκροασαμένους] *Etsi vulgata* ferri poteſt, ut ſignificet eos qui ſic audire ſolent, tamen accuratior videtur lectio Cod. W. futurum exhibens, i. e. eos qui hanc hiſtoriam *audituri*, vel *lecturi ſunt.* *J. F. R.*

42. Τὸν τύπον] Κατὰ τὸν τύπον. *F. G.* Κατὰ quippe non inſerendum, ſed intelligendum, monere voluit, credo. *J. F. R.*

44. Φροντίζειν]. Tales ait Auctor comparandos eſſe auditores, quibus quis ſcripta ſua velit probare, qui exactiſſime omnia examinent & ἀργυραμοιβικῶς expendant: *ad hos*, inquit, ἀποβλέποντα χρὴ καὶ συγγράφειν. τῶν δ᾽ ἄλλων ὀλίγον φροντίζειν. Sic namque ex vetuſtis editionibus corrigendum; poſteriores peſſime φροντίζει. *J. J.*

49. Γάρ που σε] Ita που σε ſine accentu exaratum eſt in Edd. priſcis *J.* Fl. *Ald.* & hinc in reliquis. Neque enim Grammaticorum canon hic poterat obſervari, ut pluribus encliticis ſeſe ſubſequentibus, unius accentus in alteram tranſiret; alioqui ſcribendum fuiſſet πού σε quod ſignificatio quam πού hic habet, vix patitur. *J. F. R.*

Ibid. Γεγραμμένον] Meminit hujus *Terentius* Eun. V. 8. *Plautus* etiam in Trin. initio ipſo, & *Perſ.* 5. Vide etiam *Plut.* 1406. a. quo in loco ῥαπίζειν legendum. *M. du S.*

54. Ἐν κροκωτῷ] *Plutarch.* quoque ſcribit Herculem κροκωτοφόρον pingi ſolitum. Crocota autem crocei coloris veſtis. Non. Marcell. *A. V.*

Ἐν κροκωτῷ] Quem cultum tamen deinceps ut & Herculis titulum affectavit Commodus. *Herodian.* I. 14. 16. ἀποδυσάμενός τε τὸ Ῥωμαίων καὶ βασίλειον σχῆμα, λεοντῆν ὑπεστρώννυτο καὶ ῥόπαλον μετὰ χεῖρας φέρειν, ἀμφιέννυτο τε ἁλουργεῖς καὶ χρυσουφεῖς ἐσθῆτας, ὡς εἶναι καταγέλαστον αὐτὸν καὶ ὑφ᾽ ἑνὶ σχήματι θηλειῶν πολυτέλειαν καὶ ἡρώων ἰσχὺν μιμούμενον. V. & *Ariſtoph.* Βατρ. p. 94. 2. *M. du S.*

Ἐν κροκωτῷ] Conf. *Ariſtoph.* Ran. 46. & ad eum nott. Illuſtr. *Ez. Spanh.* qui & hunc Luciani locum adfert & muliebre hoc veſtimenti genus exponit ex *Athen.* V. 198. *pellucidum amiculum quod ſupra purpuream tunicam injicitur.* *J. F. R.*

56. Σανδάλῳ] Sic pro σανδαλίῳ conſtanter legitur in Edd. vett. quas excuſſi, & recte; (quamvis utrumque dicatur.) Vid. ſupra *Deor. Dial.* XII. m. ubi plane idem ait: παιόμενος ὑπὸ τῆς Ὀμφάλης χρυσῷ σανδάλῳ. Et *Dial.* XI. m. πληγὰς αὐτῷ ἐνέτεινα — τῷ σανδάλῳ, & ſic alibi non ſemel, quare hoc praetuli, quia Noſtro uſitatius eſt. Addiderat Cl. *La Croze*, vid. *Terent.* ſine dubio reſpiciens illa in *Eunuch.* V. 8. 4. *Utinam tibi commitigari videam ſandalio caput.* Ad quae interprett. plura de ſandaliis. *J. F. R.*

63. Ἀσύφηλον] Flor. & Angl. ἀσύμφυλον & ἀσύμφηλον. *J. B.*

Ἀσύμφυλον] Variant hic libri: ſed vera & genuina lectio eſt, quam ex W. P. & L. exhibeo. Conſentiunt omnes, exceptis duobus, in Ῥητ. c. 16. Ἀσύφηλον vero quod & apud *Suidam* perperam legitur ἀσύμφηλον, aliud eſt. V. Iliad. I. 643. quod jam doctiſſimo *Suidae* editori obſervatum eſt. Adde *Plut.* 1672. 1. *M. du S.*

Ἀσύφηλον] Cum non ſoleant vocem facilem & obviam in ignotiorem mutare librarii; ἀσύφηλος autem

ſi

στον, καὶ δυσκόλληλον τοῦ πράγματος. ἑκάστου γὰρ δὴ ἴδιόν τι, καλόν ἐστιν. εἰ δὲ τοῦτο ἐναλλάξειας, ἀκαλλὲς τὸ αὐτὸ παρὰ τὴν χρῆσιν γίγνεται. ἐῶ λέγειν ὅτι οἱ ἔπαινοι, ἑνὶ μὲν ἴσως τερπνοὶ, τῷ ἐπαινουμένῳ, τοῖς δ' ἄλλοις, ἐπαχθεῖς· καὶ μάλιστα ἢν ὑπερφυεῖς τὰς ὑπερβολὰς ἔχωσιν· οἵους αὐτοὺς οἱ πολλοὶ ἀπεργάζονται, τὴν εὔνοιαν τὴν παρὰ τῶν ἐπαινουμένων θηρώμενοι, καὶ ἐνδιατρίβοντες, ἄχρι τοῦ πᾶσι προφανῆ τὴν κολακείαν [a] ἐξεργάσασθαι· οὐδὲ γὰρ κατὰ τέχνην αὐτὸ δρᾶν ἴσασιν, οὐδ' ἐπισκιάζουσι τὴν θωπείαν· ἀλλ' ἐμπεσόντες, ἀθρόα πάντα καὶ ἀπίθανα, καὶ γυμνὰ διεξίασιν.

Ὥστε οὐδὲ τυγχάνουσιν οὗ μάλιστα ἐφίενται· οἱ γὰρ ἐπαινούμενοι πρὸς αὐτῶν, μισοῦσι μᾶλλον, καὶ ἀποστρέφονται ὡς κόλακας, εὖ ποιοῦντες, καὶ μάλιστα ἢν ἀνδρώδεις τὰς γνώμας ὦσιν. ὥσπερ [b] Ἀριστοβούλου μονομαχίαν γράψαντος Ἀλεξάνδρου, καὶ Πώρου, καὶ

congruam & combinari neſciam. Singulorum enim propria quaedam pulchritudo eſt. Horum vero ſi vices permutes, deforme idem, quia extra uſum ſuum, fuerit. Mitto dicere, laudes uni quidem forte jucundas, illi nempe, qui laudatur, caeteris vero graves, in primis ſi immodicos exceſſus habeant, quales vulgus *ſcribentium* facit, dum aucupantur eorum quos laudant benevolentiam, & in iis eo usque morantur, donec manifeſtam omnibus adulationem efficiant. Neque enim arte hoc facere norunt, nec adulationem inumbrant. Sed facto impetu, conferta omnia & improbabilia, & nuda perſequuntur.

12. Adeo ut neque aſſequantur id quod maxime concupiſcunt. Qui enim ab ipſis laudantur, odio magis illos habent, & tanquam adulatores averſantur, bene illi quidem, maxime ſi virili *& magno* ſint animo. Quemadmodum, cum ſolitariam Alexandri cum Poro pugnam ſcripſiſſet Ariſto-

a Ἐξεργάσασθαι] Ἐξεργάσεσθαι W. b Ἀριστοβούλου] Ἀριστόβουλος μ. γράψας. Angl. M. & marg. *Fl.* Prius vero ſervant Edd. & P.

fit *Homer*. Il. I, 643. & Ω, 767. hoc ſervandum duco, & interpretatus ſum, non quo illam plane cognitam habeam, ſed ut convenire huic ſententiae, nec repugnare locis Homericis videbatur. *J.M.G.*

Ἀσύμφυλον] Verum eſt Librarios non ſolere vocem obviam in ignotiorem mutare; ideoque lubens concederem Cl. *Geſnero* Homericum ἀσύφηλον retinenti: ſi ſignificatum ejus huc convenire certum eſſet. Verum quia non potuit ſcire quid Codd. noſtri haberent, ego conſenſum eorum in voce obvia, & hic bene congrua, praeferendum duxi, eoque magis, quia duae Edd. principes *Fl.* & *J.* ne quidem vulgatae adſentiuntur, ſed ad alteram codicum quoque ducunt. *J.F.R.*

82. Ἀριστοβούλου] Γράψαντος. Angl. Ἀριστόβουλος γράψας. *J.B.*

Ἀριστοβούλου] Adi *Voſſ.* de Hiſt. Gr. Laudat hunc *Plut.* in Alex. & 584. 1. unde liquet extitiſſe illius novam & ab hac diverſam hiſtoriam. *Strabo* etiam XV. p.m. 494. A. Vid. & 608. 1. ejusdem P. *M. du S.*

Ἀριστοβούλου] Faceſſat lectio Codicum, nominativum exprimentium; etſi enim nominativi abſoluti exempla non deſint, tamen quia iidem libri ἀναγνόντος non mutant, hinc nec γράψαντος nec Ἀριστοβούλου mutandum erat; non enim Alexander legebat, ſed ipſi Ariſtobulus auctor ei ſuum opus praelegebat, quod olim moris fuiſſe, non eſt opus exemplis probari; quum Alexander poſtea demum librum arripuiſſe, & in caput auctoris projeciſſe dicatur. Exempla autem iſtius nominativi quaſi abſoluti dabimus alibi. *J.F.R.*

90. Ἐπὶ κεφαλὴν] Mirum videri poſſit uſurpari hanc phraſin de *libro*, cum proprie de animalibus dicatur prono capite deturbatis, uti uſurpatur in Gallo c. 23. ἐπὶ κεφαλὴν ἐς πέλαγος ἐμπεσόντες. Sed videtur ad alia etiam tandem uſu detorta fuiſſe. Vid. de *ara* uſurpatum Z. τρ. c. 44. *M. du S.*

93. Ἐν ἀκοντίῳ] Καὶ σὲ δὲ οὕτως Ἀριστόβουλε, τοιαῦτα ὑπὲρ ἐμοῦ μονομαχοῦντα, καὶ ἐλέφαντας ἐν ἀκοντίῳ φονεύοντα. Scio ut defendi poſſit haec ſcriptura, verum perſuaſum tamen habeo Lucianum ſcripſiſſe, καὶ ἐλέφαντας ἑνὶ ἀκοντίῳ φονεύοντα. *una ſagitta elephantes interficientem.* Quod & Mſ. prae ſe fert, ut nunc deprehendi, cum haec ex meis ſchedis, in quas ante viginti quinque annos has conjecturas inſcripſeram, excerperem, ut dubium nullum reliquum ſit, vere me conjeciſſe. *J.G.G.*

Ἐν ἀκοντίῳ] Inſolens admodum haec phraſis, nec Luciani manum hic agnoſco, neque in his in Dial. *Prot.* & *Plut.* ſeu N. Δ. 23. καθικόμενον ἐν τῇ ῥάβδῳ. In L. uti & in G. ἑνὶ, quod commodius, ſed nondum mihi rectum videtur, M. Vulgatum ἐν retinet. Elephan-

ſtobulus, & illum maxime libri ſui locum ei praelegeret: putabat enim maximam ſe a Rege gratiam initurum, quod mentiendo fortia quaedam facta illi adſtrueret, & opera fingeret vero majora: arreptum ille librum, commodum autem in Hydaſpe fluvio navigabant, praecipitem in aquam abjecit, addens, *te quoque oportebat*, *Ariſtobule*, ita tractari, *qui iſtam pro me pugnam ſuſceperis*, *& jaculo elephantos interficias.* Et debebat ita indignari Alexander, qui neque architecti conatum ferret, polliciti, ſe Athonem ſtatuam ipſius facturum, & in Regis ſimulacrum transformaturum eſſe montem. Sed adulatorem ſtatim hominem intelligens, non amplius illo, neque ad alia ſimiliter *ut antea* uſus eſt.

13. Ubi igitur in hiſce jucunditas, niſi ſi quis plane ſit ſtupidus, ut ſe in talibus laudari gaudeat; quorum e veſtigio oſten-

[c] ἀναγνόντος αὐτῷ τοῦτο μάλιστα τὸ χωρίον τῆς γραφῆς (ᾤετο γὰρ χαριεῖσθαι τὰ μέγιστα τῷ βασιλεῖ, ἐπιψευδόμενος ἀριστείας τινὰς αὐτῷ, καὶ ἀναπλάττων ἔργα μείζω τῆς ἀληθείας) λαβὼν [d] ἐκεῖνος τὸ βιβλίον, (πλέοντες δ' ἐτύγχανον ἐν τῷ ποταμῷ τῷ Ὑδάσπει) ἔρριψεν ἐπὶ κεφαλὴν ἐς τὸ ὕδωρ, ἐπειπών, καὶ σὲ δὲ οὕτως ἐχρῆν, ὦ Ἀριστόβουλε, τοιαῦτα ὑπὲρ ἐμοῦ μονομαχοῦντα, καὶ ἐλέφαντας [e] ἐν ἀκοντίῳ φονεύοντα. καὶ ἔμελλέ γε οὕτως ἀγανακτήσειν ὁ Ἀλέξανδρος, [f] ὅς γε οὐδὲ τὴν τοῦ ἀρχιτέκτονος τόλμαν ἠνέσχετο, ὑπισχνουμένου τὸν Ἄθω εἰκόνα ποιήσειν αὐτοῦ, καὶ μετακοσμήσειν τὸ ὄρος ἐς ὁμοιότητα τοῦ βασιλέως· ἀλλὰ κόλακα εὐθὺς ἐπιγνοὺς τὸν ἄνθρωπον, οὐκ ἔτ' οὐδ' ἐς τὰ ἄλλα ὁμοίως ἐχρῆτο.

Ποῦ τοίνυν τὸ τερπνὸν ἐν τούτοις, ἐκτὸς εἰ μή τις κομιδῇ ἀνόητος εἴη, ὡς χαίρειν τὰ τοιαῦτα ἐπαινούμενος; ὧν παρὰ πόδας οἱ ἐλεγ-

c Ἀναγνόντος] Sic Edd. & M. *d* Ἐκεῖνος] Deeſt in W. *e* Ἐν] Ἐνὶ G. L. recte. Prius autem Edd. & M. *f* Ὅς γε] Sic etiam M. Sed a recentiore manu.

4. Παρὰ πόδας] Ἐγγὺς, πλησίον. G.

phantos autem, quamvis haec quidem Ariſtobuli fabuloſa erat narratio, conto transfixos Romae legimus a Commodo aliisque. V. *Æl. Lamprid.* c. 12. & not. *Caſaub. virium ad conficiendas feras tantarum fuit, ut Elephantum conto transfigeret.* *M. du S.*

Ἐν ἀκοντίῳ φονεύοντα] Etſi praepoſitio abundans pro ablativo inſtrumenti recte adeſſe poteſt, ut pluribus probavi ad *Herodot.* c. 5. & ante me Cl. *Hemſth.* ad Dial. mort. XXIII. f. ubi καθικόμενον σὺν τῇ ῥάβδῳ, quae verba *Solanus* immerito ſuſpecta habet, tamen hic aliquantum languet hiſtoria; itaque ἑνὶ ἀκοντίῳ unice verum eſſe ſtatuo, & recepiſſem profecto, ſi numerum elephantorum, qui excidiſſe videtur, addere ex aliquo Codice vel Editione poſſem. Senſus enim poſtulat, ut *uno jaculo plures elephantes* (ſimul) *trajeciſſe* dicatur Alexander, ac tum adulatio nimia, quam Lucianus redarguere vult, ſeſe prodit, quae jam in vulgata lectione nulla eſt; tum vero juſta Alexandri patet ira, quum ἀδύνατα adeo, ſive manifeſto falſa ipſi tribuuntur. Licet enim pluralis ἐλέφαντας ſufficere videatur, & vel ſic longe melior ſenſus ſit, quam vulgatae, tamen hiat aliquantum oratio, niſi *duos* vel *tres* addideris. Miror *Solano* haec in mentem non veniſſe, qui tam ſtudioſe haec verba videtur excuſſiſſe. Quum ſenſus τοῦ ἑνὶ tam facile pateat. Fateor enim nihil novi eſſe ſingulos elephantos contis trajectos, ſed parvo jaculo, quod diminutivum ἀκοντίον notat, unoque ictu duos transfixos, hoc erat miraculum. Ἐπὶ κεφαλὴν autem ſi non de capite libri, an igitur de capite auctoris intelligendum, quod Alexander petens librum ſimul in aquam projecerit? poteſt enim ἐπὶ intelligi *verſus*, *ad*; ita ut liber directus *verſus* auctoris caput, etſi non tetigerit, in mare ſit projectus. At ſequens σὲ δὲ, id non permittit. *J. F. R.*

95. Ἀρχιτέκτονος] Dinocratis ſcilicet, cujus hiſtoria ſcitu digna. Is cum Alexandro innoteſcere cuperet, nec facilem ad eum aditum reperiret, ad hanc tandem artem confugit. Unctus & corona populea redimitus, pellem etiam leoninam, caetera nudus, induit: eoque ornatu locum petit qua Alexandro iter futurum ſciebat. Eo viſo rident comites, Alexander ipſe novo ſpectaculo illectus hominem alloquitur, & mox ſuſcipit. Hinc tanta viri fortuna, quam ut aulicae artes aedificaverant, ita adulatio nimia deinde ſubvertit. Vid. *Vitruvium* in praef. At Plutarcho *Staſicrates* audit, non *Dinocrates* 597. 2. Sed *Dinocratis* etiam nomine occurrit apud *Plin.* & *Strab.* VII. qui Alexandriam ab eo, ad Chlamydis formam deſcri-

ptam

ἔλεγχοι· ὥσπερ οἱ ἄμορφοι τῶν ἀνθρώπων, καὶ μάλιστά γε τὰ γύναια τοῖς γραφεῦσι παρακελευόμενα ὡς καλλίστας αὐτὰς γράφειν· οἴονται γὰρ ἄμεινον ἕξειν τὴν ὄψιν, ἣν ὁ γραφεὺς αὐταῖς ἐρύθημά τε πλεῖον [a] ἐπανθίσῃ, καὶ τὸ λευκὸν ἐγκαταμίξῃ πολὺ τῷ φαρμάκῳ. [b] τοιοῦτοι τῶν συγγραφόντων οἱ πολλοί εἰσι τὸ τήμερον, [c] καὶ τὸ ἴδιον, καὶ τὸ [d] χρειῶδες, ὅ, τι ἂν ἐκ τῆς ἱστορίας ἐλπίσωσι, [e] θεραπεύοντες. οὓς μισεῖσθαι καλῶς εἶχεν, ἐς μὲν τὸ παρὸν, κόλακας προδήλους, καὶ ἀτέχνους ὄντας· ἐς τοὐπιὸν δὲ, ὕποπτον ταῖς ὑπερβολαῖς τὴν ὅλην πραγματείαν ἀποφαίνοντας. εἰ δέ τις πάντως τὸ τερπνὸν ἡγεῖται [f] καταμεμίχθαι δεῖν τῇ ἱστορίᾳ, [g] πάσῃ

di vanitas poſſit : ut homines deformes, praeſertim mulierculae, quae pictoribus injungunt, ſe ut quam pulcherrimas pingant. Putant enim ſpecioſiores ſe futuras, ſi plus floridi ruboris pictor adhibeat, & album multum pigmento admiſceat. Tale eſt vulgus hiſtoricorum, qui praeſenti tempori, & ſuae rei, & utilitati, quam ſperant ex hiſtoria, ſerviant? quos bonum erat odiſſe, qui in praeſens quidem adulatores manifeſti & inertes ſint, in futurum autem ſuis exceſſibus ſuſpectam totam rem faciant. Si quis vero putat, omnino jucunditatem admiſtam eſſe debere hiſtoriae, ille reliqua ad-

a Ἐπανθήσῃ] Ἐπανθίσῃ P. & marg. *A1W.* Ἐπάνθισε Angl. *b* Τοιοῦτοι] Τοιοῦτοι πολλοὶ W. *c* Καὶ] Abeſt a *Fl.* Adeſt in *J. H. P.* & M. *d* Χρειῶδες] Sic Edd. &c. Χρεῶδες W. *e* Θεραπεύοντες] Θεραπεύεσθαι Angl. P. L. W. in raſura. Prius autem Edd. recte tuentur. *f* Καταμεμίχθαι] Καὶ τὸ μ. W. *g* Πάσῃ] Deeſt in W. & *Fl.* Adeſt in P. & cett. Edd.

ptam & conditam memoriae prodidit. *Vitruvius* quibusdam a Luciano hic prolatis refragatur. Eandem hiſtoriam habes iterum. ὑ Εἰκ. c. 9. *M. du S.*

9. Ἐπανθήσῃ] Angl. ἐπάνθισε. *J.B.*

Ἐπανθήσῃ] Οἴονται γὰρ ἄμεινον ἕξειν τὴν ὄψιν, ἣν ὁ γραφεὺς αὐταῖς ἐρύθημά τε πλεῖον ἐπανθήσῃ, καὶ τὸ λευκὸν ἐγκαταμίξῃ πολὺ τῷ φαρμάκῳ. Recte interpres : *Arbitrantur enim melius ſe habituram faciem, ſi pictor illis plurimum ruborem illinat, & pigmento multum candoris admiſceat.* Sed pro ἐπανθήσῃ ſcribendum ἐπανθίσῃ. Accedit proxime liber Anglicanus, quem vidit *Bourdelotius*, qui legit ἐπάνθισε. Ἀνθίζειν & ἐπανθίζειν eſt pingere, floridis coloribus inficere. Herodot. Clejo, ἠνθισμένοι φαρμάκοισι προμαχεῶνες *propugnacula picta variis coloribus.* Noſter inferius in hoc ipſo libro: Οἱ δὲ ἔπλαττον μόνον, καὶ ἔπριον τὸν ἐλέφαντα, καὶ ἔξεον, καὶ ἐκόλλων, καὶ ἐρρύθμιζον, καὶ ἐπάνθιζον τῷ χρυσῷ. *Illi vero tantum formabant & ſecabant ebur, & poliebant, & conglutinabant, & concinnabant, & auro inducebant.* Sophoc. οὐ γάρ σε μὴ γνῶσιν ὧδ' ἠνθισμένον. *Te enim non cognoſcent ſic coloratum.* Syneſius : καὶ εὐθὺς ἐπανθεῖ μοι κατὰ τῆς παρειᾶς ἐρύθημα. *& ſtatim mea gena rubore perfundebatur.* Ἄνθος ſaepe eſt color. ἄνθη τῶν εἰκόνων ſunt picturae Philoſtrato. *Heſych.* ἄνθη χρώματα. Moſchopulus τῶν ὀνομάτων Ἀττικῶν συλλογῇ. ἀπὸ τοῦ τῶν βοτανῶν ἄνθους λέγεται ἄνθος κατὰ μεταφορὰν τὸ χρῶμα. ὡς παρὰ τῷ Φιλοστράτῳ τῷ τὰ εἴδη ἄνθη φαίνεται, ἤγουν τῷ χρώματι. ὅτι δὲ ἴδη βοτάνη τις καθὸ λέγεται ἀνθοκρόκοισι πήναις παρ' Εὐριπίδῃ. Sic legenda ſunt haec verba. Locus Euripidis eſt in Hecuba v. 468.

Ἐν κροκέῳ πέπλῳ
Ζεύξομαι ἅρματι πώλους
Ἐν δαιδαλέαισι ποικίλλουσ' ἀνθοκρόκοισι πήναις.

Ubi interpretes peſſime : *in crocea veſte jungam currui equos, in artificioſis variegans croceo flore decoris tapetibus?* Ἀνθόκροκοι πῆναι ſunt fila variis coloribus tincta, licia diverſorum colorum. Πῆναι μίτος, κρόκη, ſubtemen, fila. χρυσόπηναι veſtes aureis filis pictae, *Virgil. picturatae auri ſubtemine veſtes.* Reſtituenda eſt haec vox *Polluci* lib. X. c. 10. ubi recenſet vocabula ad lanificium & textrinam pertinentia : καὶ πήρα & πηνίον κατάγειν, καταγαγεῖν. Interpres: *peram fuſum ducere, deducere.* Quid lanificio cum pera. lege πῆνα. *Euripides* autem ſic vertendus : *In crocea veſte jungam currui equos, artificioſis pingens diverſicoloribus filis.* Ἐν δαιδαλέαισι ποικίλλουσα eſt pro ἐνποικίλλουσα δαιδαλέαισι. *J.G.G.*

Ἐπανθίσῃ] Ad hanc ſcripturam accedit Angl. Cod. quae in P. plane habetur. In vulgatis ἐπανθήσῃ. Vid. infra c. 55. *M. du S.*

13. Θεραπεύοντες] Angl. θεραπεύεσθαι. *J.B.*

Θεράπ.] Sic infra c. 40. εἰ δὲ τὸ παραυτίκα τὶς θεραπεύοι, &c. aliam lectionem hic Codd. A. W. P. & L. praeferunt, haud ſane ſpernendam, nempe θεραπεύεσθαι; quam ſi admittas, ſupple ὡς. Sed in W. aliter prius fuerat. *M. du S.*

19. Πάσῃ] Diſtinctione juvimus hunc locum & interpretatione. Jungebant ἱστορίᾳ πάσῃ, & interpretabantur *omni hiſtoriae* : ſic laborabant ſequentia. Nobis πάσῃ eſſe aoriſtus primus ex πάσσω vel πάττω quod de coloribus & pigmentis uſurpari notum eſt. *J.M.G.*

adſpergat, quae cum veritate jucunda ſunt in aliis orationis ornamentis, quibus neglectis vulgares illi ea, quae nihil ad rem faciunt, inculcant.

14. At ego etiam enarrabo, quaecunque memini nuper in Ionia ex hiſtoricis quibusdam, & profecto in Achaia etiam, audita, idem hoc bellum enarrantibus. Et per *ego vos* Gratias *obſecro*, nemo his quae dicentur fidem deneget: vera enim eſſe jurare etiam poſſim, ſi urbanum eſſet jusjurandum ſcripto interponere. Unus quidem illorum aliquis a Muſis ſtatim initium fecerat, precatus Deas, ut manum ſcriptioni ſecum admoveant. Vides quam concinnum principium, & conveniens hiſtoria, quae-

[h] τὰ ἄλλα, ἃ σὺν ἀληθείᾳ τερπνά ἐστιν ἐν τοῖς ἄλλοις κάλλεσι τοῦ λόγου· ὧν ἀμελήσαντες οἱ πολλοὶ, τὰ μηδὲν προσήκοντα ἐπεισκυκλοῦσιν.

Ἐγὼ δ' οὖν καὶ διηγήσομαι ὁπόσα μέμνημαι ἔναγχος ἐν Ἰωνίᾳ συγγραφέων τινῶν, καὶ, νὴ Δία, ἐν Ἀχαΐᾳ πρώην ἀκούσας τὸν αὐτὸν τοῦτον πόλεμον διηγουμένων· καὶ πρὸς Χαρίτων, μηδεὶς ἀπιστήσῃ τοῖς λεχθησομένοις, ὅτι γὰρ ἀληθῆ ἐστι κἂν ἐπωμοσάμην, εἰ ἀστεῖον ἦν ὅρκον ἐντιθέναι συγγράμματι· εἷς μέν τις αὐτῶν ἀπὸ Μουσῶν εὐθὺς ἤρξατο, παρακαλῶν τὰς θεὰς συνεφάψασθαι τοῦ συγγράμματος. ὁρᾷς ὡς [i] ἐμμελὴς ἡ ἀρχὴ, καὶ [k] περὶ πόδα τῇ ἱστορίᾳ, καὶ τῷ τοιού-

h Τὰ] Abeſt articulus a P. & L. Adeſt in Edd. *i* Ἐμμελὴς] Εὐμελὴς Schol. male. Nihil mutant Edd. Coll. & M. *k* Περὶ πόδα τῇ ἱστορίᾳ] Παρὰ πόδα ἡ ἱστορία Edd. Sed περὶ exhibent Angl. P. W. & L. Τῇ ἱστορίᾳ vero *Pell. Caſaub.* & *Vorſt.*

33. Εὐμελὴς] Εὔρυθμος. *V.* Συνετή. *G.* (Εὔριθμος male edit.)

20. Τὰ ἄλλα] Hic aliquid deſideratur. An μὴ παραλείποι, vel περιλήψῃ? *F.G.*

Τὰ ἄλλα] Recte vidit *Gujet.* aliquid deſiderari, in vulgata, quae erat: τῇ ἱστορίᾳ πάσῃ, τὰ ἄλλα, &c. ſine ſequente verbo quod ad ἄλλα referatur, & ſine ullo ſenſu; ſed mutata a Cl. *Geſnero* diſtinctio mihi omnia ſanare videtur; quare illam laetus amplector. *J.F.R.*

21. Τοῦ λόγου] Poſt hanc vocem excidit verbum, ſine quo ſtare ſententia non poteſt. Quodnam autem verbum exciderit quis ſine Mſſ. ope divinabit? *Vorſtius* conjicit, ante τὰ ἄλλα reponendum ἐστὶ καὶ, vel ſimile quid. In W. & Ed. *Fl.* deeſt πάσῃ, agnoſcit P. [Hic aliquid deeſt, huic ſimile ἄλλα μεμίχθωσαν, ἃ σὺν &c. *Longol.*] Ego pro πάσῃ τὰ legendum cenſeo ἐπιπαττέτω, τὰ, ut ἀναβ. c. 22. *M. du S.*

25. Ἔναγχος — πρώην] Ex hoc loco diſcimus, quo tandem tempore patriam poſt primas peregrinationes reviſerit Lucianus. Neque enim dubium eſt, quin de reditu in patriam hic locus ſit intelligendus, de quo in Somnio c. 9. poſt peragratas Italiam & Galliam; cum ex *Peregr. morte* pateat c. 35. Satis fuiſſe ei temporis ad utramque viſendam, & ex *Somnio* c. 9. patrem ibi habuiſſe obviam, conſtet. Certe hinc in Ionia circa annum Chriſti CLXIII. fuiſſe, liquido conſtat: quo tempore jam annos ad minimum XII. abfuiſſe a patria ex Περ. c. 35. Cum quater Olympia vidiſſet, certum eſt. Unde proclive eſt judicare, quae de ſua vita in *Somnio* habet, conſideranti, patriam tunc primum reviſiſſe. Quod hic ad Chronologiam Lucianeam feliciter adſtruendam ſubſternendum fuit. Obſervanda autem hic eſt vis verbi ἔναγχος, quod recentius quid notat, quam quod mox ſequitur, πρώην. Rem unico exemplo illuſtrabo. In Ἀποκηρ. c. 2. quod apud judices a ſe πρώην factum rem ſimpliciter narrans dixerat; cum deinde ad argumenta ventum eſt, ut pondus rei addat, dum *nuperrime* factum eſſe ad cauſam facere videtur, non jam voce πρώην, ut prius, dum nihil tale agebatur, ſed voce ἐνάγχος utitur c. 13. cujus vim mox paucis interjectis ſequens εὐθὺς eam eſſe, quam contendo, ſatis oſtendit. Unde jam eviciſſe mihi ſatis luculenter videor, reditum Luciani in patriam flagrante eo bello accidiſſe, cum in Graecia jam ejusmodi hiſtorias recitari vulgo audierit, & mox in Ionia ejusdem farinae ſcripta, ante confectum id bellum nuperrime viderit. *M. du S.*

26. Πρώην] Conf. mox c. 17. pr. & Ἱστ. α. c. 33. *M. du S.*

34. Παρὰ πόδα] Recte Angl. Cod. περὶ. Sic Apolog. de *Merced. Cond.* de hoc proverb. *Heſych. Pollux. Caſaub.* ad Charact. Theoph. *J.B.*

Παρὰ πόδα] An conveniens, i. e. τῷ ποδὶ ἁρμόζουσα. *F.G.*

Περὶ πόδα τῇ ἱστ.] Ex Angl. W. P. & L. pro vulgato παρὰ. *Caſauboni* (ad Theophr. Char. p. m. 138.) ulterior emendatio eſt; nempe τῇ ἱστορίᾳ. Certe in Ed. *J.* cum jota ſubſcripto ultima vox cernitur Ἀπολλ. μισθ. c. 4. Ratio proverbialis iſtius locutionis a calceis petita eſt, de qua idem *Caſaubonus* ibid. *M. du S.*

Περὶ πόδα] Omnino probanda lectio περὶ πόδα. A-

cu-

τοιούτῳ εἴδει τῶν λόγων πρέπουσα; εἶτα μικρὸν ὑποβὰς, Ἀχιλλεῖ μὲν, τὸν ἡμέτερον ἄρχοντα εἴκαζε, Θερσίτῃ δὲ, τὸν τῶν Περσῶν βασιλέα, οὐκ εἰδὼς ὅτι ὁ Ἀχιλλεὺς ἀμείνων ἦν αὐτῷ, εἰ Ἕκτορα μᾶλλον ἢ Θερσίτην καθῄρει· καὶ εἰ πρόσθεν μὲν ἔφευγεν ἐσθλός τις, ἐδίωκε δέ μιν μέγ᾽ ἀμείνων. εἶτ᾽ ἐπῆγεν ὑπὲρ αὐτοῦ τι ἐγκώμιον, καὶ ὡς ἄξιος εἴη συγγράψαι τὰς πράξεις, οὕτω λαμπρὰς οὔσας. ἤδη δὲ κατιὼν, ἐπῄνει καὶ τὴν πατρίδα τὴν Μίλητον, προστιθεὶς, ὡς ἄμεινον [a] ποιοῖ τοῦτο τοῦ Ὁμήρου, μηδὲν μνησθέντος τῆς πατρίδος. εἶτ᾽ ἐπὶ τέλει τοῦ [b] Φροιμίου ὑπισχνεῖτο διαῤῥήδην καὶ σαφῶς,

que tale orationis genus deceret. Tum paullum ingreſſus Achilli quidem noſtrum principem comparabat, Therſitae autem Regem Perſarum, ignarus, tanto ſibi praeſtantiorem futurum fuiſſe Achillem, ſi Hectorem potius quam Therſitem interemiſſet, & ſi ante quidem fugiſſet fortis aliquis, hunc autem egiſſet multum praeſtantior alter. Deinde ſubjunxit de ſe encomium quoddam, quamque dignus ſcriptor tam claris factis contigiſſet. Jam vero progreſſus Miletum laudabat patriam ſuam, ſubjiciens, melius hac in re facere ſe quam Homerum, qui mentionem patriae nusquam fecerit. Deinde in fine prooemii pollicebatur totidem verbis & dilucide, ſe ela-

a Ποιοῖ] Ποιοῖτο P. Ποιεῖ *Fl.* Vulgatam ſervant ceterae. *b* Φροιμίου] Sic Edd. vett. & *S.* Προοιμίου P. & *A.*

cumen in eo ineſt, quod narrat non hiſtoriae accommodatum genus dicendi, ipſumque adeo exordium ſed hiſtoriam ita inſtitutam, ut ea poëticum & fabuloſum exordium deceret. *Exordium* eſt velut pes, cui tanquam calceus accommodetur reliqua inepti ſcriptoris hiſtoria. *J. M. G.*

36. Ἀχιλλεῖ] *Homer.* Il. B. 216. *M. du S.*

40. Εἰ πρόσθεν &c.] *Homer.* Il. X. 158. *M. du S.*

Εἰ πρόσθεν] Si ipſum *Homeri* verſum voluit referre Lucianus, ſic mutandus erit: Πρόσθε μὲν ἐσθλὸς ἔφευγε, δίωκε δέ μιν μέγ᾽ ἀμείνων. Sed quia ſenſus vulgatae ſanus eſt, & mutatio nimia foret, nihil in textu immuto, adluſionem tantum, non recitationem eſſe credens. *J. F. R.*

42. Ὑπὲρ αὐτοῦ τι ἐγκ.] *Arrianum* imitabatur, qui initio libri de geſtis Alexandri ſe ipſum μάλα φορτικῶς ἐπαινεῖ. *M. V. la Croze.*

48. Φροιμίου] Ubi in omnibus aliis editionibus, uti & in hac Salmurienſi, recte legatur ἐπὶ τέλει τοῦ Φροιμίου, ſoli Amſtelaedamenſis editionis procuratores dederunt προοιμίου, ignari ſcilicet, Graecos & προοίμιον & φροίμιον dicere, & Lucianum etiam ſaepe alibi hoc maluiſſe. *J. J.*

Φροιμίου] Nihil variationis hic loci notaverat *Solan.* Cum vero Cl. *Jenſius* dicat ſolam *Amſt.* legere προοιμίου, ipſe Edd. contuli, vidique recte hunc obſervaſſe, Edd. vett. habere φροιμίου; excepta tamen etiam Pariſina, quae aeque ac Amſt. προοιμίου habet; quod quidem non ideo noto, ut eum redarguam in re nullius momenti, ſed ut *Graevianam* editionem, alioqui peſſime mulctatam a typographis & correctoribus, [illegible] excuſem; quia ſuum προοιμίου ex *Par.* deſumere potuere. Rectius autem hic propter conſenſum, Φροιμίου edi certum eſt, idque aeque Graecum eſſe atque alterum, vid. ap. *Aeſchyl.* in Agam. p. 213. & in fragm. *Callim. Bentleianis.* N. CCXXIII. Τοῦ τι μοιθυπλῆγος φροίμιον Ἀντιλόχου. *J. F. R.*

52. Αἴτια ἅμα τῷ τοῦ πολέμου ἀρχῆς διεξιὼν] Non hae voces notant *ſimul & cauſas unde id bellum cœpiſſet commemorando*, ut vertit *Benedictus* plane ex imitatione *Micylli* (& vix legas αἴτια ἀρχῆς, quum ſufficiant αἴτια πολέμου) ſed *cauſas ſimul principio belli aggrediens*, quod ſatis patet ex ipſis quae ſubjiciuntur, excerpta verba. *J. G.*

54. Οὐολόγεσος] Apud *Xiphilinum* ſcribitur Οὐολόγαισος. V. Adr. 264. B. Anton. 269. B. & 270. C. D. & ſeqq. In nummis ΒΟΛΑΓΑΣΗΣ conſtanter legi monet me Cl. *Joh. Maſſon.* Vide *Spanh.* *M. du S.*

58. Ἀρχὴν] Sic enim incipit hiſtoria Thucydidis. Θουκυδίδης Ἀθηναῖος ξυνέγραψε τὸν πόλεμον τῶν Πελοποννησίων καὶ Ἀθηναίων, ὡς ἐπολέμησαν πρὸς ἀλλήλους, ἀρξάμενος εὐθὺς καθισταμένου. Vides omnia verbotenus ab hoc deſcripta, praeter ultimam vocem, quae forſan Luciani tempore in Codd. Thucydidis eo modo legebatur, quo a Calpurniano ſcripta eſt. De συνέγραψε pro ξυνέγραψε Thucydidis, nimis minutum videatur: promiſcue apud Lucianum ſcribitur, neque adeo mutandum, quamvis ſequatur ξυνισταμένου. *M. du S.*

60. Καὶ θυμοῦ τοῦ Ἀττικοῦ ἀποπνέουσαν] Quid oro χαρίεντα cum θυμώδεσι? & quis ille θυμὸς vel animus Atticus, quem offerunt interpretes? Scribe χαριεστάτην καὶ θύμου τοῦ Ἀττικοῦ ἀπ. hoc eſt, *feſtiviſſimum & thymum Atticum ſpirans.* Eſt enim alluſio ironica ad Hymettia mella, & alibi uſus eſt. Mox recte ab *Jac. Micyllo* Πομπηϊόου πολίτης redditur *Pompeiopolita*, ut cognoſcas errorem unius Benedicti non eſſe tanti, ut ex eo [illegible] capere debueris alter, quem in hac editione annotatum vides, & auctor diſſertationum de praeſtantia numiſmat. p. 529. Et an non alter alterum inſpexit? *J. G.*

Ibid. Θυμοῦ] Καὶ τὴν ἀρχὴν ὡς ἐκεῖνος, σὺν τῷ ἑαυτοῦ ὀνόματι ἤρξατο, χαριεστάτην ἀρχῶν ἁπασῶν, καὶ θυμοῦ

elaturum in majus res noſtras, barbaros autem bello, quantum poſſet, & ipſum oppreſſurum: atque incipiebat hoc modo hiſtoriam, ſimul cauſas belli incepti perſequens, *Impuriſſimus enim, quique peſſime pereat! Vologeſus, bellare cœpit propter cauſſam ejusmodi.* Hic quidem talia.

15. Alius vero ſummus Thucydidis imitator, praeclare ad exemplum illud ſuum compoſitus, etiam initium ut ille a ſuo nomine fecerat, ſuaviſſimum omnium exordium, & quod thymum Atticum redoleat. Ecce enim, *Creperius Calpurnianus Pompeiopolitanus, deſcripſit bellum Parthorum*

ἐπὶ μεῖζον μὲν αἴρειν τὰ ἡμέτερα, τοὺς βαρβάρους δὲ καταπολεμήσειν καὶ αὐτὸς, ὡς ἂν δύνηται· καὶ ἤρξατό γε τῆς ἱστορίας οὕτως, αἴτια ἅμα τῆς τοῦ πολέμου ἀρχῆς διεξιών· ὁ γὰρ μιαρώτατος, καὶ κάκιστ' ἀπολούμενος [c] Οὐολόγεσος, ἤρξατο πολεμεῖν, δι' αἰτίαν τοιάνδε. οὗτος μὲν, τοιαῦτα.

Ἕτερος δὲ Θουκυδίδου ζηλωτὴς ἄκρος, οἷος εὖ μάλα τῷ ἀρχετύπῳ εἰκασμένος, καὶ τὴν ἀρχὴν ὡς ἐκεῖνος, σὺν τῷ ἑαυτοῦ ὀνόματι ἤρξατο, χαριεστάτην ἀρχῶν ἁπασῶν, καὶ [d] θύμου τοῦ Ἀττικοῦ ἀποπνέουσαν· ὅρα γὰρ, [e] Κρεπέριος Καλπουρνιανὸς Πομπηϊουπολίτης, [f] συνέγραψε τὸν πόλεμον τῶν Παρθυαίων

c Οὐολόγεσος] Nihil mutant Edd. & M. d Θύμου] Sic Edd. P. & marg. *A1W.* Θυμοῦ ceterae male & M. e Κρεπέριος] Sic Edd. *J. Ald. P. S.* &c. Ἑσπέριος καρποῦ. γρ. Κρεσπέριος C. male. Κρεπέρκος M. f Συνέγραψε] Sic Edd. ἀνέγραψε P.

13. Καὶ ἑσπέριος * καρποῦ] Γρα. Κρεσπέριος. *G.*

* Καρπου] Sic pro Καλπουρνιανὸς quoque editum invenio. Sed error eſt manifeſtus. *J. F. R.*

τοῦ Ἀττικοῦ ἀποπνέουσαν. Interpres: *Cum ſuo nomine principium duxit ut ille, feſtiviſſimum illud principiorum omnium, animumque Atticum ſpirans.* Inepte animus Atticus tribuitur exordio. Lucianus ſcripſit, *χαριεστάτην ἀρχὴν ἁπασῶν, καὶ θύμου τοῦ Ἀττικοῦ ἀποπνέουσαν. elegantiſſimum omnium exordiorum & thymum Atticum redolens:* hoc eſt Atticam elegantiam. ut dudum emendandum oſtendi in lectionibus *Heſiodeis.* Pertinet huc quod *Philoſtratus* minor lib. II. εἰκόνων de *Pindaro* prodidit: Αἱ δὲ εἴσω μέλιτται περιεργάζονται τὸ παιδίον, ἐπιβάλλουσι τὸ μέλι, καὶ τὰ κέντρα ἀνέλκουσαι, δέει τοῦ ἐγχειρήματος, ἐξ ὑμήττου τάχα ἥκουσι, καὶ ἀπὸ τῶν λιπαρῶν καὶ ἀοιδίμων Ἀθηνῶν· καὶ γὰρ τοῦτο οἶμαι αὐτὰς ἐνστάξαι Πινδάρῳ. *Quae vero intus apes ſunt infantem curant, labris mel infundentes, aculeosque, ne puerum laedant, contrahentes. Ex Hymetto fortaſſe veniunt, & pinguibus inclytisque Athenis: hoc enim ipſum puto Pindaro inſtillaſſe.* mel nimirum Hymettium. *J. G. G.*

Θυμοῦ] (Immo ipſa haec verba. V. not. noſtr. ad 599. C. D.) *M. du S.*

Θυμοῦ] (Symmach. Ep. III. ad Auſon. Erat quidem illa Achas ſalibus conſperſa & thymo odorata. Terentian. de Metr. p. 2437. n. 9.) *T. H.*

Θύμου] Recte erat in *P.* ſola. In ipſo M. prave θυμοῦ. *M. du S.*

Θύμου] Non dubitavi hoc vulgatae praeferre, quae θυμοῦ, habebat, vertebatque *animum Atticum ſpirans;* quod nihili eſt, & ex accentu male poſito natum. Herbam autem *thymum* Athenis multum in uſu fuiſſe, vid. Scholiaſt. ad *Ariſtoph.* Plut. 253. & 283. apud quem priore loco vertitur *cepa*, & pauperum cibus fuiſſe ab *Schol.* traditur: altero vero, *thymus.* At herba *thymus*, quam & hodie *thym* vocamus, multum differt ab cepis. *Thymum* herbam deſcriptam vid. ap. *Dioſcor.* L. III. c. 37. Ubi *Matthiolus* eam & Graece θύμον vocari notat, & figuram addit, de cepis vero ibi nihil. Nec ſatis expedit differentiam, immo confuſionem hanc *Salmaſ.* ad Solin. p. 907. Sed cepas forſan ab animoſa acrimonia ſic vocatas conjicit, & cum *Heſychio* aliisque Lexicographis fatetur θύμον ſaepe *cepas* ſignificare, ſed radices herbae *thymi* eſui ineptas eſſe. Ego tamen ad herbam fragrantem *thymum* apud Lucian. reſpici cenſeo, quo cibos condivere ad guſtum atque odorem gratiorem, immo acutiorem ſeu ſtimulantem ac ſalivam provocantem, adeoque adpetitum, ut vocamus, cientem, quo Lectoribus ſimiliter movendam legendi cupiditatem deſignat. *J. F. R.*

61. Κρεπέριος] *Tacit.* An. 14. 5. de alio quidem, ſed *Creperejus* ibi ſcribitur, & ſane in M. Κρεπέρηος ſcriptum eſt. *M. du S.*

Κρεπέριος Καλπουρνιανὸς Πομπηϊουπολίτης] Inepte vertitur *Creperius Calpurnius Pompeji civis*, pro *Pompejopolita* vel *Pompejopolitanus.* Lucas Holſtenius in notis ad *Steph.* de urbibus in ΠΩΜΠΗΙΟΝΠΟΛΙΣ. *Almel.*

Κρεπέριος Καλπουρνιανὸς Πομπηϊουπολίτης] Quod *Almelov.* monet, id *Micylli* verſio, quam *Pariſina* Ed. exhibet, jam habebat. pro Πομπηϊούπολις autem Πομ-

καὶ Ῥωμαίων, ὡς ἐπολέμησαν πρὸς ἀλλήλους, ἀρξάμενος εὐθὺς ξυνισταμένου[a]· ὥστε μετά γε τοιαύτην ἀρχὴν, τί ἄν σοι τὰ λοιπὰ λέγοιμι, ὁποῖα ἐν Ἀρμενίᾳ ἐδημηγόρησε, τὸν Κερκυραῖον αὐτὸν ῥήτορα παραστησάμενος; ἢ οἷον Νισιβηνοῖς λοιμὸν, τοῖς μὴ τὰ Ῥωμαίων αἱρουμένοις, ἐπήγαγε, παρὰ Θουκυδίδου χρησάμενος ὅλον ἄρδην, πλὴν μόνου τοῦ Πελασγικοῦ, καὶ τῶν τειχῶν τῶν μακρῶν, ἐν οἷς [b] οἱ τότε λοιμώξαντες, ᾤκησαν; τὰ δ' ἄλλα καὶ ἀπὸ Αἰθιοπίας ἤρξατο, ὥστε καὶ ἐς Αἴγυπτον κατέβη, καὶ ἐς τὴν βασιλέως [c] γῆν τὴν πολλήν· καὶ ἐν ἐκείνῃ γε ἔμεινεν εὖ ποιῶν. ἐγὼ γ' οὖν θάπτοντα αὐτὸν ἔτι καταλιπὼν τοὺς ἀθλίους Ἀθηναίους ἐν [d] Νισίβει, ἀπῆλθον ἀκριβῶς εἰδὼς καὶ ὅσα ἀπελ-

& Romanorum, ut inter ſe pugnarunt; initio facto ab eo inde tempore, quo conflatum eſt. Ut poſt tale initium, quid reliqua tibi dicam, quomodo in Armenia concionatus ſit, in medium producto ipſo Corcyraeorum oratore? aut qualem Niſibenis, qui Romanas partes non eſſent ſecuti, peſtilentiam immiſerit, ſumtam mutuo confertim totam a Thucydide, excepto ſolo *Pelaſgico*, & *longis munitionibus*, in quibus habitabant qui tum laboraverant peſtilentia. Caeterum etiam *inceperat ab Aethiopia*, ita ut deinde *in Aegyptum deſcenderet*, *& in Regis terras multas*, & bonum factum, quod in illis manſit. Equidem ſepelientem illum in Niſibi miſeros Athenienſes relinquens diſceſſi, cum accurate noſſem, quae

a Ξυνισταμένου] Sic *Fl. J. P.* aliaeque. Καθισταμένου *Thucyd.* *b* Οἱ τότε] Probat *Fl. J. P.* Ὁπότε W. male. *c* Γῆν] Τὴν βασ. τὴν γῆν τήν. W. *d* Νισίβει] Νισίβι W. Sed fuit Νισίβει.

πηϊούπολις reponendum erit in *Almelovenii* nota, quam ita exhibeo ut in *Graev.* editione exſtat. At poſteriore modo ſcribit *Strabo* L. XII. p. 841. (al. 562.) Error autem Benedicti inde ortus quod in nonnullis Edd. Πομπηΐου πολίτης, disjunctim ſcriptum, vel duobus tamen accentibus. In *Junt.* vero recte erat, ut dedimus. *J.F.R.*

Ibid. Πομπηϊουπολ.] Duae hujus nominis urbes memorantur: altera in Cilicia, in Paphlagonia altera. De poſteriori intelligo. *M. du S.*

67. Κερκυραῖον .. ῥ.] Armenium oratorem indicare videtur, qui a Romanis auxilium iisdem verbis peteret, quibus Corcyraei apud *Thucydidem* ab Athenienſibus petunt. V. *Thuc.* l. c. &, ſi lubet, *Pott.* κερκυραῖα μάστιξ. 239. *M. du S.*

Κερκυραῖον .. ῥήτορα] Vid. *Thucyd.* I. 32. adſcripſerat *M. du S.* Et mox ad verſ. ſeq. vid. *Thucyd.* II. 17. Et poſt tres verſus rurſum *Thucyd.* II. 48. nempe ad verba: ἀπὸ Αἰθιοπίας ἤρξατο. *J. F. R.*

68. Νισιβηνοῖς] Niſibis prius Antiochia Macedoniae dicta, ultra Euphraten ſita erat. De hac urbe *Xiphil.* in Traj. 249. & 251. C. & Illuſtr. *Spanhem.* 605. *M. du S.*

71. Πελασγικοῦ] Vid. *Thucyd.* II. 17. qui nefas duxiſſe Athenienſes obſervat in eo loco quemquam habitare, quem tamen ſcrupulum neceſſitas obſidionis exemit. Adde *Plin.* VII. 56. *Pauſ.* Att. *Plut.* Them. *App.* Mithr. De μακρ. τειχ. Vid. *Thucyd.* I. 96. 107. II. 13. *M. du S.*

72. Λοιμώξαντες] Vid. infra *Alex.* c. 36. *J. F. R.*

73. Ἀπὸ Αἰθιοπίας] Cur autem ex Aethiopia usque nugator ille petierit, aperiet lectus *Thucydides* (II. c. 48. p. 111.) Apud hunc enim initium peſtis illius, ex Aethiopia, quae per Aegyptum graſſata, ac Lybiam, Perſarumque imperium in Athenienſes tandem irruit: quod inſulſus hic ſcriptor ſecutus, contra fidem hiſtoriae ad ſua tempora tranſtulerat. Coepit enim Seleuciae, vid. *Capitol.* in Vero c. 8. & in eum locum *Salmaſii* notas; & *Amm. Marcell.* Quae res obſervata Medico ſummo hujus aetatis *Richardo Mead* perſuaſit, Peſtem eſſe morbum Africanum, qui aliis in regionibus nunquam naſcatur, ſed ex Aethiopia ad alias gentes, ſi res recte inveſtigetur, ſemper per contagium perlatus inveniatur. Vide Librum quem Anglice *de Peſte* edidit, Latine etiam in exterorum gratiam in Hollandia excuſum. *M. du S.*

75. Ἐν ἐκείνῃ γε ἔμεινεν] Hoc quid velit, & quam callide a *Luciano* hic additum ſit, haud facile intelliget, cui temporis illius hiſtoria menti non obverſabitur. Non conſtitit enim illic peſtis, quam vanus ille ſcriptor in hoſtes Romanorum ſolos immiſerat, ſed a Veri exercitu in Occidentem illata, per Italiam, Germaniam, alias credo etiam Europae regiones graſſata eſt, teſte *Capitolino* in M. Aurel. c. 13. De ea intellige etiam, quae in Ἀλεξ. leges c. 36. Credo itaque cum haec ſcriberet Lucianus, coepiſſe jam apud Romanos peſtem illam; indeque factum, ut ſic ironicas gratias Hiſtorico illi ageret, qui eam tam caute in Meſopotamiae finibus deſiiſſe fecerat. *M. du S.*

77. Ἀθηναίους] Athenienſes urbane admodum vocat, qui revera Romani erant, quia a Thucydide omnia mutuabatur fatuus ille, apud quem Athenienſes moriebantur. Nemo ergo de emendatione cogitet textum depravatum. *M. du S.*

80. Ἐπιεικῶς] *Valde.* *F. G.*

Ἐπιεικῶς] Vid. Schol. ad *Gall.* c. 23. ubi ἐπιεικεῖς τινες; & Paraſit. c. 48. *M. du S.*

Ἐπιει-

quae etiam poſt meum diſceſſum dicturus erat. Nam rurſus hoc etiam valde frequens nunc eſt, uti putent hoc eſſe Thucydideis ſimilia dicere, ſi quis paucis immutatis ipſa illius verba dicat, etiam minuta illa, *Ut ipſe quoque dicas*, *Non propter eandem*, *profecto*, *Et illa parum aberat quin omitterem.* Idem enim hic ſcriptor multa etiam armorum & machinarum genera, ut Romani illa nominant, ita retulit, *foſſam* ut illi, & *pontem*, & ſimilia *dixit*. Et cogita mihi, quae ſit hiſtoriae dignitas, & quam deceat Thucydidem, inter Attica nomina Italica iſta interpoſita eſſe, quae purpurae inſtar ornatum addant, ac decentiam, omninoque conſentiant.

θόντος ἐρεῖν ἔμελλε. καὶ γὰρ αὖ καὶ τοῦτο ἐπιεικῶς πολὺ νῦν ἐστι, τὸ οἴεσθαι [e] τοῦτο εἶναι τοῖς Θουκυδίδου ἐοικότα λέγειν, εἰ ὀλίγον ἐντρέψας, τὰ αὐτοῦ ἐκείνου λέγοι τις, μικρὰ [f] κἀκεῖνα, [g] ὡς καὶ αὐτὸς ἂν φαίης, οὐ δι᾽ αὐτήν, [h] νὴ Δία, κἀκεῖνα ὀλίγου δεῖν [i] παρέλιπον. ὁ γὰρ αὐτὸς οὗτος συγγραφεύς, πολλὰ καὶ τῶν ὅπλων, καὶ τῶν μηχανημάτων, ὡς Ῥωμαῖοι αὐτὰ ὀνομάζουσιν, οὕτως [k] ἀνέγραψε, καὶ τάφρον, ὡς ἐκεῖνοι, καὶ γέφυραν, καὶ τὰ τοιαῦτα. καί μοι ἐννόησον ἡλίκον τὸ ἀξίωμα τῆς ἱστορίας, καὶ ὡς Θουκυδίδῃ πρέπον, μεταξὺ τῶν Ἀττικῶν ὀνομάτων, τὰ Ἰταλιωτικὰ ταῦτ᾽ ἐγκεῖσθαι, ὥσπερ τὴν πορφύραν ἐπικοσμοῦντα, καὶ ἐμπρέποντα, καὶ πάντως συνᾴδοντα.

Ἀλ-

e Τοῦτο] Τοῦτ᾽ W. f Κἀκεῖνα] Κακία *Fl.* Vulg. ſerv. cett. Κακεῖνο M. ſed a recent. manu. g Ὡς] Ὅπως L. Nihil mutat *Fl. J. H. P.* h Νὴ] Ἢ M. Ἰδία marg. *A1W.* & P. Vulgatum tuentur *J. Fl. H.* &c. i Παρέλιπον] Παρέλειπον W. k Ἀνέγραψε] Ἂν ἔγραψε W. male.

79. Τὸ γὰρ ..] Οἷος πανταχοῦ τῷ γελοίῳ ἐνευδοκιμῶν ὁ κατάρατος οὗτος. M.

Ἐπιεικῶς] Verum ἐπιεικῶς *Bud.* in Lex. vertit *mediocriter.* Et in *Herodian.* ἐπιεικὴς *manſuetus*, *placidus*, vertitur a Boeclero, vid. ejus Indicem. Qui igitur haec concordant? Concordant eodem modo ut ἱκανὸς, quod *ſufficiens* notat, ac tamen plerumque pro *multo*, immo & quod modum interdum excedit, accipitur. Sic ἐπιεικῶς medio ſignificatu erit, *quod decet*, *quantum par eſt*, at ſi πολὺς accedit, *quam multum* ſignificare, nihil mirum. De ἐπιεικὴς vid. Schol. ad *Gall.* c. 23. *J. F. R.*

82. Ἐντρέψας — οὐ δι᾽ αὐτήν] Locus corruptus. F. G.

Ἐντρέψας] Hic deeſt aliquid *Longol.*] Hic locus aſteriſco in Ed. *J.* notatur, ut mutilus, credo: quanquam de aſteriſco nihil monet editor *Antonius Francinus.* V. Ἀποφρ. Ego certe depravatiſſimum judico. *M. du S.*

Ibid. Τὰ αὐτοῦ ἐκείνου λέγοι τις μικρὰ κἀκεῖνα, ὡς καὶ αὐτὸς ἂν φαίης] Sane perperam Benedictus corrupit ſententiam hujus loci, vertendo ac ſi omnia Luciani eſſent, *ea quæ ſunt ipſius diceret quiſpiam*, *parva & illa*, *ut ipſe dixeris etiam*, quæ ſunt oppido inſipida & inſulſa. Contra peccavit *Micyllus* nimium curioſe vel potius inepte exprimendo ea, quæ tanquam exempla ex Thucydide ſumpta & paſſim ab illius temporis ſcriptoribus inſulta Lucianus producit, in quibus putat quoque eſſe has ipſas medias voces, quum eæ ſint meræ Lucianeæ. Vertebat enim *ea quæ ſunt ipſius illius*, *dixerit quiſpiam*, *ut* μικρὰ κἀκεῖνα, *hoc eſt*, *parva & illa*, *&* ὡς καὶ αὐτὸς ἂν φαίης, *id eſt*, *ut etiam ipſe dixeris.* Ut debes igitur, intellige, *iſta*, *quæ ſunt ejus ipſius*, *dixerit quiſpiam*, *parva quoque illa*, *ut* ὡς καὶ αὐτὸς ἂν φαίης, οὐ δι᾽ αὐτὴν νὴ Δία, κἀκεῖνα ὀλίγου δεῖν παρέλιπον. quæ tria ſunt fruſta imitationis perverſæ. *J. G.*

83. Ὡς καὶ αὐτὸς ἂν φαίης] Καὶ γὰρ αὖ καὶ τοῦτο ἐπιεικῶς πολὺ νῦν ἐστι. τὸ οἴεσθαι τοῦτο εἶναι τοῖς Θουκυδίδου ἐοικότα λέγειν, εἰ ὀλίγον ἐντρέψας, τὰ αὐτὰ ἐκείνου λέγοι τις μικρὰ κἀκεῖνα, ὡς καὶ αὐτὸς ἂν φαίης. οὐ δι᾽ αὐτὴν νὴ Δία κἀκεῖνα ὀλίγου δεῖν παρέλιπον. Salmurienſis: *Nam rurſus abunde illud ſuppetit*, *putare hoc eſſe Thucydidi ſimilia dicere*, *ſi parum reveritus*; *ea quae ſunt ipſius*, *diceret quiſpiam*, *parva & illa*, *ut ipſe dixeris etiam. Non ob eam cauſſam per Jovem*, *& parum abfuit quin illa praetermiſerim.* Ecquid poterat monſtroſius? Eſt ne qui intelligat, quid interpres ſibi velit. In Graecis verbis nihil eſt quod paullo humaniorem moretur. Illorum vero haec eſt ſententia: *Et hoc namque valde frequens nunc eſt*, *quod putent Thucydidem egregie ſe referre*, *ſi paullulum mutatis Thucydideis quis dicat*, *& illa quidem parva*, ὡς καὶ αὐτὸς ἂν φαίης, hoc eſt, *ut ipſe fatearis. Et iſta*, *per Jovem*, *parum abeſt*, *quin omiſerim.* Eſt hoc genus loquendi, ὡς καὶ αὐτὸν ἂν φαίης, Thucydidi frequens, quod illi ſtulti imitatores, ſervum pecus, ſaepius inculcabant, aliaque, paucis immutatis, quod & avorum noſtrorum memoria in illis, qui Ciceroniani volebant videri, non raro fuit exagitatum ab iis, qui veram Ciceronis imitandi rationem tenebant. *J. G. G.*

1. Πλὴν

Ἄλλος δέ τις αὐτῶν, ὑπόμνημα τῶν 95 γεγονότων γυμνὸν συναγαγὼν ἐν γραφῇ, κομιδῇ πεζὸν, καὶ χαμαιπετὲς, οἷον καὶ στρατιώτης ἄν τις τὰ καθ' ἡμέραν ἀπογραφόμενος, συνέθηκεν, ἢ τέκτων, ἢ κάπηλός τις συμπερινοστῶν τῇ στρατιᾷ. πλὴν ἀλλὰ μετριώτερός γε ὁ ἰδιώτης οὗτος ἦν, αὐτὸς μὲν αὐτίκα δῆλος ὢν, οἷος ἦν, ἄλλῳ δέ τινι χαρίεντι, καὶ δυνησομένῳ ἱστορίαν μεταχειρίσασθαι [a] προπεπονηκώς. τοῦτο μόνον [b] ἠτιασάμην αὐτοῦ, ὅτι οὕτως ἐπέγραψε τὰ βιβλία τραγικώτερον, ἢ κατὰ τὴν τῶν συγγραμμάτων τύχην· Καλλιμόρφου ἰατροῦ τῆς τῶν κοντοφόρων ἕκτης ἱστοριῶν Παρθικῶν. καὶ ὑπεγέγραπτο ἑκάστῃ ὁ ἀριθμὸς, καὶ, νὴ Δία,

16. Alius vero quidam ex illo numero, commentarium eorum, quae geſta fuerant, nudum ſcripto congerens, pedeſtrem valde & humilem, compoſuit, qualem etiam miles *fecerit*, quae fiunt quotidie, deſcri-
1 bens; aut caupo aliquis oberrans cum exercitu. Verum enim vero tolerabilior ſane hic idiota erat, ipſe quidem ſtatim quis eſſet manifeſtus, ſed qui alii venuſto homini, & tractandae hiſtoriae perito, laborem praeceperit. Illud ſolum in eo reprehendi, quod ita inſcripſerat libros ſuos, ſtilo magis quam pro fortuna librorum tragico, *Callimorphi*, *medici ſextae contariorum*, *hiſtoriarum Parthicarum*, & ſubſcriptus erat uniuſcujusque *libri* numerus.

Etiam,

a Προπεπονηκώς] Sic Mſ. Gr. Item W. & P. Πεπονηκώς Edd. omnes. *b* Ἠτιασάμην] Fl. Ἠιτιασάμην jota ſubſcripto ad latus poſito.

1. Πλὴν ἀλλὰ μετ.] Prava verſione pervertit Interpres omnem horum verborum elegantiam juxta & ſenſum, Πλὴν ἀλλὰ μετριώτερός γε ὁ ἰδιώτης οὗτος ἦν, αὐτὸς μὲν αὐτίκα δῆλος ὢν, οἷος ἦν, ἄλλῳ δέ τινι χαρίεντι, καὶ δυνησομένῳ ἱστορίαν μεταχειρίσασθαι πεπονηκώς. reddens, *Verum modeſtior eſt hic privatus, qui qualis ſit, ſtatim apparuit, atque alteri cuipiam, qui ſit gratus, & hiſtoriam poſſit aggredi, materiam ſubminiſtravit.* Praeterquam quod χαρίεις hic non eſt *gratus*, ſed *doctus*, *politus*, ut ad hunc locum animadvertit *Graevius* ὁ χαριέστατος. ἦν in hac periodo non *eſt*, nec *ſit*, ſed *eſſet* vel *foret* vertendum fuit, ut ſaepe: vide ſis quae ſupra lib. 1. c. 4. notavimus. Caeterum dixerat Noſter, inter alios, quos malos viderit hiſtoricos, fuiſſe qui nudam, ſterilem, & exilem corraſiſſet rerum farraginem, ſtylo pedeſtri, humi repente; non ſecus quam ſi miles quidam, quae ſingulis diebus gerantur, annotans, ea compoſuiſſet; vel faber, vel lixa caſtra ſequens. *Niſi quod* (ſic verto, quae porro Noſter ait) *melius modum teneret rudis ille & impolitus, qui ſtatim qualis eſſet, cognoſci poſſet, quique impendiſſet hunc laborem, eum ornandum daturus alii cuipiam polito ac erudito, & ad conſcribendam hiſtoriam ſatis docto viro.* Sic locus hic intelligendus, pro vulgato πεπονηκὼς ex *Graevii* MS. προπεπονηκὼς lecto; verbo huic loco, ut recte Vir Cl. judicat, convenientiſſimo. Verbum προπονέω habet quidem *H. Stephanus*, nempe in Theſauri Appendice; ſed qualia ibi multa, nulla auctoritate ſubnixum: quod mirum, quum non modo hic in MS. verum etiam quater alibi Lucianus id uſurpet: nimirum Tom. I. in *Vitar. Auctione* c. 23. in *de Gymnaſiis* c. 9. & 26. f. ac in *Rhetorum praeceptis* c. 3. Huc pertinet Πρόπονος, quod ab *Heſychio* exponitur εὐκρατὴς, εὔφημος, πρόχειρος, ἕτοιμος, ἀνεμπόδιστος. Sed perperam in Heſychio ſcribitur πρόπωνα pro πρόπονα. *J. J.*

4. Χαρίεντι] De illo qui nudos belli illius commentarios ediderat, perinde ac ſi nauta aut caupo annotaſſet, quae in caſtris eſſent geſta: πλὴν ἀλλὰ μετριώτερός γε ὁ ἰδιώτης οὗτος ἦν, αὐτὸς μὲν αὐτίκα δῆλος ὢν, οἷος ἦν, ἄλλῳ τέ τινι χαρίεντι, καὶ δυνησομένῳ ἱστορίαν μεταχειρίσασθαι πεποιηκώς. Interpres: *Verum modeſtior eſt hic privatus, qui qualis ſit, ſtatim apparuit, atque alteri cuipiam, qui ſit gratus, & hiſtoriam poſſit aggredi, materiam ſubminiſtravit.* Num ὁ χαρίεις eſt gratus? nugae. οἱ χαρίεντες Graecis ſunt homines docti, politi, elegantiore doctrina exculti. Sic οἱ χαρίεντες apud Ariſtotelem frequenter opponuntur, τοῖς πολλοῖς, plebi, ſive indoctis, idiotis. οἱ χαριέστατοι τῶν ἰατρῶν apud noſtrum alibi, *doctiſſimi Medicorum.* Dein pro πεπονηκὼς legendum ex Mſ. προπεπονηκὼς, eleganter. Sic igitur hunc locum verte: *Verum modeſtior eſt hic ineruditus ſcriptor, qui ſtatim qui ſit oſtendit,* (ſive *cur ſic ſcripſerit, prodit*) *alii doctiori, & qui par ſit hiſtoriae ſcribendae, materiam praebuit.* quod & Ciceronem, in commentario ſui conſulatus, & Julium Caeſarem in commentariis de bello Gallico & civili ſecutos eſſe veteres referunt. προπονεῖν eſt eleganter in alicujus gratiam laborare, operam alicui rei navare alterius commodo, iemand voor arbeiden/ ut eodem modo loquuntur Germani & Belgae. quae notio hujus vocis a Lexicorum ſcriptoribus non fuit obſervata. Paullo poſt Tragicam inſcriptionem librorum vocat, plenam tumoris, & faſtus, cum quis magnifica nomina ſibi & libro imponit. Τοῦτο μόνον ἠτιασάμην αὐτοῦ, ὅτι οὕτως ἐπέγραψε τὰ βιβλία τραγι-

κώ-

Etiam, me Jupiter, prooemium ſupra modum frigidum fecit, hac ratione concludens, *familiare eſſe medico ſcribere hiſtoriam, ſiquidem Aeſculapius ipſe ſit Apollinis filius, Apollo autem muſageta & eruditionis omnis princeps:* & quod, cum incepiſſet Ionica *conſuetudine* ſcribere, neſcio quo conſilio ad communem ſubito tranſiit: ἰατρείην dicens & πείρην, & ὁκότα, & νοῦσοι· reliqua vero, quae in uſu multitudinis ſunt, & pleraque, qualia *petuntur* e trivio.

καὶ τὸ προοίμιον ὑπέρψυχρον ἐποίησεν, οὕτω συναγαγὼν οἰκεῖον εἶναι ἰατρῷ ἱστορίαν συγγράφειν, εἴγε ὁ Ἀσκληπιὸς μὲν, Ἀπόλλωνος υἱὸς, Ἀπόλλων δὲ, Μουσηγέτης, καὶ πάσης παιδείας ἄρχων. καὶ ὅτι ἀρξάμενος ἐν τῇ Ἰάδι γράφειν, οὐκ οἶδ' ὅ, τι δόξαν, αὐτίκα μάλα ἐπὶ τὴν κοινὴν μετῆλθεν, [d] ἰητρείην μὲν λέγων, καὶ πείρην, καὶ ὁκόσα, καὶ νοῦσοι, τὰ δ' ἄλλα, ὅσα ὁμοδίαιτα τοῖς πολλοῖς, καὶ τὰ πλεῖστα, οἷα ἐκ [e] τριόδου.

17. Si vero me oportet ſapientis etiam viri mentionem facere, nomen quidem illius in obſcuro jaceat; dicam vero conſilium, & libros nuper Corinthi *editos*, ſpe omni praeſtantiores. In principio enim,

Εἰ δέ με δεῖ καὶ σοφοῦ ἀνδρὸς μνησθῆναι, τὸ μὲν ὄνομα ἐν ἀφανεῖ κείσθω, τὴν γνώμην δ' ἐρῶ, καὶ τὰ πρώην ἐν Κορίνθῳ συγγράμματα, κρείττω πάσης ἐλπίδος· ἐν ἀρχῇ μὲν

c Ὅ, τι] Sic W. Ὅτι Edd. *d* Ἰητρείην] Ἰατρείην Edd. omnes. M. in litura. *e* Τριόδου] Περιόδου W. & *Fl.* male. Ceterae recte τριόδου.

foedò ſtatim odore ſuperveniente vulneri: dicebantur autem ungere tela veneno malvae. Continuo poſt illos ſtare juſſi Caulomycetes (*Caulifungi*) gravis armaturae milites cominus pugnantes, decies mille, appellationem inde nacti, quod ſcutis quidem e fungis, haſtis autem uterentur e caulibus aſparagorum. Prope hos collocati Cynobalani (*Caniglandarii*) quos ſubmiſerant, qui habitant Sirium, quinquies mille. Hi caninis capitibus viri, in alatis glandibus pugnantes. Dicebantur autem de illorum quoque auxiliis quidam abeſſe, tum quos de Lactea via arceſſiverat funditores, tum Nephelocentauri (*Nubicentauri*). Verum illi acie jam inclinata venerunt, & utinam nunquam veniſſent! funditores autem plane non venerunt, propterea ajunt iratum deinde illis Phaëthontem, regionem illorum igni vaſtaſſe. Hoc quidem apparatu Phaëthon inibat praelium.

17. Cum vero commiſſa eſſet pugna, ſublatis ſignis; rudituque ab aſinis utrin-

τι ἐπιγενομένης· ἐλέγοντο δὲ χρίειν τὰ βέλη μαλάχης ἰῷ. ἐχόμενοι δ' αὐτῶν ἐτάχθησαν οἱ Καυλομύκητες, ὁπλῖται ὄντες, καὶ ἀγχέμαχοι, τὸ πλῆθος μύριοι· ἐκλήθησαν δὲ Καυλομύκητες, ὅτι ἀσπίσι μὲν μυκητίνοις ἐχρῶντο, δόρασι δὲ καυλίνοις, τοῖς ἀπὸ τῶν [e] ἀσπαράγων· πλησίον δὲ αὐτῶν, οἱ Κυνοβάλανοι ἔστησαν, οὓς ἔπεμψαν αὐτῷ οἱ τὸν Σείριον κατοικοῦντες, πεντακισχίλιοι, καὶ οὗτοι ἄνδρες κυνοπρόσωποι, ἐπὶ βαλάνων πτερωτῶν μαχόμενοι. ἐλέγοντο δὲ [f] κἀκείνων ὑστερίζειν τῶν συμμάχων, οὕς τε ἀπὸ τοῦ Γαλαξίου μετεπέμπετο σφενδονήτας, καὶ οἱ Νεφελοκένταυροι· ἀλλ' ἐκεῖνοι μὲν, τῆς μάχης ἤδη κεκριμένης, ἀφίκοντο, ὡς μή ποτε ὤφελον. οἱ σφενδονῆται δὲ, οὐδ' ὅλως παρεγένοντο. διόπερ φασὶν αὐτοῖς ὕστερον ὀργισθέντα τὸν Φαέθοντα, πυρπολῆσαι τοῦ χώραν· τοιαύτη μὲν καὶ Φαέθων ἐπῄει παρασκευῇ.

Συμμίξαντες δὲ, ἐπειδὴ τὰ σημεῖα ἤρθη, καὶ ὠγκήσαντο ἑκατέρων οἱ ὄνοι, (τούτοις γὰρ ἀγ-

e Ἀσπαράγων] Ἀσπαράγγων male Edd. f Κἀκείνων] Nihil mutant *J. Fl. H. Ald. P.* Κἀκεῖνοι *Vorſt.*

21. Οἱ τὸν Σείριον κατοικοῦντες] Σείριον τὸν ἀστέρα λέγει τὸν Κύνα καλούμενον. Σείριον δὲ λέγουσιν αὐτὸν, διὰ τὸ ἀπὸ τοῦ καύσωνος τῆς † ἐπιτολῆς ‡ αὐτοῦ σεσειρέναι τοὺς ἀνθρώπους. *V.*

34. Ἑκατέρων οἱ ὄνοι] Γόης, τερατολόγος· οἷς οὐ παρῆσαν ὄνοι, οὐ γὰρ § ἐπισημήνω τοῦτο, πῶς σαλπιγκταῖς τοῖς οὐχ ¶ ὑπάρχουσιν ἐχρῶντο. *V.*

† Ἐπιτολῆς] Ἐπιπολῆς C. prave.
‡ Αὐτοῦ] Αὐτῆς editum erat, & ſic V. habet. Sed αὐτοῦ recte C. & *Exc.* G.
§ Ἐπισημήνω] Ita *Solan.* correxit, pro vulgato ἐπισημαίνω; idem σαλπιγκταῖς fecit ex vulg. σαλπιγκτοῖς.
¶ Τοῦσιν editum eſt; ſed ex conjectura monuit idem ὑπάρχουσιν legendum, in quo me facile obſecundantem habuit. *J. F. R.*

bo, id eſt Soli cognatum animal: κόρδαξ: Saltationis genus ſi omnino huc pertineat, forte referatur ad volucres, aut inſecta quaedam, quae, quaſi reſti, choro quodam connexae ſaltare per aëra videntur. Caeterum quae ſequuntur, ea neque Ἀεροκόρδαξι neque Ἀεροκόραξιν applicare poſſum, & excidiſſe aliquid arbitror, nimirum deſcriptionem τῶν ἀεροκοράκων aut ἀεροκαρδάκων, aut nomen novi generis monſtrorum, in quod proxima deſcriptio conveniat. *J. M. G.*

10. Καὶ ὁ βληθεὶς] Ubi legerem, Πόῤῥωθεν γὰρ ἐσφενδόνων ῥαφανίδας ὑπερμεγέθεις. ὁ βληθεὶς οὐδ' ἐπ' ὀλίγον ἀντέχειν ἐδύνατο. *Eminus enim jaculabantur grandes admodum raphanos: vulneratus ne exiguo quidem tempore poterat ſuſtinere.* putaram excidiſſe ὡς, vel aliud quid, ut eſſet ὡς ὁ βληθεὶς, *ut vulneratus*, vel ſimiliter. Sed iterum hic agnoſcenda fuit ſocordia, qua poſteriores editiones ſunt mutilatae & vitiatae. Priores omnes habent καὶ ὁ βληθεὶς, recte. *J. J.*

12. Δυσοσμίας] Angl. δυσωδίας. *J. B.*

13. Χρίειν] Ut in Nigr. & in Tox. *J. B.*

22. Κυνοπρόσωποι] Cteſiae κυνοκεφάλους hic tangit; de quibus ille multa blateravit. Vide *Photii* Excerpta. *M. du S.*

24. Κἀκείνων] *Vorſtius* κἀκεῖνοι. Sed nihil muto. *M. du S.*

ἀντὶ σαλπιστῶν χρῶνται) ἐμάχοντο· καὶ τὸ μὲν εὐώνυμον τῶν Ἡλιωτῶν αὐτίκα ἔφυγεν, οὐδ᾽ ἐς χεῖρας δεξάμενον τοὺς Ἱππογύπους, καὶ ἡμεῖς εἱπόμεθα κτείνοντες· τὸ δεξιὸν δ᾽ αὐτῶν ἐκράτει τοῦ ἐπὶ τῷ ἡμετέρῳ εὐωνύμου· καὶ ἐπεξῆλθον οἱ Ἀεροκώνωπες διώκοντες ἄχρι πρὸς τοὺς πεζούς· ἐνταῦθα δὲ κἀκείνων ἐπιβοηθούντων, [a] ἔφυγον ἐπικλίναντες, καὶ μάλιστα ἐπεὶ ᾔσθοντο τοὺς ἐπὶ τῷ εὐωνύμῳ σφῶν νενικημένους. τῆς δὲ τροπῆς λαμπρᾶς γενομένης, πολλοὶ μὲν ζῶντες ἡλίσκοντο, πολλοὶ δὲ καὶ ἀνῃροῦντο, καὶ τὸ αἷμα ἔῤῥει [b] πολὺ μὲν ἐπὶ τῶν νεφῶν, ὥστε αὐτὰ βάπτεσθαι, καὶ ἐρυθρὰ φαίνεσθαι, οἷα παρ᾽ ἡμῖν δυομένου τοῦ ἡλίου φαίνονται, πολὺ δὲ καὶ εἰς τὴν γῆν κατέσταζεν, ὥστε με εἰκάζειν, μὴ ἄρα τοιούτου τινὸς καὶ πάλαι ἄνω γενομένου, Ὅμηρος ὑπέλαβεν αἵματι ὗσαι τὸν Δία ἐπὶ τῷ τοῦ Σαρπηδόνος θανάτῳ.

Ἀναστρέψαντες δὲ ἀπὸ τῆς διώξεως, δύο τρόπαια ἐστήσαμεν, τὸ μὲν ἐπὶ τῶν ἀραχνίων τῆς πεζομαχίας· τὸ δὲ τῆς ἀερομαχίας, ἐπὶ τῶν νεφῶν. ἄρτι δὲ τούτων γιγνομένων, ἠγγέλλοντο ὑπὸ τῶν σκοπῶν οἱ Νεφελοκένταυροι προσελαύνοντες, οὓς ἔδει πρὸ τῆς μάχης ἐλθεῖν τῷ Φαέθοντι. καὶ δὴ ἐφαίνοντο προσιόντες, θέαμα παραδοξότατον, ἐξ ἵππων πτερωτῶν καὶ ἀνθρώπων συγκείμενοι· μέγεθος δὲ, τῶν μὲν ἀνθρώπων, ὅσον τοῦ [c] Ῥοδίου κολοσσοῦ ἐξ ἡμισείας ἐς τὸ ἄνω, τῶν δ᾽ ἵππων, ὅσον νεὼς μεγάλης φορτίδος. τὸ μέντοι πλῆθος αὐτῶν οὐκ ἀνέγραψα,

que edito, his enim utuntur loco tubicinum, certabant. Ac ſiniſtrum Heliotarum cornu ſtatim fugere, cum nec ad manus admiſiſſet Hippogypos, & nos inſequi caedibus: dextrum vero illorum cornu ſiniſtram noſtram aciem ſuperavit, impetuque facto perſecuti Aëroconopes ad pedites usque pervenerunt. Hic vero & illis ſubſidio venientibus, inclinata acie fugerunt, & maxime cum ſentirent, ſuos in ſiniſtro cornu victos. Cum effuſe jam fugerent, multi quidem vivi capti ſunt, multi vero etiam interfecti, copioſusque tum per nubes ſanguis fluxit, ut tinctae illo, rubicundae viderentur, quales apud nos occidente ſole apparent; tum ſtillavit in terram, adeo quidem ut conjicerem ego, numquid forte tale quid olim apud ſuperos factum cum eſſet, Homerus putaverit, ſanguine pluiſſe Jovem ob mortem Sarpedonis.

18. A perſequendis hoſtibus reverſi tropaea duo ſtatuimus, alterum de pedeſtri praelio, in aranearum tela; alterum vero pugnae in aëre commiſſae, in nubibus. Commodum iſta gerebantur, cum nuntiantur a ſpeculatoribus adventare Nephelocentauri, quos ante pugnam venire Phaëthonti oportebat. Et ſane apparebat cum accederent admirabile in primis ſpectaculum, ex alatis equis & hominibus compoſiti: hominum magnitudo, quanta eſt qua ſuperiorem partem dimidium Coloſſi Rhodiorum; equorum, quanta magnae navis onerariae. Numerum eorum non adſcripſi, ne cui

a Ἔφυγον ἐπικλίναντες] Alii ἔπαυσαν ἐγκλίναντες *Coll.* Nihil a vulg. recedunt *J. H. Fl. P.* b Πολὺ] Πολλοὶ male *Fl.* c Ῥοδίου] Sic *J.* item A. & P. Ῥοδίων Edd. reliquae.

42. Ἔπαυσαν ἐγκλίναντες] Γρ. αἱ ἔφυγον ἐπικλίναντες. *G.*
52. Ὅμηρος] Τὸ σκῶμμα εἰς Ὅμηρον. *G.*
63. Ὅσον τοῦ Ῥοδίων Κολοσσοῦ] Τριάκοντα πηχέων, ἑξήκοντα γὰρ ἦν ὅλος ὁ Κολοσσὸς πηχέων. *V.*

52. Ὅμηρος] *Homer.* Il. Π. 459. *M. du S.*
63. Τοῦ Ῥοδίων] Angl. Ῥοδίου. *J. B.*
Ibid. Ῥοδίου κολοσσοῦ] De hujus altitudine inter antiquos Scriptores non conveniſſe ait *Leo Allatius.* Verum errat is egregie. *Strabo* enim eum LXX. cubitos altum ſtatuit, *Feſtus* vero pedes CV. idem aliis verbis dicunt, cum cubitus ſit pes ſeſquialter. Vide A. G. 2666. VIII. *Scaligerum* immerito idem carpit pondus aeris ex numero camelorum rite ſubducentem, *not. ad Euſeb. Chron.* p. 137. De *Quintaliis*, quam mo-

cui incredibilis videretur, adeo ingens erat. Dux illorum ille de Zodiaco Sagittarius. Cum vero victos amicos ſuos eſſe ſenſiſſent, Phaëthontem miſſo nuncio in praelium revocarunt: ipſi vero inſtructa acie in Selenitas irruunt perturbatos, palantes, & in perſequendis hoſtibus praedaque legenda diſperſos. In fugam vertunt omnes, ipſumque regem ad urbem usque perſequuntur, pleriſque volucrium ipſius interfectis: tropaea revellunt, totumque campum ab araneis textum percurrunt: me vero & ſociorum duos vivos capiunt. Jamque Phaëthon adeſt, & rurſus alia ab illis tropaea ſtatuuntur. Nos quidem igitur eodem adhuc die ad Solem abducimur, manibus ad terga revinctis filo de araneae tela abſciſſo.

19. Atque oppugnare quidem urbem non ſtatuunt, reverſi autem quod interjectum eſt aëris muro interpoſito abſciderunt, ut ſplendor a ſole non jam pervenire ad Lunam poſſet, jam murus ille duplex erat nubibus conſtans. Itaque aperta Lunae eclipſis efficiebatur, ut perpetua nocte univerſa tegeretur. His cum urgeretur malis Endymion, legatione miſſa ſupplicavit ut demoliretur illam munitionem, nec rejiceret ſe degentes in tenebris: promiſitque tributa pendere, ac mittere auxilia, nec amplius rebellare, obſideſque harum rerum cauſſa obtulit. Phaëthon autem cum ſuis, concilio bis habito, priori quidem irarum ni-

μὴ τὸ καὶ ἄπιστον δόξῃ, τοσοῦτον ἦν. ἡγεῖτο δὲ αὐτῶν ὁ ἐκ τοῦ Ζωδιακοῦ τοξότης. ἐπεὶ δὲ ᾔσθοντο τοὺς φίλους νενικημένους, ἐπὶ μὲν τὸν Φαέθοντα ἔπεμπον ἀγγελίαν, αὖθις ἐπιέναι· αὐτοὶ δὲ διαταξάμενοι, τεταραγμένοις ἐμπίπτουσι τοῖς Σεληνίταις, ἀτάκτοις περὶ τὴν δίωξιν, καὶ τὰ λάφυρα διεσκεδασμένοις· καὶ πάντας μὲν τρέπουσιν, αὐτὸν δὲ τὸν βασιλέα καταδιώκουσι πρὸς τὴν πόλιν, καὶ τὰ πλεῖστα τῶν ὀρνέων αὐτοῦ κτείνουσιν· ἀνέσπασαν δὲ καὶ τὰ τρόπαια, καὶ κατέδραμον ἅπαν τὸ ὑπὸ τῶν ἀραχνῶν πεδίον ὑφασμένον, ἐμὲ δὲ, καὶ δύο τινὰς τῶν ἑταίρων, ἐζώγρησαν, ἤδη δὲ παρῆν καὶ ὁ Φαέθων, καὶ αὖθις ἄλλα τρόπαια ὑπ᾽ ἐκείνων ἵσταντο. ἡμεῖς μὲν οὖν ἀπηγόμεθα ἐς τὸν ἥλιον αὐθημερὸν, τὼ χεῖρε ὀπίσω δεθέντες ἀραχνίου ἀποκόμματι.

Οἱ δὲ πολιορκεῖν μὲν οὐκ ἔγνωσαν τὴν πόλιν· ἀναστρέψαντες δὲ, τὸ μεταξὺ τοῦ ἀέρος ἀπετείχιζον, ὥστε μηκέτι τὰς αὐγὰς ἀπὸ τοῦ ἡλίου πρὸς τὴν σελήνην διήκειν. τὸ δὲ τεῖχος ἦν διπλοῦν, νεφελωτόν· ὥστε σαφὴς ἔκλειψις τῆς Σελήνης ἐγεγόνει· καὶ νυκτὶ διηνεκεῖ πᾶσα κατείχετο. πιεζόμενος δὲ τούτοις ὁ Ἐνδυμίων, πέμψας ἱκέτευε καθαιρεῖν τὸ οἰκοδόμημα, καὶ μὴ σφᾶς περιορᾶν ἐν σκότῳ βιοτεύοντας· ὑπισχνεῖτο δὲ καὶ φόρους τελέσειν, καὶ σύμμαχος ἔσεσθαι, καὶ μηκέτι πολεμήσειν· καὶ ὁμήρους ἐπὶ τούτοις δοῦναι ἤθελεν. οἱ δὲ περὶ τὸν Φαέθοντα, γενομένης δὶς ἐκκλησίας, τῇ προτεραίᾳ μὲν, οὐδὲν παρ-

movet controverſiam, penes mercatores judicium eſto, de uſu enim vocis non litigabo. Vide notam noſtram ad Συγγρ. c. 23. Ed. *Junt.* Ῥοδίου, cum A. & P. Reliquae Ῥοδίων. *M. du S.*

89. Ἐκλείψεις τῆς Σελήνης] Clar. **Duker.** ad *Thucyd.* VII. 50. (quem adeundum Cl. *Hemſt.* in marg. monuerat) obſervat *Scaligerum* ad Tibull. I. 8. 19. exiſtimare, verbum ἐκλείπειν tam de Lunae quam Solis defectu ab omnibus Graecis uſurpari. Sed nomen ἔκλειψις veteres raro de Luna, immo de Sole tantum dixiſſe. Verum tamen *Ariſtotelem* II. Meteorolog. 8. τὰς ἐκλείψεις τῆς Σελήνης dixiſſe, & poſt hunc *Polyb.* V. 78. Item *Plutarch.* in libr. de facie in orbe Lunae non ſemel, nec non *Diog. Laërt.* Prooem. §. 2. jure huic opponit **Dukerus**, a quo haec deſumſi. *J. F. R.*

95. Ὁμήρους] Vid. *Thom. Mag.* v. Βούλομαι. *M. du S.*

Ὁμήρους ἐπὶ τούτοις] *Inſuper* vertere *Benedict.* & Pariſinae Interpres. Sed vid. quae mox ad verſ. hinc quartum dicentur. *J. F. R.*

97. Τῇ προτεραίᾳ] Hoc videri ex *Thucyd.* III. 36. deſumtum, recteque προτεραίᾳ ſcribi (pro προτέρᾳ, quod in nonnullis *Thucydidis* Exemplaribus erat.) Vid. ap. Cl. **Duker.** ad *Thucyd.* VII. 51. p. 479. ubi & hoc Luciani teſtimonio eſt uſus. Intelligi autem ἡμέρᾳ videtur, quod ap. *Thucyd.* additur; ait enim: τῇ μὲν προτεραίᾳ πρὸς τὰ τείχη τῶν Ἀθηναίων προσέβαλλον —— καὶ ταύτῃ μὲν τῇ ἡμέρᾳ ἀπεχώρησεν ἡ στρατιὰ τῶν Συρακουσίων· τῇ δ᾽ ὑστεραίᾳ &c. Etſi ἐκκλησίᾳ quoque intelligi queat,

παρέλυσαν τῆς ὀργῆς, τῇ ὑστεραίᾳ δὲ, μετέγνωσαν. καὶ ἐγένετο ἡ εἰρήνη ἐπὶ τούτοις.

Κατὰ τάδε συνθήκας ἐποιήσαντο οἱ Ἡλιῶται καὶ οἱ σύμμαχοι πρὸς Σεληνίτας καὶ τοὺς συμμάχους, ἐπὶ τῷ καταλῦσαι μὲν τοὺς Ἡλιώτας τὸ διατείχισμα, καὶ μηκέτι ἐς τὴν Σελήνην ἐσβάλλειν, ἀποδοῦναι δὲ καὶ τοὺς αἰχμαλώτους, [a] ῥητῶν ἕκαστον χρημάτων· τοὺς δὲ Σεληνίτας, ἀφεῖναι μὲν αὐτονόμους τούς γε ἄλλους ἀστέρας, ὅπλα δὲ μὴ ἐπιφέρειν τοῖς Ἡλιώταις, συμμαχεῖν δὲ τῇ [b] ἀλλήλων ἤν τις ἐπίῃ· φόρον δὲ ἀποτελεῖν ἑκάστου ἔτους τὸν βασιλέα τῶν Σεληνιτῶν τῷ βασιλεῖ τῶν Ἡλιωτῶν, δρόσου ἀμφορέας μυρίους· καὶ ὁμήρους δὲ σφῶν αὐτῶν δοῦναι μυρίους, τὴν δ' ἀποικίαν τὴν ἐς τὸν ἑωσφόρον, κοινὴν ποιεῖσθαι, καὶ μετέχειν τῶν ἄλλων τὸν βουλόμενον. ἐγγράψαι δὲ τὰς συνθήκας στήλῃ ἠλεκτρίνῃ, καὶ ἀναστῆσαι ἐν μέσῳ τῷ ἀέρι ἐπὶ τοῖς μεθορίοις. ὤμοσαν δὲ Ἡλιωτῶν μὲν, Πυρωνίδης καὶ Θερίτης, καὶ Φλόγιος· Σεληνιτῶν δὲ, Νύκτωρ, καὶ Μήνιος, καὶ Πολυλαμπής.

Τοιαύτη μὲν ἡ εἰρήνη ἐγένετο· εὐθὺς δὲ τὸ τεῖχος καθῃρεῖτο, καὶ ἡμᾶς τοὺς αἰχμαλώτους ἀπέδοσαν. ἐπεὶ δὲ ἀφικόμεθα ἐς τὴν

hil remiſere, ſed poſteriore ſententiam mutarunt. Convenit autem pax his legibus:

20. *In has conditiones foedus fecere Heliotae ipſorumque ſocii, cum Selenitis ac ſociis illorum, ut Heliotae quidem demoliantur munitionem interpoſitam, nec amplius irruptionem in Lunam faciant, reddantque captivos pretio, de quo inter ſingulos convenerit. Selenitae autem uti liberas & ſui juris eſſe patiantur ſtellas reliquas; neque bellum inferant Heliotis, ſed auxilia potius mittant invicem, ſi quis illos invadat, tributumque pendat quotannis Heliotarum regi rex Selenitarum, roris amphoras decies mille ejusque rei obſides det decies mille; coloniam autem in Luciferum communiter mittant, & in partem ejus veniat aliorum etiam quisquis voluerit; inſcribantque foedus hoc columnae ex electro, eamque ſtatuant in medio aëre, ipſisque in finibus. Jurarunt in hoc foedus Heliotarum Pyronides* (Igneus) *& Therites* (Aeſtivus) *& Phlogius*; (Flammeus) *Selenitarum vero Nyctor* (Nocturnus) *& Menius* (Menſtruus) *& Polylampes* (Multilucius).

21. Haec talis igitur pax facta eſt. Statimque munitio dejecta, nosque captivos reddiderunt. Cum autem rediiſſemus in Lu-

a Ῥητῶν ἕκαστον χρημάτων] Ῥητοῦ ἑκάστου χρήματος *Fl.* Sed vulgatam ſervant cett. & P. b Ἀλλήλων] Sic Edd. Ἀλλήλοις P.

17. Τὸ τεῖχος καθῃρεῖτο] Σημειοῦ διὰ τὴν σύνταξιν. ὤφειλε γὰρ οὕτως· εὐθὺς δὲ, τοῦ τείχους καθαιρεθέντος, ἡμᾶς τοὺς αἰχμαλώτους * ἀπέδοσαν· ἀλλ' ἐπειδὴ ἱστορία † τὸ προκείμενον φεύγει τὸν πλαγιασμὸν ‡ σαφηνείας χάριν. *V.*

* Ἀπέδοσαν] Sic ſcribendum pro edito ἀπέδησαν, bene monuit *M. du S.*

† Τὸν προκείμενον] N. L. Scriptutam V. Cod. expreſſimus. Impr. habet τοῦ προκειμένου. *M. du S.*

‡ Σαφηνείας] Σαφηνίας Edit. *Cler.* Sed mutavit eadem manus quae ſcholion praecedens.

ut vid. ad c. 11. ejusd. Lib. Noſter rurſum I. V. *Hiſt.* f. & *Aſin.* c. 42. & alibi. *J. F. R.*

99. Ἐπὶ τούτοις] Ἐπὶ de conditione in quam aliquid paciſcimur, frequens. *Herodian.* I. III. 5. Καινὰς ἡδονὰς ἐπὶ μεγίστοις μισθοῖς ἐθηρᾶτο. Et ibid. c. 2. 2. ἐπὶ συντάξεσιν οὐκ εὐκαταφρονήτοις καλῶν. Apertius ap. eumd. III. 12. ipſo pr. Ἐπὶ ταύταις δὴ ταῖς συνθήκαις ἀνελθὼν ὁ χιλιάρχης. Noſter infra *Philopſ.* §. 16. ἐπὶ μισθῷ μεγάλῳ ἀπαλλάξας τῶν δεινῶν. *Long. Paſt.* 2. p. 81. Ed. *Jungerm.* ᾖσεν ἐπὶ μισθῷ τράγῳ καὶ σύριγγι. In primis vero ſolemne hiſtoricis ἐπὶ τούτοις & ἐπὶ τοῖσδε dicere, in deſcribendis foederis conditionibus. *Thucyd.* VIII. 18. pr. Ἐπὶ τοῖσδε ξυμμαχίαν ἐποιήσαντο πρὸς Βασιλέα καὶ Τισσαφέρνην Λακεδαιμόνιοι. Ad quae verba *Waſſe* ac *Duker* plura produnt exempla, quae hic non repetam. At jam videndum, an igitur ὁμήρους ἐπὶ τούτοις δοῦναι, quod modo praeceſſit, non ſimili fere modo reddendum: *obſides dare in has conditiones*, i. e. ſe in fidem promiſſorum obſides daturos. Poteſt ſic intelligi, ac tamen *ſuper* verti, non *inſuper*; nam ob-

Lunam , occurrerunt nobis & cum lacrumis complexi ſunt tum ſocii , tum ipſe Endymion. Et hic quidem rogabat , maneremus apud ſe , & coloniae nos adſcribi pateremur , pollicitus ſe nuptui daturum mihi puerum ſuum : mulieres enim apud illos non ſunt. At ego nullo modo perſuaderi mihi paſſus ſum, ſed demitti in mare petii. Cum vero videret , perſuaderi mihi non poſſe , poſt ſeptem nos dierum epulas dimittit.

Σελήνην, ὑπηντίαζον ἡμῖν, καὶ ἀσπάζοντο μετὰ δακρύων, οἵ τε ἑταῖροι, καὶ ὁ Ἐνδυμίων αὐτός. καὶ ὁ μὲν, ἠξίου μεῖναί τε παρ' αὐτῷ, καὶ κοινωνεῖν τῆς ἀποικίας, ὑπισχνούμενος δώσειν πρὸς γάμον τὸν ἑαυτοῦ παῖδα· γυναῖκες γὰρ οὐκ εἰσὶ παρ' αὐτοῖς· ἐγὼ δὲ οὐδαμῶς ἐπειθόμην, ἀλλ' ἠξίουν ἀποπεμφθῆναι κάτω εἰς τὴν θάλατταν. ὡς δὲ ἔγνω ἀδύνατον ὂν πείθειν, ἀποπέμπει ἡμᾶς, ἑστιάσας ἑπτὰ ἡμέρας.

22. Quae autem toto hoc , quo in Luna commoratus ſum tempore nova atque admiranda animadverterim , ea dicere jam volo : ac primum illud , non naſci illos ex mulieribus , ſed e viris. Maſculis enim nuptiis utuntur , mulieriſque plane nomen ignorant. Ad quinque igitur & viginti annos nubit eorum unuſquiſque , ab eo inde tempore alium ipſe ducit. Foetum gerunt non in utero, ſed in ſuris: cum enim conceptus eſt embryo , craſſeſcit ſura: atque aliquando poſt educunt mortuos , expoſitiſque hianti ore ad ventum vitam conciliant. Videtur autem inde ad Graecos deſcendiſſe ſurae nomen , quam *ſurae ventrem* appellant, quod ea apud illos pro ventre gravida eſt. Sed hoc majus etiam aliud

Ἃ δ' ἐν τῷ μεταξὺ διατρίβων ἐν τῇ Σελήνῃ, κατενόησα καινὰ, καὶ παράδοξα, ταῦτα βούλομαι εἰπεῖν. Πρῶτα μὲν τὸ μὴ ἐκ γυναικῶν γεννᾶσθαι αὐτοὺς, ἀλλ' ἀπὸ τῶν ἀῤῥένων· γάμοις γὰρ τοῖς ἄῤῥεσι χρῶνται, καὶ οὐδ' ὄνομα γυναικὸς ὅλως ἴσασι. μέχρι μὲν οὖν πέντε καὶ εἴκοσιν ἐτῶν, γαμεῖται ἕκαστος, ἀπὸ δὲ τούτων, γαμεῖ αὐτός· κύουσι δὲ οὐκ ἐν τῇ νηδύϊ, ἀλλ' ἐν ταῖς γαστροκνημίαις· ἐπειδὰν γὰρ συλλάβῃ τὸ ἔμβρυον, παχύνεται ἡ κνήμη, καὶ χρόνῳ ὕστερον ἀνατεμόντες, ἐξάγουσι νεκρά· ἐκθέντες δὲ αὐτὰ πρὸς τὸν ἄνεμον κεχηνότα, ζωοποιοῦσι. δοκεῖ δέ μοι καὶ ἐς τοὺς Ἕλληνας ἐκεῖθεν ἥκειν τῆς γαστροκνημίας τοὔνομα, ὅτι παρ' ἐκείνοις ἀντὶ γαστρὸς κυοφορεῖ. μεῖζον δὲ τούτου ἄλ-

λο

38. Ἐν ταῖς γαστροκνημίαις] Τοῦτο αἰνιττόμενος τὰ περὶ τὸν Διόνυσον φησί. G.

obſidum traditio non adeo eſt nova actio ; ſed continuatio & confirmatio prioris. Etſi non adeo multum interſit, ſi *quis* novam actionem ſtatuat , & *inſuper* vertat , quum diſtinctio paullo major quam ſimplex comma praecedat , quam diſtinctionem ſervandam duxi, ut erat in Pariſ. ac nonnullis aliis, quia novum verbum ἤθελεν ſequitur, quod poſteriorem ſenſum aliquantum tamen dirimit a prioribus, quae ab alio verbo pendent , nimirum ab ὑπισχνεῖτο. Nam ἐπὶ τούτοις & alibi recte vertas *inſuper* , vel *poſt* , ut ap. *Ariſtoph.* Pl. 57. Ἦ τἀπὶ τούτοις δρῶ. Et ibid. 1002. καὶ πρὸς ἐπὶ τούτοις εἶπεν ἀποπέμπων. *Et inſuper dixit haec remittens.* &c. Etſi πρὸς ibi magis adjuvat ſignificationem τοῦ *inſuper* ; tamen *Ael.* 2. Var. Hiſt. 13. med. καὶ ἀγαθὸς , καὶ ἐπὶ τούτοις σοφὸς , *& praeter haec ſapiens.* Ne plura addam , quae in promtu eſſent. *J. F. R.*

9. Τὴν δ' ἀποικίαν τὴν εἰς τὸν Ἑωσφόρον κοινὴν ποιεῖσθαι; καὶ μετέχειν τὸν ἄλλων τὸν βουλόμενον] Poſteriora verba ſic perperam reddidit Interpr. *Et qui volet , aliorum ſit particeps* ; nam τὸ , ἄλλων , non pertinet ad verbum μετέχειν, ſed ad τὸ, τὸν βουλόμενον, ut ſit, q. d. τὸν βουλόμενον ἐκ τῶν ἄλλων. Verte integrum locum : *Mittatur vero ad Luciferum colonia communis , ejusque demigrationis ſocietatem habeat ex aliis quicunque voluerit.* L. Bos.

24. Δώσειν πρὸς γάμον] Sic αἰτεῖν πρὸς γάμον. *Long. Paſt.* III. p. 122. *J. F. R.*

26. Ἠξίουν ἀποπεμφθῆν. κ.] *Th. Mag.* voce βούλομαι. *M. du S.*

38. Ἀλλ' ἐν ταῖς γαστροκνημίαις] *Joſephus Acoſta* Hiſtoriæ Indicæ cap. 39. lib. 4. *Th. M.*

41. Νεκρὰ] Tacite reſpicitur ad plural. ἔμβρυα ; licet ſingularis tantum praecedat ; ut infra inverſo ordine, praemiſſo plurali, ſequitur ſingularis. Vid. quae notamus ad 2. *Ver. Hiſt.* c. 37. *J. F. R.*

51. Φαλ-

λο διηγήσομαι. Γένος ἐστὶ παρ' αὐτοῖς ἀνθρώπων, οἱ καλούμενοι [a] Δενδρῖται· γίγνεται δὲ τὸν τρόπον τοῦτον· ὄρχιν ἀνθρώπου τὸν δεξιὸν ἀποτεμόντες, ἐν γῇ φυτεύουσιν, ἐκ δ' αὐτοῦ δένδρον ἀναφύεται μέγιστον, σάρκινον, οἷον φαλλός· ἔχει δὲ καὶ κλάδους, καὶ φύλλα, ὁ δὲ καρπός ἐστι βάλανοι [b] πηχυαῖοι τὸ μέγεθος. ἐπειδὰν οὖν πεπανθῶσι, τρυγήσαντες αὐτὰς ἐκκολάπτουσι τοὺς ἀνθρώπους. αἰδοῖα μέντοι προσθετὰ ἔχουσιν, οἱ μὲν ἐλεφάντινα, οἱ δὲ πένητες αὐτῶν, ξύλινα, καὶ διὰ τούτων ὀχεύουσι, καὶ πλησιάζουσι [c] ταῖς γαμεταῖς αὐτῶν.

Ἐπειδὰν δὲ γηράσῃ ὁ ἄνθρωπος, οὐκ ἀποθνήσκει, ἀλλ' ὥσπερ καπνὸς διαλυόμενος, ἀὴρ γίγνεται. τροφὴ δὲ πᾶσιν ἡ αὐτή· ἐπειδὰν γὰρ πῦρ ἀνακαύσωσι, βατράχους ὀπτῶσιν ἐπὶ τῶν ἀνθράκων, πολλοὶ δὲ παρ' αὐτοῖς εἰσιν ἐν τῷ ἀέρι πετόμενοι· ὀπτωμένων δὲ, [d] περικαθεσθέντες, ὥσπερ δὴ περὶ τράπεζαν, λάπτουσι τὸν ἀναθυμιώ-

enarrabo. Genus eſt apud illos hominum Dendritae, (*Arborei*) quod hunc in modum naſcitur. Teſticulum hominis dextrum reſectum in terra deponunt. Ex illo deinde arbor enaſcitur maxima, carnea, phalli inſtar. Habet vero etiam ramos & folia. Fructus illius glandes cubitales. Has, ubi maturuere, decerpunt, hominesque inde excudunt. Pudenda habent adſciticia, eburnea alii, lignea vero pauperes, iisque coëunt, ſuosque nuptos ſubigunt.

23. Cum conſenuit homo, non moritur, ſed fumi inſtar in aërem diſſolvitur. Cibus omnibus unus eſt. *Accenſo enim igne ranas in prunis aſſant: ſunt autem apud ipſos multae volantes in aëre. Aſſidentes* vero circa eum in quo aſſantur focum, ſurgentemque inde nidorem ore captantes, epu-

a Δενδρῖται] Δενδρῆται *H.* ſola. *b* Πηχυαῖοι] Sic Edd. Πηχυαῖαι aliquem legere *Solan.* addidit, non indicans quis ille ſit. *c* Ταῖς] Sic etiam cum reliqq. *J. Fl. Ald. P. H.* *d* Περικαθεσθέντες] Περικαθεζόμενοι A.|P. Παρακαθεζόμενοι L. Nulla Ed. a vulgata recedit.

46. Γένος ἐστὶ περὶ αὐτοῖς ἀνθρώπων] Σπαρτοὺς λεγομένους ἀποσκώπτει, τοὺς ἐκ * δρακοντείων ὀδόντων ἐκφύντας. *V.*

66. Λάπτουσι τὸν ἀναθυμιώμενον καπνὸν] Ἡροδότου διασύρει τὸ περὶ Σκυθῶν † αὐτῷ ἱστορούμενον περὶ τῆς βοτάνης, ἧς καιομένης τοῦ ἐκθυμιωμένου καπνοῦ σπῶντες οἱ περικαθήμενοι Σκύθαι τὴν πυρὰν, μεθύειν ὡς ἀπὸ οἴνου λέγονται. *V.* (C. κάπτουσι· Nihil aliud.)

* Δρακοντείων] Δρακοντίων ediderat *Cler.* correxit *M. du S.*

† Αὐτῷ] Τοῦτο legebatur; ſed mutavit *M. du S.*

51. Φαλλὸς] Vide *Ariſtoph. Schol.* in Acharn. p. 271. *Vorſt.* de his vide Συρ. *M. du S.*

Φαλλὸς] Iterum infra c. 30. *M. du S.* Sed φελλὸς *ſuber*, ut 2. *Ver. Hiſt.* c. 45. & alibi. *J. F. R.*

52. Πηχυαῖαι] In omnibus legitur πηχυαῖοι, quod cum aperte corruptum eſſet, mutavimus. Similem phraſin vide c. 40. σταδιαῖον τὸ μῆκος. *M. du S.*

54. Ἐκκολάπτουσι τοὺς ἀνθρώπους] Benedictus: *ex iis homines excludunt*. Patior; ſed quomodo id fit? Certe quum utitur verbo *excludere*, innuit ſe putaſſe ab Luciano id ſic conceptum eſſe, quomodo apud Latinos pulli excludi dicuntur inſidendo & calefaciendo: quod parum videtur convenire ſenſui auctoris. Idem verbum rurſus occurrit lib. 2. *Vera Hiſt.* c. 40. f. πελέκεσι γοῦν διακόψαντες ἓν τῶν ᾠῶν, νεοττὸν ἄπτερον ἐξεκολάψαμεν., nec dubitavit *Benedictus* ſibi ſimilis eſſe, *cum igitur unum ex ovis ſecuribus praecidiſſemus, pullum implumem excluſimus*, quæ quidem mirifica ratio excludendi. Nec ſic loquerentur Latini; & ideo nec amamus. Noſtrum locum alii intolerantius reddunt *in homines effingunt*, quaſi de cælando cogitaſſet Lucianus. Putamus ſimpliciter verti debere *homines extundunt*. *J. G.*

65. Περικαθεσθέντες] Angl. περικαθεζόμενοι. *J. B.*

Περικαθεσθέντες] Etſi aoriſt. hic inſolentior eſt & rarior, immo barbarus vocatur a *Th. Mag.* & Codd. quidam περικαθεζόμενοι habent, ego tamen eum cum Cl. *Jenſio* ſervandum cenſeo, cujus verba ex Lectt. Luc. p. 11. huc transſcribi merentur. *Magiſtri* noſtri, ait, vox eſt, Ἐκαθέσθην, καθεσθεὶς, καθήσομαι, καθεσθῆναι καὶ ὅσα ἀπὸ τούτων, βάρβαρα. Mitius, mitius, ὦ βέλτιστε. Nonne περικαθεσθέντες ab καθεσθεὶς? Atqui eo uti non dedignatus eſt, non Barbarus *Lucianus*, in *Vera Hiſt.* p. 726. (i. e. h. l.) quamquam me non fu-

epulantur. Ac cibo quidem nutriuntur ejusmodi. Potus vero illis eſt expreſſus aër in calicem, ubi liquidum quiddam roris inſtar dimittit. Verumtamen neque urinam emittunt, neque alterius rei cauſſa ſecedunt: quin neque iisdem quibus nos locis perforati ſunt. Sed neque praebent quod pueri noſtri amatoribus, ſed ſupra ſuram poplites, ibi enim perforati ſunt. Pulcher autem apud illos habetur, ſi quis calvus & ſine comis ſit: comatos vero etiam abominantur. Contra ea in Cometis (*ſtellis comatis*) comatos pro pulchris habent: peregrini enim inde quidam aderant, qui de illis etiam narrarent. Barbas tamen habent paullum ſupra genua. Ungues in pedibus non habent, ſed unum modo omnes *ibi* digitum. Supra podicem braſſica unicuique enata eſt magna, caudae inſtar, virens ſemper, quae nec frangitur, ſi quis ſupinus cadat.

24. Emungunt mel acerrimum, & cum

μενοι καπνὸν, καὶ εὐωχοῦνται. σίτῳ μὲν δὴ τρέφονται τοιούτῳ· [d] ποτὸν δὲ αὐτοῖς ἐστὶν ἀὴρ ἀποθλιβόμενος εἰς κύλικα, καὶ ὑγρὸν ἀνιεὶς ὥσπερ δρόσον· οὐ μὴν ἀπουροῦσί γε, καὶ ἀφοδεύουσιν, ἀλλ' οὐδὲ τέτρηνται, ἧπερ ἡμεῖς· ἀλλ' οὐδὲ τὴν συνουσίαν οἱ παῖδες ἐν ταῖς [e] πυγαῖς παρέχουσιν, ἀλλ' ἐν ταῖς [f] ἰγνύσιν, ὑπὲρ τὴν γαστροκνημίαν· ἐκεῖ γὰρ εἰσι τετρημένοι. καλὸς δὲ νομίζεται παρ' αὐτοῖς, ἤν που τις φαλακρὸς καὶ ἄκομος ᾖ, τοὺς δὲ κομήτας καὶ μυσάττονται. ἐπὶ δὲ τῶν κομητῶν ἀστέρων, τοὐναντίον, τοὺς κομήτας καλοὺς νομίζουσιν· ἐπεδήμουν γάρ τινες, οἳ καὶ περὶ ἐκείνων διηγοῦντο. καὶ μὴν καὶ γένεια φύουσι, μικρὸν ὑπὲρ τὰ γόνατα. καὶ ὄνυχας ἐν τοῖς ποσὶν οὐκ ἔχουσιν, ἀλλὰ πάντες εἰσὶ μονοδάκτυλοι. ὑπὲρ δὲ τὰς πυγὰς ἑκάστῳ αὐτῶν κράμβη ἐκπέφυκε μακρὰ, ὥσπερ οὐρὰ, θάλλουσα ἐς ἀεὶ, καὶ ὑπτίου ἀναπίπτοντος, οὐ κατακλωμένη.

Ἀπομύττονται δὲ μέλι δριμύτατον· κἀπειδὰν

d Ποτὸν] Sic cum cett. etiam *J. Fl. H. P.* e Πυγαῖς] Ἕδραις A. & *Fl.* Πυγαῖς P. cum Edd. ceteris. f Ἰγνύσιν] *Ald.* ἰγνύαις Coll. Schol.

74. Ἰγνύαις] Ὅτι οὐ μόνον ‡ ἰγνύα ἡ εὐθεῖα § εἴρηται, ἀλλὰ καὶ ἡ ἰγνὺς· ἀφ' οὗ καὶ ¶ γράφεται ταῖς ἰγνύσι· γαστροκνημία δὲ λέγεται τὸ ἐξόπισθεν τοῦ καλάμου τοῦ σκέλους. V.

‡ Ἰγνύα] C. Ἰγνύη.
§ Εἴρηται] C. Εὕρηται.
¶ Γράφεται] Γὰρ pro γράφεται editum erat; at in Exc. G. ſcriptum eſt Γρ' quo compendio utuntur pro γράφεται. Et in V. etiam. *M. du S.*

fugit ex Cod. Angl. produci περικαθεζόμενοι a *Bourdelotio*. Rurſum non ita pro barbaro habendum ipſum ἐκαθέσθην, a quo ſtylum ſuum non abſtinuit *Heſychius*; quem in eopſe loco, ubi hac voce utitur, turpiter corruptum emendaſſe operae erit; ubi enim legis Κατερέξατο, ἐκαθέσθη. ſine ulla haeſitatione lege Κατ' ἀρ' ἕζετο, ἐκαθέσθη. Praeterquam quod hunc literarum κατ' ἀρ' ordinem locus ipſe poſtulat, adi *Scholiaſten* veterem *Homeri*, qui ad Il. A. 73. & 106. haec eadem *Heſychii* verba habet. Haec, inquam, bene *Jenſius*, cujus ſententiae confirmandae gratia addo *Long. Paſt.* L. 2. p. 86. Ed. *Jungerm.* ὑπὸ τῇ δρυῒ καθεσθέντες ἐσύριζον. *J. F. R.*

68. Ποτὸν] Veteres Edd. hic conſentire cum vulgata, adnotavit *Solanus*. An ergo quaeſivit num aliae πότος maſc. gen. haberent? Sed nihil opus eſt; nam & ποτὸν neutr. praeter *Xenoph.* Lexicis adnotatum, etiam *Cebes* in *Tab.* p. 10. Ed. *Reland.* τοῦτο δὲ τί ἐστι τὸ ποτόν; *J. F. R.*

70. Οὐ μὴν — ἀφοδ.] Haec & ſequentia ideo finxit Lucianus, ut Cteſiae ſimiles prorſus fabulas derideret, quae hodieque in Excerptis *Photii* leguntur, quem adi. *M. du S.*

72. Ἐν ταῖς πυγαῖς] Caſtius, ſi quid in execrando tali ſcelere, Angl. Cod. ἐν ταῖς ἕδραις. *J. B.*

85. Θάλλουσα ἐς ἀεὶ] *Thom. Mag.* v. ἀεί. *M. du S.*

87. Μέλι] i. e. *acetum.* Vid. *Helladii* Chreſtom. *M. V. la Croze.*

Μέλι] Antiphraſin igitur dixeris, vel potius ironiam, quia antiphraſis non admittitur a Viris doctis. Qualis nempe ironia eſt in illo *Cael. Aurel.* III. 1. quod *Voſſ.* adfert in Inſt. Or. L. V. 13. §. 11. p. m. 251. *Multa enim contrariae interpretationis vocabulum ſumſerunt: ut fella, quae Graeci* γλυκέα *vocant, velut dulcia, cum ſint amariſſima.* Sic Aethiopem *cygnum* vocari, ex *Juven.* Sat. III. 2. aliaque, vid. ibid.

δὰν ἢ [a] πονῶσιν, ἢ [b] γυμνάζωνται, γάλακλι πᾶν τὸ σῶμα [c] ἱδροῦσιν, ὥστε καὶ τυροὺς ἀπ' αὐτοῦ [d] πήγνυσθαι, ὀλίγον τοῦ μέλιτος ἐπιστάξαντες· ἔλαιον δὲ ποιοῦνται ἀπὸ τῶν κρομμύων πάνυ λιπαρόν τε, καὶ εὐῶδες, ὥσπερ μύρον, ἀμπέλους δὲ πολλὰς ἔχουσιν ὑδροφόρους. αἱ γὰρ ῥᾶγες τῶν βοτρύων εἰσὶν ὥσπερ χάλαζα. καί μοι δοκεῖ, ἐπειδὰν ἐμπεσὼν ἄνεμος διασείσῃ τὰς ἀμπέλους ἐκείνας, τότε πρὸς ἡμᾶς καταπίπτει ἡ χάλαζα, διαῤῥαγέντων τῶν βοτρύων. τῇ μέντοι γαστρὶ, ὅσα πήρᾳ χρῶνται, τιθέντες ἐν αὐτῇ ὅσων δέονται. ἀνοικτὴ γὰρ αὐτοῖς αὕτη, καὶ πάλιν κλειστή ἐστιν· ἔντερον δὲ ἐν αὐτῇ οὐδὲ ἧπαρ φαίνεται, ἢ τοῦτο μόνον, ὅτι δασεῖα ἔντοσθε, καὶ λάσιός ἐστιν, ὥστε καὶ τὰ νεογνὰ, ἐπειδὰν ῥιγῶσιν, ἐς ταύτην ὑποδύεται.

Ἐσθὴς δὲ τοῖς μὲν πλουσίοις, ὑαλίνη, μαλθακή· τοῖς πένησι δὲ, χαλκῆ ὑφαντή· πολύχαλκα γὰρ τὰ ἐκεῖ χωρία, καὶ ἐργάζονται τὸν χαλκὸν ὕδατι ὑποβρέξαντες, ὥσπερ τὰ ἔρια. περὶ μέντοι τῶν ὀφθαλμῶν, οἵους ἔχουσιν, ὀκνῶ μὲν εἰπεῖν, μή τις με νομίσῃ ψεύδεσθαι διὰ τὸ ἄπιστον τοῦ λόγου, ὅμως δὲ καὶ τοῦτο ἐρῶ· τοὺς ὀφθαλμοὺς περιαιρετοὺς ἔχουσι· καὶ ὁ βουλόμενος, ἐξελὼν τοὺς αὐτοῦ, φυλάττει ἔστ' ἂν δεηθῇ ἰδεῖν.

aut laborant aut exercentur; lacte totum corpus diffluunt, adeo ut caſeos etiam inde, exiguo inſtillato melle, efficiant. Oleum ſibi parant de cepis pingue admodum & unguenti inſtar fragrans. Vites habent multas aquae feraces, acinis uvarum grandini ſimilibus: &, ut mihi videtur, cum ventus ingruens illas vites commovet, tum ruptis uvis decidit apud nos grando. Ventre utuntur pro pera, in qua reponant, quibus opus eſt, aperiri enim ille poteſt & rurſus claudi. Inteſtinum autem in eo *nullum* neque hepar apparet, niſi hoc ſolum, quod hirſutus intus & villoſus eſt, adeo ut etiam recens nati, cum frigent, in eum irrepant.

25. Veſtis divitibus ex vitro mollis; pauperibus textilis ex aere: aeris enim feraces illae regiones, tractantque illud, affuſa paucula aqua, tanquam lanam. Verum de oculis, quales habeant, piget dicere, ne quis mentiri me putet, adeo a fide abhorret oratio. Tamen hoc etiam dicam. Habent igitur oculos exemtiles, & qui vult exemtos ſuos ſervat, dum opus ſit videre aliquid, ubi impoſito ſibi oculo videt: ac mul-

a Πονῶσιν] Sic Edd. Ὑπνῶσιν Mſ. B. quem alibi litera R. deſignat *M. du S.* *b* Γυμνάζωνται] Γυμνάζονται male *J.* *c* Ἱδροῦσιν] Sic A. R. P. Ἀλείφουσιν habent Edd. omnes. *d* Πήγνυσθαι] *Alii* πήγνυνται Coll. Nihil mutant *J. Fl. H. P.*

90. Πήγνυσθαι] Γρα. πήγνυνται. G.

2. Κλειστή ἐστιν] Εἰς τὸ ὑπό τινων περὶ τῶν θαλαττίων σελαχῶν ἱστορούμενον διαπαίζει. V.

Et nos in Ambigg. Tit. *adjecti contrar.* & *antiphraſi*, ubi inter alia ex *Juſtin.* XXIX. 1. 5. obſervamus, Ptolemaeum *Philopatora* vocatum, qui patrem ac matrem interfecerit. Verum quod *Aurelian.* loco modo adducto quoque dicit: *orthopnoeam* etiam a contrario dictam, (namque ait: *cum ſpirationem evertat ac depravet, tanquam corrigat orthopnoea, nuncupatur*) id minus verum. Sic enim dictus ille morbus, quod aegri non niſi erecto corpore ſpiritum ducere valeant. Celſ. IV. c. 4. *Cum niſi recta cervice ſpiritus trahatur*, ὀρθόπνοια (dicitur). Sic *Galenus*, ſic *Hippocr.* definiunt, vid. *Foëſ.* Oecon. Hipp. *J. F. R.*

88. Πονῶσιν] Ὑπνῶσιν. In MS. *J. B.*

89. Ἀλείφουσιν] MS. & Cod. Angl. ἱδροῦσι, aliter tamen legit Interp. *J. B.*

Ἱδροῦσιν] Hanc lectionem A. B. & P. in textum recepimus: quanquam ſtare vulgata etiam poteſt, ἀλείφουσιν: ut ſcil. athletarum more, pro oleo lacte ungantur. Sed ne quando penuria lactis laborent, aut negotium ipſis faceſſamus mulgendo; uti *mel emungunt*, ita lac *ſudent*, auctor ſim. *M. du S.*

Ἱδροῦσιν] Quamvis videatur ſtare poſſe vulgata Editio-

multi cum ſuos perdidere, commodato acceptis aliorum oculis cernunt. Sunt autem divites, qui repoſitos ſervent plures. Aures ipſis ſunt folia platanorum, praeterquam his, quos e glandibus naſci diximus: ligneas enim ſoli habent.

26. Vidi etiam aliud in regia miraculum, ſpeculum impoſitum eſt maximum puteo non adeo profundo. Si quis igitur deſcendat in puteum, audit, quae in terra noſtra dicuntur, omnia: ſi vero in ſpeculum inſpiciat, urbes omnes atque gentes non minus videt, quam ſi adſtaret ſingulis. Tum familiares ego quoque vidi, univerſamque patriam. Utrum vero illi me quoque viderint, nondum habeo certo dicere. Quisquis vero non credit ita rem habere, ſi quando & ipſe eo delatus fuerit, vera a me dici intelliget.

27. Tum igitur ſalutato Rege & ipſius amicis, conſcenſa navi ſolvimus. Dedit mihi etiam dona Endymion, duas quidem togas vitreas, aeneas autem quinque, & de lupinis armaturam integram, quae in ceto reliqui omnia. Miſit etiam nobiſcum Hippogypos mille, qui ad quingenta nos ſtadia deducerent.

οὕτω δὲ ἐνθέμενος, ὁρᾷ· καὶ πολλοὶ τοὺς σφετέρους ἀπολέσαντες, παρ' ἄλλων χρησάμενοι ὁρῶσιν· εἰσὶ δ' οἱ καὶ πολλοὺς ἀποθέτους ἔχουσιν, οἱ πλούσιοι. τὰ ὦτα δὲ, πλατάνων φύλλα ἐστὶν αὐτοῖς, πλήν γε τοῖς ἀπὸ τῶν βαλάνων· ἐκεῖνοι γὰρ μόνοι ξύλινα ἔχουσι.

Καὶ μὴν καὶ ἄλλο θαῦμα ἐν τοῖς βασιλείοις ἐθεασάμην· κάτοπτρον μέγιστον κεῖται ὑπὲρ φρέατος, οὐ πάνυ βαθέος. ἂν μὲν οὖν εἰς τὸ φρέαρ καταβῇ τις, ἀκούει πάντων τῶν παρ' ἡμῖν ἐν τῇ γῇ λεγομένων· ἐὰν δὲ εἰς τὸ κάτοπτρον ἀποβλέψῃ, πάσας μὲν πόλεις, πάντα δὲ ἔθνη ὁρᾷ, ὥσπερ ἐφεστὼς ἑκάστοις· τότε καὶ τοὺς οἰκείους ἐγὼ ἐθεασάμην, καὶ πᾶσαν τὴν πατρίδα· εἰ δὲ κἀκεῖνοί με ἑώρων, οὐκ ἔτι ἔχω τὸ ἀσφαλὲς εἰπεῖν· ὅστις δὲ μὴ πιστεύει ταῦτα οὕτως ἔχειν, ἄν ποτε καὶ αὐτὸς ἐκεῖσε ἀφίκηται, εἴσεται ὡς ἀληθῆ λέγω.

Τότε δ' οὖν ἀσπασάμενοι τὸν βασιλέα, καὶ τοὺς ἀμφ' [a] αὐτὸν, ἐμβάντες ἀνήχθημεν· ἐμοὶ δὲ καὶ δῶρα ἔδωκεν ὁ Ἐνδυμίων, δύο μὲν τῶν ὑαλίνων χιτώνων, πέντε δὲ χαλκοῦς, καὶ πανοπλίαν θερμίνην· ἃ πάντα ἐν τῷ κήτει κατέλιπον. συνέπεμψε δὲ ἡμῖν καὶ Ἱππογύπους χιλίους, παραπέμψοντας ἄχρι σταδίων πεντακοσίων.

Εἰ

a Αὐτὸν] Αὐτῶν male *Fl.* Vulgatae adſentiuntur *J. H. P.* & P.

tionum hac priorum lectio, ἀλείφουσι, propter γυμνάζωνται, cui unctio convenit; tamen nihil miraculi haberet, *lacte ungi*. Verum quo magis portentoſum eſt *lac ſudare*, eo melius, eoque convenientius cum eo quod praemiſerat, *mel emungunt*; totus enim eſt Auctor in fingendis monſtris, quo conſiderato, jam plane frigebit vulgatum ἀλείφουσι. verſionem tamen non immutavi, quia Cl. *Geſn.* ad noſtram quoque lectionem, quae ex uno Cod. in *Graeviana* Ed. jam erat notata, videtur reſpexiſſe. *J. F. R.*

98. Τῇ γαστρὶ] Ridet Lucianus hiſtoricum aliquem, qui talia animalcula dari tradidiſſet; ſed immerito: nuper enim poſt noſtrorum hominum ad Indias utrasque navigationes compertum eſt, exiſtere genus quadrupedis, cui ſub ventre pera quaſi eſt, in quam ſe pulli recondunt. Cujusmodi Cantabrigiae anno MDCC. vivam circumlatam earum rerum curioſi omnes viderunt. Adi etiam *Aelian.* de Animal. I. 17. *M. du S.*

2. Οὐδὲ ἧπαρ] Eleganter pro οὐδὲ ἔντερον, οὐδὲ ἧπαρ. Vid. *Bos.* de Ellipſ. *J. F. R.*

7. Μαλθακὴ] Sive μαλακὴ, quod eodem redit. *Veſtes molles* alibi ſunt *ſericae*. ἱμάτια μαλακὰ ditiorum & aulicorum notiſſima ex Euang. *Matth.* XI. 8. Ubi Rev. *Jac. Elſner.* plura ex profanis auctt. & *Lucian.* Fugit. Epiſt. *Saturn.* & de *Salt.* adduxit. Conf. de *Salt.* c. 2. ubi μαλακαῖς ἐσθῆσι tamen ſcribitur, non μαλθακαῖς, quod *Hippocrati* familiarius, ut μαλθακὴ νοῦσος. *mitis*, *remiſſus morbus* I. Aphor. 7. Et millies alibi; ſed & Atticis utrumque uſitatum eſſe, nimis notum eſt. *J. F. R.*

27. Εἰς τὸ κάτ. ἀποβλ.] De oppoſitis his praepoſitionibus v. ſupra *Quom. Hiſt.* c. 42. *J. F. R.*

48. Εἰ

Ἐν δὲ τῷ παράπλῳ, πολλὰς μὲν καὶ ἄλλας χώρας παρημείψαμεν, προσέσχομεν δὲ καὶ τῷ Ἑωσφόρῳ ἄρτι συνοικιζομένῳ, καὶ ἀποβάντες, ὑδρευσάμεθα. ἐμβάντες δὲ εἰς τὸν Ζωδιακὸν, ἐν ἀριστερᾷ παρῄειμεν τὸν ἥλιον, ἐν χρῷ τὴν γῆν παραπλέοντες· οὐ γὰρ ἀπέβημεν, καίτοι πολλὰ τῶν ἑταίρων ἐπιθυμούντων, ἀλλ' ὁ ἄνεμος οὐκ ἀφῆκεν. ἐθεώμεθα μέντοι τὴν χώραν εὐθαλῆ τε, καὶ πίονα, καὶ [a] εὔυδρον, καὶ πολλῶν ἀγαθῶν μεστήν. ἰδόντες δὲ ἡμᾶς οἱ Νεφελοκένταυροι, μισθοφοροῦντες παρὰ τῷ Φαέθοντι, ἐπέπτησαν ἐπὶ τὴν ναῦν, καὶ μαθόντες ἐνσπόνδους, ἀπεχώρησαν.

Ἤδη δὲ καὶ οἱ Ἱππόγυποι ἀπεληλύθεισαν· πλεύσαντες δὲ τὴν ἐπιοῦσαν νύκτα, καὶ ἡμέραν, περὶ ἑσπέραν ἀφικόμεθα ἐς τὴν Λυχνόπολιν καλουμένην, ἤδη τὸν κάτω πλοῦν διώκοντες· ἡ δὲ πόλις αὕτη κεῖται μεταξὺ τοῦ Πλειάδων, καὶ τοῦ Ὑάδων [b] ἀέρος, ταπεινοτέρα μέντοι τοῦ Ζωδιακοῦ. ἀποβάντες δὲ, ἄνθρωπον οὐδένα μὲν εὕρομεν, λύχνους δὲ πολλοὺς περιθέοντας, καὶ ἐν τῇ ἀγορᾷ, καὶ περὶ τὸν λιμένα διατρίβοντας, τοὺς μὲν μικροὺς, καὶ ὥσπερ εἰπεῖν, πένητας· ὀλίγους δὲ, τῶν μεγάλων καὶ δυνατῶν, πάνυ λαμπροὺς καὶ περιφανεῖς. οἰκήσεις δ' αὐτοῖς καὶ λυχνεῶνες ἴδια ἑκάστῳ πεποίηντο, καὶ αὐτοὶ ὀνόματα εἶχον, ὥσπερ οἱ ἄνθρωποι, καὶ φωνὴν προϊεμένων ἠκούομεν, καὶ οὐδὲν ἡμᾶς ἠδίκουν, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ ξένια ἐκάλουν· ἡμεῖς δὲ, ὅμως ἐφοβούμεθα· καὶ οὔτε δειπνῆσαι, οὔτε

28. Inter navigandum multas alias praetervecti terras, appulimus etiam Luciferae colonis nuper auctae, egreſſique aquatum ſumus. Invecti deinde in Zodiacum, ſiniſtrum ſolem praeterivimus, proxime terram *illam* praeternavigantes: neque enim exſcendimus, multum licet cupientibus ſociis; ſed non ſinebat ventus. Vidimus tamen regionem virentem, pinguem, irriguam, & bonis multis plenam. Sed cum viderent nos Nephelocentauri, qui mercede apud Phaëthontem militant, involarunt in navim, cognitoque foedere nos comprehendi, receſſerunt.

29. Jamque Hippogypi etiam diſceſſerant. Navigaveramus noctem proximam & diem, curſum deorſum perſequuti, cum verſus veſperam delati ſumus in eam quae Lychnopolis vocatur. Jacet urbs inter aërem qui Pleiades ambit, & qui Hyades, humilior tamen Zodiaco. Exſcenſione facta hominem vidimus neminem; lychnos vero multos circumcurrentes, & in foro atque circa portum verſantes, parvos alios &, ut ita loquar, pauperes, paucos vero de magnorum & potentium numero, claros omnino atque illuſtres. Habitationes illis & lucernaria ſuum unicuique facta erant: ac nomina habebant velut homines. Audivimus etiam voces emittere; neque ulla nos affecerunt injuria, ſed ad hoſpitium nos invitarunt. Nos vero nihilo ſecius

a Εὔυδρον] Sic Edd. omnes & P. quin vel *Fl.* εὔυδρον, quaſi velit cavere ne ἔνυδρον legas. b Ἀέρος] *Pell.* an ἀστέρος?

48. Ἐν χρῷ] Sic ſupra T. I. Ζεὺξ. c. 6. f. *M. du S.*

72. Οὐδὲν ἡμᾶς ἠδίκουν] Ἀδικεῖν eſſe vim inferre, nocere, (adeoque etiam de inanimatis rebus dici) ut *Thucyd.* L. 2. p. 103. & V. 400. Et *Apocalypſ.* IX. 4. ἵνα μὴ ἀδικήσωσι τὸν χόρτον. adductis etiam his Luciani aliorumque verbis, probat Rever. *Elſner.* ad N. T. T. 2. p. 453. Ed. Traject. *J. F. R.*

80. Σβεσθῆναι] Videtur hoc commento ridere philoſophos, qui animas eſſe naturae igneae ſtatuere, ut ex fabula Promethei notum, & ex *Cic.* Somn. Scip. c. 3. ubi Commentatores vide. Unde quibusdam opinio ſedebat, aquis ſuffocari mortis eſſe genus omnium peſſimum, quod anima ſic penitus exſtingueretur. *J. F. R.*

86. Ὅπως ἔχοιεν] Conf. mox c. 33. ubi ὡς ἔχει. Sed 36. ὅπως bis. *M. du S.*

89. Νεφελοκοκκυγίαν] Ex Ariſtophanis avibus ſumta urbs vſ. 820. ſeqq. Κορυφίων nomen non mutata-

cius timere, neque cibum capere, neque ſomnum quiſquam noſtrum audere. Principis aula in media urbe exſtructa eſt. Hic princeps illorum tota nocte ſedet, nominatim unumquemque vocans: qui non obedierit, morte damnatur, ut ſtationis ſuae deſertor. Mors autem eſt exſtingui. Adſtantes nos etiam ſimul audivimus cauſſas lychnorum, quas tarditatis ſuae dicerent. Hic noſtrum etiam lychnum agnovi, eumque allocutus, quomodo domi ſe res haberent, interrogavi: isque enarravit mihi omnia. Noctem igitur illam ibi manſimus; ſed poſtridie ſolventes prope nubes navigavimus: ibi etiam Nephelococcygia (*Nubicuculia*) urbe conſpecta admirati ſumus. Nec tamen in illam egreſſi ſumus, vento non permittente. Caeterum regnat apud illos Coronus Cottyphionis F. (*Cornix Merulae*). Ac recordatus ſum Ariſtophanis poëtae, viri ſapientis ac veracis, cujus ſcriptis fidem fruſtra negant. Tertio inde die Oceanum ſatis jam clare videbamus. Terra vero nusquam, praeter eas, quae in aëre *pendent*, atque ipſae quoque jam igneae & ſupra modum fulgentes nobis videbantur. Quarto die circa meridiem, molliter cedente vento, ſubſidenteque in mare depoſiti ſumus.

30. Cum vero tangeremus jam aquam, mirum quam ſupra modum delectati & gaviſi ſimus: coenamque omnibus pro

ὑπνῶσαί τις ἡμῶν ἐτόλμησεν. ἀρχεῖα δ᾽ αὐτοῖς ἐν μέσῃ τῇ πόλει πεποίηται, ἔνθα ὁ ἄρχων αὐτῶν, δι᾽ ὅλης νυκτὸς κάθηται, ὀνομαστὶ καλῶν ἕκαστον. ὃς δ᾽ ἂν μὴ ὑπακούσῃ, καταδικάζεται ἀποθανεῖν, ὡς λιπὼν τὴν τάξιν· ὁ δὲ θάνατός ἐστι σβεσθῆναι. παρεστῶτες δὲ καὶ ἡμεῖς, ἑωρῶμεν τὰ γιγνόμενα, καὶ ἠκούομεν ἅμα τῶν λύχνων ἀπολογουμένων, καὶ τὰς αἰτίας λεγόντων, δι᾽ ἃς ἐβράδυνον. ἔνθα καὶ τὸν ἡμέτερον λύχνον ἐγνώρισα, καὶ προσειπὼν αὐτὸν, περὶ τῶν κατ᾽ οἶκον ἐπυνθανόμην [c] ὅπως ἔχοιεν, ὁ δέ μοι πάντα διηγήσατο. τὴν μὲν οὖν νύκτα ἐκείνην, αὐτοῦ ἐμείναμεν· τῇ ἐπιούσῃ δὲ, ἄραντες, ἐπλέομεν πλησίον τῶν νεφῶν. ἔνθα δὴ καὶ τὴν [d] Νεφελοκοκκυγίαν πόλιν ἰδόντες, ἐθαυμάσαμεν, οὐ μέντοι ἐπέβημεν αὐτῆς· οὐ γὰρ εἴα τὸ πνεῦμα. βασιλεύει μέντοι αὐτῶν Κορωνὸς ὁ Κοττυφίωνος. καὶ ἐγὼ ἐμνήσθην Ἀριστοφάνους τοῦ ποιητοῦ, ἀνδρὸς σοφοῦ, καὶ ἀληθοῦς, καὶ μάτην ἐφ᾽ οἷς ἔγραψεν ἀπιστουμένου. τρίτῃ δ᾽ ἀπὸ ταύτης ἡμέρᾳ, καὶ τὸν Ὠκεανὸν ἤδη σαφῶς ἑωρῶμεν· γῆ δὲ οὐδαμοῦ, πλήν γε τῶν ἐν τῷ ἀέρι. καὶ αὗται δὲ, [e] πυρωείδεις ἤδη, καὶ ὑπεραυγεῖς ἐφαντάζοντο. τῇ τετάρτῃ δὲ περὶ μεσημβρίαν, μαλακῶς ἐνδιδόντος τοῦ πνεύματος, καὶ συνιζάνοντος, ἐπὶ τὴν θάλατταν κατετέθημεν.

Ὡς δὲ τοῦ ὕδατος ἐψαύσαμεν, θαυμάσιον ὡς ὑπερηδόμεθα, καὶ ὑπερεχαίρομεν, καὶ δεῖπνον [f] πᾶσιν ἐκ τῶν παρόντων ἐποιοῦ-

c Ὅπως] Πῶς marg. *A1*. & P. Nil mutant Edd. d Νεφελοκοκκυγίαν] Sic P. *B2*. *S*. Et ſic *Soulius* in *J*. correxit; haec enim Νεφελοκκοκυγίαν cum *Fl*. *Ald*. & *H*. e Πυρωείδεις] Sic dedi ex Codd. A. P. & marg. *A1W*. Πυρόδεις *J*. Πυρώδης *Fl*. Πυρώδεις *Ald*. *Fr*. *P*. *S*. *B2*. & *H*. f Πᾶσιν] Deeſt in *Fl*.

tarim, cum apte ad hanc rempublicam congruat. *J.M.G.*

93. Κοττυφίωνος] Ait ſe perveniſſe in urbem Νεφελοκοκκυγίαν, cujus Rex fuerit ὁ Κορωνὸς ὁ Κοττυφίωνος. Puto ſcripſiſſe Lucianum Κοκκυφίωνος, ridicule formata voce a κόκκυξ & κοκκύζω. *J.G.G.*

Ibid. Ἀριστοφάνους] *Ariſtoph*. Ὄρν. p. 565. *M. du S.*

98. Πυρώδεις] Angl. πυροειδεῖς. *J.B.*

Πυροειδεῖς] Ita A. & P. Reliqui πυρώδεις, niſi quod *Fl*. πυρώδης, *Junt*. πυρόδεις habent. *M. du S.*

1. Μαλακῶς ἐνδιδόντος] Conf. ſupra T. I. *Apol. pro Merc*. c. 4. p. 712. καὶ ἐνδιδόντων φυγεῖν. Vel potius *Hermot*. c. 24. p. 763. ubi plane ſimilem phraſin ex Ariſtoph. *Plut*. 488. addidimus. Et infra *Toxar*. c. 11. Ubi *Jenſ*. vim hujus verbi pluribus explicat. Oppoſitum ἐπιδιδόναι vide hac ipſa *Ver. Hiſt*. c. 6. *J.F.R.*

ἐποιούμεθα, καὶ [a] ἀποῤῥίψαντες, ἐνηχόμεθα. καὶ γὰρ ἔτυχε γαλήνη οὖσα, καὶ εὐσταθοῦν τὸ πέλαγος. Ἔοικε δὲ ἀρχὴ κακῶν μειζόνων γίγνεσθαι πολλάκις ἡ πρὸς τὸ βέλτιον μεταβολή· καὶ γὰρ ἡμεῖς δύο μόνας ἡμέρας ἐν ὕδατι πλεύσαντες, τῆς τρίτης ὑποφαινούσης, πρὸς ἀνίσχοντα τὸν ἥλιον ἄφνω ὁρῶμεν θηρία καὶ [b] κήτη, πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα, ἓν δὲ μέγιστον ἁπάντων, ὅσον σταδίων χιλίων καὶ πεντακοσίων τὸ μέγεθος· ἐπῄει δὲ κεχηνὸς, καὶ πρὸ πολλοῦ ταράττον τὴν θάλατταν, ἀφρῷ τε περικλυζόμενον, καὶ τοὺς ὀδόντας ἐκφαῖνον, πολὺ τῶν παρ' ἡμῖν Φαλλῶν ὑψηλοτέρους, ὀξεῖς δὲ πάντας ὥσπερ σκόλοπας, καὶ λευκοὺς ὥσπερ ἐλεφαντίνους. ἡμεῖς μὲν οὖν τὸ ὕστατον ἀλλήλους προσειπόντες καὶ [c] περιβάλλοντες, ἐμένομεν· τὸ δὲ ἤδη παρῆν, καὶ ἀναῤῥοφῆσαν ἡμᾶς, αὐτῇ νηῒ κατέπιεν. οὐ μέντοι ἔφθη [d] συναῤῥάξαι τοῖς ὀδοῦσιν, ἀλλὰ διὰ τῶν ἀραιωμάτων ἡ ναῦς εἰς τὸ εἴσω διεξέπεσεν.

praeſenti copia praebuimus, & *in mare* nos abjicientes natavimus, forte enim ſerenitas erat, & tranquillum mare. Videtur vero majorum ſaepe malorum initium eſſe mutatio in melius. Etenim nos ſolos duo dies in mari cum navigaſſemus, illuceſcente tertio, ad orientem ſolem ſubito videmus belluas ac cetos, multos quidem etiam alios, unum vero omnium maximum mille & quingentorum ſtadiorum magnitudine, contra nos autem veniebat hians & longe ante ſe mare perturbans, ſpuma undique alludente, dentes exſerens, multum phallis apud nos excelſiores, palorum inſtar omnes acutos, & eboris in modum candidos. Nos igitur ultimum allocuti & complexi nos invicem, expectare: at ille jam adeſt, & reſorbens ipſa nos cum navi haurit. Neque tamen dentibus nos ſtatim comminuit, ſed per interſtitia eorum navis illapſa eſt.

31. Cum

a Ἀποῤῥίψαντες] *Alii* ἀποβάντες *Coll.* Vulgatam ſervant Edd. omnes. *b* Κήτη] Κύτη L. *c* Περιβάλλοντες] Sic *Fl.* Περιλαβόντες ceterae. *d* Συναῤῥάξαι] Συναράξαι *Fl.*

7. Καὶ ἀποβάντες ἐνηχόμεθα] Γρ. καὶ ἀποῤῥίψαντες ἐνηχ. *G.*

19. Φαλλῶν] * Ἐν τῷ περὶ τῆς Συρίης θεοῦ λόγῳ † μέμνηται τῶν φαλλῶν τούτων, ἐφ' ὧν καὶ ἀναβαίνουσι λόγῳ ἀσκήσεως. εἰσὶ δὲ οἱ φαλλοὶ οὗτοι τριακοσιῶν ὀργυιῶν τὸ ὕψος. *V.*

* Hoc Scholion male olim ad verbum σκόλοπας relatum, jam in ſedem ſuam retractum.

† Μέμνηται] Μέμνυται. V. male. Et poſt φαλλῶν legebatur τινῶν pro τούτων· ac mox iterum τινὲς ante ἀναβαίνουσι, quod monente *Solano* delevi, & ὀργυιῶν pro vulgato ὀργειῶν dedi. *J.F.R.*

7. Ἀποῤῥίψαντες, ἐνηχόμεθα] Elliptice pro ἀποῤῥίψαντες ἑαυτοὺς ἐκ τῆς νεώς, ἐνηχόμεθα. Pariter *Lucas* in Act. Apoſt. XXVII. 43. *L. Bos.*

Ἀποῤῥίψαντες] Vide etiam Ἀλ. c. 9. *M. du S.*

Ἀποῤῥίψαντες] Adſcripſerat *Soulius* aliquem conjectaſſe, forſan ἀποῤῥυψόντες legendum. Sed ἀποῤῥύψοντες voluit, a ῥύπτω *abſtergo*, *ſordes abluo*, tumque profecto non male quidem; verum vulgata non eſt movenda, nam & ſic in loco N. T. quem *L. Bos* indicat, ἐκέλευσε — ἀποῤῥίψαντας πρώτους ἐπὶ τὴν γῆν ἐξιέναι. *J.F.R.*

19. Φαλλῶν] Idem vid. ſupr. c. 22. *M. du S.*

Φαλλῶν] Quales deſcribit in lib. de Dea Syria noſter. *J.M.G.*

20. Σκόλοπας] Conf. ſupr. de *Merced. Cond.* c. 3. *M. du S.*

22. Περιβάλλοντες] *Fl.* optime. Reliquae περιλαβόντες. *M. du S.*

Περιβάλλοντες] *Florentinam* eo lubentius ſecutus ſum, quod hoc verbum de amplexantibus & oſculantibus proprie uſurpatur. Sic *Long. Paſt.* IV. 125. (Ed. *Moll.* p. 133. numero per errorem typothetarum depravato) οὗτοι πάντες περιέβαλλον, κατεφίλουν χαίροντες, & L. IV. p. ult. Δάφνις τε καὶ χλόη περιέβαλλον ἀλλήλους. Nec refert illic laetitiae ſignum eſſe, hic metus & valedicentium; valedicentes enim aeque ſe amplexantur ac gratulantes. Ne plura in re nota congeram. *J.F.R.*

25. Συναῤῥάξαι τοῖς ὀδοῦσιν] Contra mentem Luciani reddunt haec verba: *At dentibus non confregit prius, quam per eorum raritatem intro navis decidiſſet.* Contra mentem Luciani, inquam, nam navis illa prorſus non fuit confracta, nec dentibus belluae, nec in

ejus

31. Cum vero intus jam eſſemus, primo tenebrae, neque videbamus quidquam. Poſtea illo hiante, videmus cetum magnum, (*ſpecum alvi*) & latum undique & altum, ſatis capacem, ut decies mille hominum in eo urbs habitaretur. Projecti in medio & piſces minores, & animalia multa alia conciſa, & navigiorum vela atque ancorae, & hominum oſſa & ſarcinae. In medio & terra & colles erant, ut mihi videbatur, de limo quem glutiebat conſidentes. Igitur ſilva in illis & omnigenae arbores naſcebantur, & olera germinaverant, cultisque omnia ſimilia. Ambitus terrae illius ſtadia ducenta quadraginta. Videre autem erat marinas aves, laros, Halcyones, quae pullos in arboribus educerent.

32. Tunc quidem igitur abunde ploravimus. Deinde vero, excitatis a me ſociis, navem firmavimus, atque igni ſilicibus excuſſo, coenam de his, quae ad manum eſſent, paravimus: jacebant autem

Ἐπεὶ δὲ ἔνδον ἦμεν, τὸ μὲν πρῶτον, σκότος ἦν, καὶ οὐδὲν ἑωρῶμεν· ὕστερον δὲ αὐτοῦ ἀναχανόντος, εἴδομεν ^e κῦτος μέγα, καὶ πάντη πλατὺ, καὶ ὑψηλὸν, ἱκανὸν μυριάνδρῳ πόλει ἐνοικεῖν. ἔκειντο δ' ἐν μέσῳ καὶ μικροὶ ἰχθύες, καὶ ἄλλα πολλὰ θηρία συγκεκομμένα, καὶ πλοίων ἱστία καὶ ἄγκυραι, καὶ ἀνθρώπων ὀστέα, καὶ φορτία· κατὰ μέσον δὲ, καὶ γῆ, καὶ λόφοι ἦσαν, ἐμοὶ δοκεῖν, ἐκ τοῦ ἰλύος ἣν κατέπινε συνιζάνουσα. ὕλη οὖν ἐπ' αὐτοῖς, καὶ δένδρα παντοῖα ἐπεφύκει, καὶ λάχανα ἐβεβλαστήκει, καὶ ἐῴκει πάντα ἐξειργασμένοις· περίμετρος δὲ τῆς γῆς στάδιοι διακόσιοι καὶ τεσσαράκοντα. ἦν δὲ ἰδεῖν καὶ ὄρνεα τὰ θαλάττια, λάρους, καὶ Ἀλκυόνας, ἐπὶ τῶν δένδρων νεοττεύοντα.

Τότε μὲν οὖν ἐπὶ πολὺ ἐδακρύομεν· ὕστερον δὲ ἀναστήσας τοὺς ἑταίρους, τὴν μὲν ναῦν ὑπεστηρίξαμεν· αὐτοὶ δὲ τὰ πυρεῖα συντρίψαντες, καὶ ἀνακαύσαντες, δεῖπνον ἐκ τῶν παρόντων ἐποιούμεθα. παρέκειτο δὲ ἄφθονα

καὶ

e Κῦτος] Sic *Fl.* Κῆτος cett.

46. Τὰ πύρεια συντρίψαντες] Τοὺς πυρεκβολίτας λίθους λέγει. *V.*

ejus ventre, ſed integra iterum emiſſa, quando mortua erat bellua, ut videre eſt in principio L. 2. *Ver. Hiſt.* Voluit autem Lucianus his verbis indicare, os ejus belluae, & vacua inter dentes ſpatia adeo vaſta fuiſſe, ut opus non eſſet dentibus prius confringere navim, & ſic per partes eam abſorbere, ſed integram navim illaeſam per dentium raritates facile potuiſſe tranſire. Vertas igitur locum: *non vero dentibus prius comminuit, ſed per eorum interſtitia navis in ventrem decidit.* Haec in *Obſ. Crit.* p. 52. *L. Bos.*

Συναῤῥάξαι]. Nihil mutandum. Jam olim obſervarunt Grammatici ſaepius duplicari hic literam Ῥ. Adde etiam Ἱστ. β. prope finem. *M. du S.*

30. Κῦτος] Ferri non poteſt κῆτος. Lege itaque cum *Fl.* κῦτος. Vide tamen *Breerwood* pag. 133. *Of long.* &c. *M. du S.*

Κῦτος] Lubens adripui ſcripturam Florentinae; nam vulgata κῆτος, *cete*, ſenſum exhibet ſatis abſurdum. Etſi enim vel omnia hujus hiſtoriae commenta merito abſurda dixeris, tamen orationis nexus non debet eſſe abſurdus. Nihil autem in ſequentibus eſt, unde liqueat, homines in *Ceto* ſedentes, alium *cetum* vidiſſe. Sed quid ſimplicius eſt, quam ut in eo latentes, partes ejus internas perluſtrarint? Quare κῦτος hic intelligo *tartareum capacis alvi ſpecum*, ut Phaedr. loquitur IV. 5. quem tum perſpicere dabatur, cum bellua hiaret, lumenque ante negatum per os admitteret. Eſt vero κῦτος proprie alveus navis, vid. *Polluc.* Onom. I. 87. p. 58. Et *venter*, vid. notam *Kuhnii.* Ediderunt autem in *Polluce* κύτος prima acuta, cum tamen fateantur, Mſſ. habere κῦτος. At verſa vice L. 2. p. 171. κῦτος dedere, quum Mſſ. ibi κύτος legere adfirmet editor. Quod quidem cur factum, non video; nam ſi differentiam ſtatuiſſent, quod poſteriore loco *cranii capacitas* ſignificetur, monuiſſent forſan. Verum nihil differentiae video, quum de quavis capacitate vas ingens referente, dicatur; nec adeo moror accentum, qui in ſyllaba ancipiti interdum ab aliis fit circumflexus, ab aliis acutus. Mallem tamen κῦτος utroque loco, ex analogia, ut μῦθος, νῖκος & ſimilia, quae circumflecti amant. Verſio Cl. *Geſn.* ad vulgatam eſt compoſita, ideo reliqui eam, ſed mutatae lectionis verſionem ei adjiciens, ne mihi nimis ſumſiſſe dicar. *J. F. R.*

54. Ὀξέως]

ſcribendum eſſe etiam in marg. *Junt.* notavit. Ego vero cur neutri obſecundem, dicam. Miror autem Cl. *Graev.* tam confidenter dicentem, vel puerum videre ἐκαληγορεῖτο ſcribendum. Ego certe & plures mecum id non videbunt. Meruiſſet ſaltem probari illud ἐκατηγ. An enim non cogitavit Vir ſummus, verbum eſſe compoſitum, ideoque augmentum in medio potius locum habere? (quamvis ejusmodi compoſita interdum initio, interdum utrobique augeri noverim.) Quin ἐκατηγορεῖτο, etſi Lexica ſine auctoritate adferunt ἐκατηγόρησε, mihi potius ſuſpectum eſſet; nam *Thucyd.* Atticae puritatis norma optima I. 95. p. 63. pr. καὶ γὰρ ἀδικία πολλὴ κατηγορεῖτο αὐτοῦ. Iterum ibid. paullo poſt: κατηγορεῖτο δὲ αὐτοῦ οὐχ ἥκιστα Μηδισμὸς, καὶ ἐδόκει σαφέστατον εἶναι. Sic nec imperfect. act. gerit augmentum in fronte ap. *Ælian.* V. H. III. 19. λαλοῦντος κατηγόρει. Idem XII. 12. ἐστεφανοῦτο — τὸ δὲ στεφάνωμα κατηγόρει αὐτοῦ. Nec aoriſt. id habet ap. eumd. I. 34. πάντα ἀκριβῶς κατηγόρησε. Adde *Herodian.* VI. 9. §. 1. τοῦ τε Μαξιμίνου — κατηγόρει & ter quater alibi. Omnino igitur vulgata erat ſervanda, etiamſi forte alibi ἐκατηγορεῖτο inveniretur. Nec tamen abjectum eſſe augmentum dixeris, ut in *Zeux.* §. 10. κροτάλιζον pro ἐκροτάλιζον: quod in nonnullis temporibus, maxime in plusquam perf. paſſiv. etiam in ſoluta oratione ſaepe fieri, ut πεποίκιλτο pro ἐπεποίκιλτο; δεδώκεισαν, pro ἐδεδώκεισαν diximus ad 1. *Ver. Hiſt.* c. 13. Ita & *Jungerman.* ad *Long. Paſt.* p. 220. εὔχοντο & ηὔχοντο promiſcue ſcribi, aliaque ſimilia docet, & fruſtra illud εὔχοντο, quod ap. *Long.* III. p. 94. editum conſpicitur, in ηὔχοντο mutari, obſervat. Immo quia κατηγόρει & κατηγόρηκα locis ab *Solano* citatis, Noſter ubique dixit, tanto minus debebat id nunc mutare; quin & reliqua ejus teſtimonia contra ipſum faciunt. Et Cl. *Graev.* ad mort. Dial. XXVII. §. 7. f. ad verba ἑαυτοῦ κατηγόρει φθάσας aliquid commentatus, ibi tamen de addendo augmento, etſi tempus imperf. & ibi eſt, nihil dixit. *J. F. R.*

51. Νῦν μὲν αὐτὸν πιόμενον τοῦ ἐλλεβόρου] *Th. Mag.* v. πίομαι. *M. du S.* Sed ἑλλεβόρου adſpirate apud *Thomam* invenio. *J. F. R.*

63. Περὶ

Δευτέρα δὲ ἦν κρίσις ἐρωτικὴ, Θησέως καὶ Μενελάου περὶ τῆς Ἑλένης διαγωνιζομένων, ποτέρῳ αὐτὴν χρὴ συνοικεῖν. καὶ ὁ Ῥαδάμανθυς, ἐδίκασε Μενελάῳ συνεῖναι αὐτὴν, ἅτε καὶ τοιαῦτα πονήσαντι, καὶ κινδυνεύσαντι τοῦ γάμου ἕνεκεν· καὶ γὰρ αὖ τῷ Θησεῖ καὶ ἄλλας εἶναι γυναῖκας, τήν τε Ἀμαζόνα, καὶ τὰς τοῦ [a] Μίνωος θυγατέρας.

Τρίτη δ' ἐδικάσθη περὶ προεδρίας, Ἀλεξάνδρῳ τε τῷ Φιλίππου, καὶ Ἀννίβᾳ τῷ Καρχηδονίῳ. καὶ ἔδοξε προέχειν ὁ Ἀλέξανδρος, καὶ θρόνος αὐτῷ ἐτέθη παρὰ Κῦρον τὸν Πέρσην, τὸν πρότερον.

Τέταρτοι δ' ἡμεῖς προσηνέχθημεν. καὶ ὁ μὲν ἤρετο, τί παθόντες, ἔτι ζῶντες ἱεροῦ χωρίου ἐπιβαίημεν· ἡμεῖς δὲ πάντα ἑξῆς διηγησάμεθα. [b] οὕτω δὲ μεταστησάμενος ἡμᾶς, ἐπὶ πολὺν χρόνον ἐσκέπτετο, καὶ τοῖς συνέδροις ἐκοινοῦτο περὶ ἡμῶν. συνήδρευον δὲ ἄλλοι τε πολλοὶ, καὶ Ἀριστείδης ὁ δίκαιος, ὁ Ἀθηναῖος. ὡς δ' ἔδοξεν αὐτῷ, ἀπεφήνατο, τῆς μὲν πολυπραγμοσύνης καὶ τῆς ἀποδημίας, ἐπειδὰν ἀποθάνωμεν, δοῦναι τὰς εὐθύνας, τὸ δὲ νυνὶ, ῥητὸν χρόνον μείναντας ἐν τῇ νήσῳ, καὶ συνδιαιτηθέντας τοῖς ἥρωσιν, ἀπελθεῖν. ἔταξε δὲ καὶ τὴν προθεσμίαν τῆς ἐπιδημίας, μὴ πλεῖον μηνῶν ἑπτά.

8. Alterum erat amatorium judicium, Theſeo & Menelao de Helena contendentibus, cum utro ea habitare deberet? judicavitque Rhadamanthus, *Illam eſſe cum Menelao, qui nuptiarum illius cauſſa tot labores, pericula tot, ſubiiſſet. Etenim Theſeo alias eſſe mulieres, Amazonem illam, & Minois filias.*

9. Tertia cauſſa judicata eſt de loco antiquiore inter Alexandrum Philippi & Hannibalem Carthaginienſem, & primas deberi, viſum eſt, Alexandro, ac ſella ei poſita juxta Cyrum majorem Perſam.

10. Quarti nos admoti ſumus. Atque ille quidem interrogat, *Qua re impulſi, vivi adhuc ſacram regionem ingreſſi eſſemus?* Nos vero omnia deinceps enarramus. Sic vero nobis ſecedere aliquantum juſſis, diu conſiderat, ſuiſque cum aſſeſſoribus de nobis communicat. Aderant autem illi in conſilio tum alii plures, tum Ariſtides juſtus Athenienſis. Cum vero viſum ipſi eſſet, pronunciavit, *Curioſitatis quidem & profectionis poenas nos, ubi mortui fuiſſemus, daturos: jam vero dicto tempore in inſula morati, & convictu Heroum uſi, abiremus.* Conſtituit autem etiam diem commorationis, ne plus ſeptem menſibus *maneremus.*

11. Hinc

[a] *Μίνωος*] Sic *Fl.* aliaeque recte. *Μίνωος J.* & *H.* [b] *Οὕτω*] Edd. omnes. *Οὗτος* melius *Solan.* conjicit.

63. Περὶ προεδρ.] Conf. *Dial. mort.* XII. pr. *M. du S.*

66. Παρὰ Κῦρον τὸν Πέρσ.] *Th. Mag.* v. Παρὰ. *M. du S.*

71. Οὗτος] Sic lego pro οὕτω, quod in omnibus hic reperio. *M. du S.*

86. Πύλαι πᾶσαι μονόξυλοι κινναμώμινοι] Benedictus *porta ex ſolo cinnamomi ligno.* Item infra, εἰς ναῦν μονόξυλον *navim ſolido ex ligno conflatam.* Quæ verſiones quam ſint abſurdæ, docet ipſe, quum ſtatim βωμοὶ μονόλιθοι vertit *ex uno lapide.* Id enim vult: iſta non eſſe compoſita ex fruſtis, ſed ex una trabe & ſegmento arboris tam magnæ exſecta. *J. G.*

94. Πηχέων ἑκατὸν βασ.] Vid. ſupra *Catapl.* c. 16. *M. du S.*

98. Πυέλοις] Πύελος, ὄρυγμα, ἐμβατὴ, ἔνθα ἀπολούονται. *Ariſtoph.* Schol.] *Vorſt.* Vid. Ἱππ. c. 6. *M. du S.*

99. Ἐσθῆτι] Si priſtinam verſionem reſpicias, quae habebat: *Utuntur autem veſtibus purpureis,* &c. ſtatuas ἐσθῆσι legendum, ut referatur ad πορφύροις. Sed ut conſtructio ſic evadat facilior, ſenſus tamen erit deterior; nam nihil adeo mirum foret, ſi veſtes tantum purpureae dicantur; ſed magis mirum, aranearum telas ipſas eſſe purpureas; quales lanas aevo aureo promittit *Virg.* Ecl. IV. 45. *Sponte ſua ſandyx paſcentes veſtiet agnos,* & quae praecedunt. Ait igitur Lucianus: *pro veſtitu utuntur aran. telis per ſe purpureis.* Interim, ſi a colore receſſeris, hodie non adeo mirum, veſtes ex aranearum telis poſſe confici, quum noſtra memoria id in Gallia experimenti cauſſa factum ſit. *J. F. R.*

7. Ὁμοιότητα] Angl. ὡραιότητα. Aliam tamen lectionem ſequutus eſt Interpres. *J. B.*

Ibid. Εἰ γοῦν μὴ ἅψ.] Deſcribit eleganter umbras apud

11. Hinc ſua ſponte defluentibus coronis liberati in urbem introducti ſumus, ad beatorum convivium. Haec urbs tota aurea: moenia circumpoſita Smaragdina: portae ſeptem ex uno ſingulae trunco elaboratae cinnamominae: ſolum urbis, quodque intra muros terrae eſt, eburneum: templa omnium deorum e beryllo gemma aedificata, & altaria in iis maxima, ex una gemma amethyſtina, in quibus hecatombas faciunt. Circum urbem fluit amnis unguenti pulcherrimi, cujus latitudo centum cubitorum Regiorum; profunditas ea, ut facile ſit natare. Balnea ſunt illis aedes magnae, vitreae, cinnamomo vaporatae. Verum pro aqua in ſoliis ros calidus.

12. In veſtitu utuntur aranearum telis tenuibus, purpureis. Corpora ipſi non habent, ſed tactum effugiunt, carnis expertes, figuram ſolam & ſpeciem oſtendunt, ac licet corpora non habeant, tamen ſtant, moventur, ſapiunt, vocem emittunt. Et omnino videtur nuda quodammodo anima illorum obverſari, ſimilitudinem quandam induta corporis. Niſi enim tetigerit aliquis, non convincatur, corpus non eſſe id

Τοὐντεῦθεν αὐτομάτων ἡμῖν τῶν στεφάνων περιῤῥυέντων, ἐλελύμεθα, καὶ εἰς τὴν πόλιν ἠγόμεθα, [c] εἰς τὸ τῶν Μακάρων συμπόσιον. αὐτὴ μὲν οὖν ἡ πόλις πᾶσα χρυσῆ, τὸ δὲ τεῖχος περίκειται σμαράγδινον. πύλαι δέ εἰσιν ἑπτὰ πᾶσαι μονόξυλοι [d] κινναμώμινοι. τὸ μέντοι ἔδαφος τῆς πόλεως, καὶ ἡ ἐντὸς τοῦ τείχους γῆ, ἐλεφαντίνη. ναοὶ δὲ πάντων θεῶν βηρύλλου λίθου ᾠκοδομημένοι, καὶ βωμοὶ ἐν αὐτοῖς μέγιστοι, μονόλιθοι, ἀμεθύστινοι, ἐφ' ὧν ποιοῦσι τὰς ἑκατόμβας. περὶ δὲ τὴν πόλιν, ῥεῖ ποταμὸς μύρου τοῦ καλλίστου, τὸ πλάτος πηχέων ἑκατὸν βασιλικῶν, βάθος δὲ, ὥστε νεῖν εὐμαρῶς. λουτρὰ δέ ἐστιν αὐτοῖς, οἶκοι μεγάλοι, ὑάλινοι, τῷ κινναμώμῳ ἐγκαιόμενοι. ἀντὶ μέντοι τοῦ ὕδατος, ἐν ταῖς πυέλοις δρόσος θερμή ἐστιν.

Ἐσθῆτι δὲ χρῶνται, ἀραχνίοις λεπτοῖς, πορφυροῖς. αὐτοὶ δὲ σώματα μὲν οὐκ ἔχουσιν, ἀλλ' [e] ἀναφεῖς καὶ ἄσαρκοί εἰσι, μορφὴν δὲ καὶ ἰδέαν μόνον ἐμφαίνουσι. καὶ ἀσώματοι ὄντες, ὅμως οὖν ἑστᾶσι, καὶ κινοῦνται, καὶ φρονοῦσι, καὶ φωνὴν ἀφιᾶσι. καὶ ὅλως ἔοικε γυμνή τις ἡ ψυχὴ αὐτῶν περιπολεῖν, τὴν τοῦ σώματος [f] ὁμοιότητα περικειμένη. εἰ γοῦν μὴ ἅψαιτό τις, οὐκ ἂν ἐλέγξειε μὴ εἶ-

c Εἰς] Καὶ εἰς *Fl.* ſola. d Κινναμ.] Κυναμ. *J.* & *Fl.* Κιναμ. *Bz.* & P. Κινναμ. *S. H.* & *Ald.* Eadem varietas mox iterum occurrit. e Ἀναφεῖς] Al. male ἀφανεῖς. *Coll.* Noſtrae Edd. tamen recte in vulgatam conſpirant. f Ὁμοιότητα] Ὡραιότητα A. P. & marg. *A1W.* Nil mutant Edd.

85. Αὕτη μὲν οὖν ἡ πόλις] * Εἰς τοὺς καθ' ἡμᾶς ὁ γόης ἔοικεν ἁγίους προφήτας διαπαίζειν, ἐφ' οἷς † οὗτοι περὶ τὴν Ἱερουσαλὴμ ἐν ἐσχάταις ἡμέραις συνενεχθῆναι ἀλληγορικῶς διεξῆλθον. V.

2. Ἀναφεῖς] Γρ. αἱ ἀφανεῖς. G.

* Ad aliena verba antea referebatur hoc Scholium, duce Cod. V. quod & notae Clar. *J. Clerici* anſam dedit; quam, quia jam hujus loci non eſt, omiſimus. Adi modo *Apocal.* XXI. 10. & ſeqq. ut quam haec illis ſimilia ſint, videas. *M. du S.*

† Οὗτοι] Οὗτος Edit. *Cler.* Sed οὗτοι recte in V.

pud inferos, poſſe quidem eas non tangi, habere tamen corpora valde ſubtilia, quae non tam corpora ſint, quam corporis inſtar. ſed interpretes non recte intellexerunt hunc locum: Καὶ ὅλως ἔοικε γυμνή τις ἡ ψυχὴ αὐτῶν περιπολεῖν. τὴν δὲ τοῦ σώματος ὁμοιότητα περικειμένη εἰ γοῦν μὴ ἅψαιτό τις, οὐκ ἂν ἐλέγξειε μὴ εἶναι σῶμα τὸ ὁρώμενον. Vertunt: *In ſumma videtur eorum anima nuda circumvagari, ſimilitudine corporis circumdata. Ac niſi quis tetigerit, non poſſit deprehendere non eſſe corpus, quod videt. Nam ſunt ut umbrae rectae, non nigrae.* Latina verſio εἰ γοῦν μὴ ἅψαιτο, longe a Graecis verbis abit, quae ſic erant transferenda: *Licet igitur quis attingere nequeat, non tamen convincat non eſſe corpus, quod videtur. Sunt namque tanquam umbrae rectae, non nigrae.* Videntur enim, licet non tangantur. *J.G.G.*

9. Σκιαὶ

εἶναι σῶμα τὸ ὁρώμενον. εἰσὶ γὰρ ὥσπερ σκιαὶ ὀρθαί, οὐ μέλαιναι· γηράσκει δὲ οὐδείς, ἀλλ' ἐφ' ἧς ἂν ἡλικίας ἔλθῃ, παραμένει· οὐ μὴν οὐδὲ νὺξ παρ' αὐτοῖς γίγνεται, οὐδ' ἡμέρα πάνυ λαμπρά· ἀλλὰ καθάπερ τὸ λυκαυγὲς ἤδη πρὸς ἕω, μηδέπω ἀνατείλαντος ἡλίου, τοιοῦτον φῶς ἐπέχει τὴν γῆν. καὶ μέντοι καὶ ὡρῶν μίαν ἴσασι τοῦ ἔτους· αἰεὶ γὰρ παρ' αὐτοῖς ἔαρ ἐστὶ, καὶ εἷς ἄνεμος πνεῖ ὁ Ζέφυρος.

Ἡ δὲ χώρα, πᾶσι μὲν ἄνθεσι, πᾶσι δὲ φυτοῖς ἡμέροις τε καὶ σκιεροῖς τέθηλεν· αἱ μὲν γὰρ ἄμπελοι δωδεκάφοροί εἰσι, καὶ κατὰ μῆνα ἕκαστον καρποφοροῦσι· τὰς δὲ ῥοιάς, καὶ τὰς μηλέας, καὶ τὴν ἄλλην ὀπώραν, ἔλεγον μὲν εἶναι τρισκαιδεκάφορον· ἑνὸς γὰρ μηνὸς τοῦ παρ' αὐτοῖς Μινώου, δὶς καρποφορεῖν. ἀντὶ δὲ πυροῦ, οἱ στάχυες [a] ἄρτους ἑτοίμους ἐπ' ἄκρου φύουσιν, ὥσπερ μύκητας. πηγαὶ δὲ περὶ τὴν πόλιν ὕδατος μὲν πέντε καὶ [b] ἑξήκοντα, καὶ τριακόσιοι, μέλιτος δὲ ἄλλαι τοσαῦται, μύρου δὲ πεντακόσιαι, μικρότεραι μέντοι αὗται· καὶ ποταμοὶ γάλακτος ἑπτὰ, καὶ οἴνου ὀκτώ.

Τὸ δὲ συμπόσιον ἔξω τῆς πόλεως πεποίηται, ἐν τῷ Ἠλυσίῳ καλουμένῳ πεδίῳ· λειμὼν δέ ἐστι κάλλιστος, καὶ περὶ αὐτὸν ὕλη παντοία, πυκνή, ἐπισκιάζουσα τοὺς κατακειμένους, καὶ στρωμνὴν μὲν ἐκ τῶν ἀνθέων ὑποβέβληνται. διακονοῦνται δὲ καὶ διαφέρουσιν ἕκαστα οἱ ἄνεμοι, πλήν γε τοῦ οἰνοχοεῖν. τούτου γὰρ οὐδὲν δέονται, ἀλλ' ἔστι δένδρα περὶ

quod videt : ſunt enim quaſi umbrae erectae non nigrae. Seneſcit nemo , ſed qua aetate huc venerit , ea manet. Verum neque nox apud illos eſt , neque dies plane clara. Sed quale eſt mane diluculum ſole nondum exorto , talis lux terram obtinet. Unam etiam modo anni tempeſtatem norunt. Semper enim apud illos ver eſt , & unus flat ventus , Zephyrus.

13. Regio floribus omnibus , plantisque tum manſuetis tum umbroſis viret. Vites quidem duodecies feraces , menſibus ſingulis fructum ferunt. Punicas vero arbores , & malos , & reliquas autumni copias , dicebant etiam ter & decies ferre , bis nempe uno menſe , qui Minous apud illos eſt. Pro tritico ſpicae panes jam paratos in ſummo producunt , velut fungos. Fontes circa urbem aquae quinque & ſexaginta ſupra trecentos , mellis totidem alii , unguenti autem quingenti , hi tamen minores ; fluvii lactis ſeptem , & octo vini.

14. Coenatio extra urbem ſtructa eſt , in eo qui vocatur campus Elyſius. Eſt autem pratum pulcherrimum , & circa illud ſilva varia , denſa , accumbentibus umbram faciens : ſtragula de floribus ſubjecta habent : miniſtrant omnia , & huc illuc ferunt venti , praeterquam quod vinum non infundunt : hoc enim nihil opus eſt ; ſed ſunt

a Ἄρτους ἑτ.] Ἄρτον ἕτοιμον *Schol.* b Ἑξήκοντα] ζ'. *Fl.* male, pro ξ'. Cum vulgata noſtra facit *H.* & P. &c

12. Οὐδὲ νὺξ] Εἰς τὰ ὑπὲρ Θούλην τερατολογούμενα ἐπισκώπτει. V.

26. * Ἄρτον ἕτοιμον] Τὸ ἐξαγαγεῖν ἄρτον ἐκ τῆς γῆς διακωμῳδεῖ. V.

38. Διακονοῦνται] Εἰς τὰ περὶ Βραχμάνων θερατολογούμενα τῶν Ἀσυρίων διασύρει. V. (Vid. *Philoſtr.*)

* Ἄρτον ἕτοιμον] Sic pro ἄρτους ἑτοίμους quod in noſtris libris eſt, V. Codex. *M. du S*

9. Σκιαὶ ὀρθαὶ] Umbrae aliae in libero loco ſtantis hominis humi jacere ac trahi videntur : hae , inſtar hominis ipſius , erectae. Aliae defectu lucis , h. e. natura ſua nigrae ; hae coloratae tum carnis colore tum veſtium. Caeterum ita recte me interpretatum poſt alios hunc locum arbitror, licet aliter ſummo viro videatur. *J. M. G.*

10. Οὐ μέλαιναι] Non ſicut noſtrae, jacentes & nigrae,

ſunt arbores circa coenationem vitreae, magnae, de vitro pellucidiſſimo. Porro fructus harum arborum ſunt pocula varia figuris & magnitudinibus. Cum igitur advenit aliquis in coenationem, decerptum unum alterumque poculum ſibi apponit: at illa ſtatim vini plena fiunt, & ſic bibunt. Pro coronis, luſciniae & aves aliae cantrices, ex vicinis pratis flores roſtris lectos, inſtar nivis in eos ſpargunt cum cantu ſupervolantes. Unguentis perfunduntur hunc in modum. Denſae nubes bibunt e fontibus ac fluvio unguentum, deinde imminentes coenationi, placide urgentibus ventis, tanquam tenuem rorem demittunt.

τὸ συμπόσιον ὑάλινα, μεγάλα, τῆς διαυγεστάτης ὑάλου· ὁ καρπὸς δ' ἐστὶ τούτων τῶν δένδρων, ποτήρια παντοῖα καὶ τὰς κατασκευὰς, καὶ τὰ μεγέθη. ἐπειδὰν οὖν παρίῃ τις εἰς τὸ συμπόσιον, c τρυγήσας ἓν ἢ καὶ δύο τῶν ἐκπωμάτων παρατίθεται, τὰ δὲ αὐτίκα οἴνου πλήρη d γίγνεται· οὕτω μὲν πίνουσιν. ἀντὶ δὲ τῶν στεφάνων, αἱ ἀηδόνες, καὶ τἆλλα τὰ μουσικὰ ὄρνεα, ἐκ τῶν πλησίων λειμώνων τοῖς στόμασιν ἀνθολογοῦντα, κατανίφει αὐτοὺς μετ' ᾠδῆς ὑπερπετόμενα, καὶ μὴν καὶ μυρίζονται ὧδε· νεφέλαι πυκναὶ ἀνασπάσασαι μύρον ἐκ τῶν πηγῶν, καὶ τοῦ ποταμοῦ, καὶ ἐπιστᾶσαι ὑπὲρ τὸ συμπόσιον, ἠρέμα τῶν ἀνέμων ὑποθλιβόντων, ὕουσι λεπτὸν, ὥσπερ δρόσον.

15. In coena muſicae vacant & cantibus. Canuntur ipſis Homeri maxime carmina. Et adeſt ipſe quoque & cum illis epulatur, accumbens ſupra Ulyſſem. Chori puerorum ſunt & virginum. Ducunt eum concinuntque Eunomus Locrus, & Lesbius Arion, & Anacreon, & Steſichorus. Etenim hunc quoque apud illos vidi, jam reconciliata illi Helena. Hi vero cum canere deſierunt, alter chorus procedit cycnorum, hirundinum, ac luſciniarum: & ubi hi quoque cecinerunt, tum ſane ſilva tota fiſtulis quaſi ſuccinit, ventis ducibus.

Ἐπὶ δὲ τῷ δείπνῳ, μουσικῇ τε καὶ ᾠδαῖς σχολάζουσιν· ᾄδεται δὲ αὐτοῖς τὰ Ὁμήρου ἔπη μάλιστα, καὶ αὐτὸς δὲ πάρεστι, καὶ συνευωχεῖται αὐτοῖς, ὑπὲρ τὸν Ὀδυσσέα κατακείμενος. οἱ μὲν οὖν χοροὶ ἐκ παίδων εἰσὶ, καὶ παρθένων· ἐξάρχουσι δὲ, καὶ συνᾴδουσιν, Εὔνομός τε ὁ Λοκρὸς, καὶ Ἀρίων ὁ Λέσβιος, καὶ Ἀνακρέων, καὶ Στησίχορος· καὶ γὰρ καὶ τοῦτον παρ' αὐτοῖς ἐθεασάμην, ἤδη τῆς Ἑλένης αὐτῷ διηλλαγμένης. ἐπειδὰν δὲ οὗτοι παύσωνται ᾄδοντες, δεύτερος χορὸς παρέρχεται ἐκ κύκνων, καὶ χελιδόνων, καὶ ἀηδόνων· ἐπειδὰν δὲ καὶ οὗτοι ᾄσωσι, τότε δὴ πᾶσα ἡ ὕλη ἐπαυλεῖ, τῶν ἀνέμων καταρχόντων.

Μέ-

c Τρυγήτας] Τρυγίσας *J.* Τρυγήσας recte aliae. d Γίγνεται] Γίνεται *Fl.*

grae, ſed corporibus veris, ſi ſoliditatem excipias, ſimiles. *M. du S.*

23. Ὀπώραν] (ὀπώρα λέγεται ἡ χλοώδη τῶν καρπῶν ἔχουσα, οἷον δωρακινὰ, μῆλα ἀππίδια, δαμασκηνὰ, καὶ ὅσα μὴ ἔχει ἔξωθεν τι ξυλῶδες. *Conſtant.* Γεωπ. L. X.) *Verſi* *M. du S.*

50. Στόμασιν] Parum concinne hoc quidem, niſi cum Ariſtophanis Socrate ὀῤῥοπυγίῳ facias canentes. *M. du S.*

63. Εὔνομος] Muſicus is clarus, cujus hiſtoriolam lege, quam narrat in Προτρ. *Clemens Alexand.* ſub ipſum initium, de cicada chordae fractae vicem ſubeunte. *M. du S.*

64. Στησίχορος] Poëta propter Helenæ vituperationem oculis captus, non prius, niſi placato palinodia oblæſo numine, videre potuit. *Lucian.* Macrob. *G. C.*

66. Ἑλένης] In Helenam poëma inclementius ſcripſerat, ob quod a Caſtore & Polluce luminibus orbatus, cantata rurſus palinodia viſum recepiſſe fertur. Vid. *Philoſtr.* VI. 245. & *Plat.* in *Phaedro*; adde *Iſocrat.* Ἑλ. ἐγκ. p. 329. *M. du S.*

Μέγιστον δὲ δὴ πρὸς εὐφροσύνην ἐκεῖνο ἔχουσι· πηγαί εἰσι δύο [a] παρὰ τὸ συμπόσιον, ἡ μὲν, γέλωτος, ἡ δὲ, ἡδονῆς· ἐκ τούτων ἑκατέρας, πάντες ἐν ἀρχῇ τῆς εὐωχίας πίνουσι, καὶ τὸ λοιπὸν ἡδόμενοι, καὶ γελῶντες διάγουσι.

Βούλομαι δὲ εἰπεῖν καὶ τῶν ἐπισήμων οὕς τινας παρ' αὐτοῖς ἐθεασάμην. πάντας μὲν τοὺς ἡμιθέους, καὶ τοὺς ἐπὶ Ἴλιον στρατεύσαντας, πλήν γε δὴ τοῦ Λοκροῦ Αἴαντος. ἐκεῖνον δὲ μόνον ἔφασκον ἐν τῷ τῶν ἀσεβῶν χώρῳ κολάζεσθαι· βαρβάρων δὲ, Κύρους τε ἀμφοτέρους, καὶ τὸν Σκύθην Ἀνάχαρσιν, καὶ τὸν Θρᾷκα Ζάμολξιν, καὶ [b] Νουμᾶν τὸν Ἰταλιώτην, καὶ μὴν καὶ Λυκοῦργον τὸν Λακεδαιμόνιον, καὶ Φωκίωνα, καὶ Τέλλον, τοὺς Ἀθηναίους, καὶ τοὺς σοφοὺς, ἄνευ Περιάνδρου· εἶδον δὲ καὶ Σωκράτην τὸν Σωφρονίσκου ἀδολεσχοῦντα μετὰ Νέστορος καὶ Παλαμήδους· περὶ δὲ αὐτὸν ἦσαν Ὑάκινθός τε ὁ Λακεδαιμόνιος, καὶ ὁ Θεσπιεὺς Νάρκισσος, καὶ [c] Ὕλλας, καὶ ἄλλοι καλοί. καί μοι ἐδόκει ἐρᾶν τοῦ Ὑακίνθου· τὰ πολλὰ δ' οὖν [d] ἐκεῖνον διήλεγχεν. ἐλέγετο δὲ χαλεπαίνειν αὐτῷ ὁ Ῥαδάμανθυς, καὶ ἠπειληκέναι πολλάκις ἐκβαλεῖν

16. Maximum & illud ad hilaritatem *adjumentum* habent, *quod* fontes ſunt duo, circa coenationem, riſus alter, alter vero voluptatis, e quorum altero in ipſo convivii principio bibunt, & quod ſupereſt jucunde & cum riſu agunt.

17. Dicere jam volo, nobilium hominum quos apud illos viderim. Semideos quidem omnes, & qui ad Ilium pugnarunt, praeter Locrum Ajacem: illum ſolum dicebant in loco impiorum dare poenas. Barbarorum vero Cyrum utrumque, & Scytham Anacharſin, & Zamolxin Thracem, & Numam Italum: ac praeter hos Lycurgum Lacedaemonium, & Phocionem ac Tellum Athenienſes, & Sapientes, Periandro excepto. Vidi etiam Socratem Sophroniſci F. ſermones caedentem cum Neſtore & Palamede. Circa illum erant Hyacinthus Lacedaemonius, & Theſpienſis Narciſſus, & Hylas, & pulchri alii. Et videbatur mihi amare Hyacinthum: multa ſane illum redarguebant. Dicebatur autem iratus illi Rhadamanthus, & ſaepe minatus eſſe, de inſula ſe illum ejecturum, ſi

a Παρὰ] Sic A. & P. Περὶ Edd. priores. *b* Νουμᾶν] Ex *Solani* emendat. Νομᾶν enim Edd. *c* Ὕλλας] Sic *Fl. H. J. P. Ald.* &c. *d* Ἐκεῖνον διήλ.] Ἐκείνῳ διελέγετο *Vorſt.* emendat, ut infra c. 23. f. Edd. noſtrae nihil mutant.

79. Ἐθεασάμην] Κατὰ κοινοῦ τὸ ἐθεασάμην. *V.*

73. Περὶ] Angl. παρά. *J.B.*

Παρὰ] Ex Angl. & P. reliqui enim περὶ habent, vitioſe. *M. du S.*

Παρὰ] Infra vero cum dativo, hac ipſa Diſſert. c. 33. pr. πηγαὶ δύο παρὰ ταῖς πύλαις. *J.F.R.*

80. Ἡμιθέους] Semidei non integri Dii neque homines; ſed altero parente divino, altero humano: aut ſemidei ratione virtutis. *Tertullianus* quatuor Gentilium deorum differentias fuiſſe ſcribit, quorum quidam ſelecti & majorum gentium dii vocati ſunt, quidam Semidei & Heroes, quidam Medioximi, & quidam Semones. *G.C.*

81. Λοκρ. Αἴαντος] Ob violatam ab eo Caſſandram. *M. du S.*

85. Νουμᾶν] Omnes, quotquot vidi, libri Νομᾶν. Sed vide Ἀποφρ. c. 8. & Μακρόβ. c. 8. *M. du S.*

87. Τέλλον] Vide Ἐπισκ. c. 10. & *Plut.* *M. du S.*

88. Ἄνευ Περ.] Aut quia tyrannus; aut potius quia calamitates domeſticas tam inique tulit, ut, aegritudine inde contracta, deceſſerit; quod ſapientis non eſt. At ſi *Aelianum* audias, duo Periandri fuerunt, ſapiens alter, alter tyrannus; *Var. Hiſt.* XII. 35. Sed foede corruptus locus eſt ille *Aeliani.* Fuere quidem duo Periandri, ſed uterque tyrannus; ſapiens hic Corinthi, Ambraciae vero alter ille. Vide *Diog. Laërt.* p. 25. & *Menag. not.* p. 36. Qui *Periandrum* VII. ſapientibus annumerari nolunt, *Epimenidem* pro eo reponunt. (Vid. *Plut.* Solon. 154, 2.) *Plato* vero *Eudoxum*, teſte *Diog. Laërt.* 7. F. ſed in Protag. 206. F. ubi ſapientes Plato recenſet. *Eudoxus* ille non comparet.

ſi nugas agere pergeret, & nollet diſſimulatione omiſſa convivari. Plato ſolus non aderat, ſed dicebatur ipſe quoque civitatem habitare a ſe confictam, eaque forma reipublicae, eisque, quas ſcripſiſſet, legibus uti.

18. Ariſtippus quidem & Epicurus, primas hic ferebant, ſuaves homines, & gratioſi, & convivae commodi. Aderat etiam Aeſopus Phryx, quo ut ſcurra ridiculario utuntur. Verum Sinopenſis Diogenes ita mutavit mores, ut Laida duxerit meretricem, ebriusque ſaepe ad ſaltandum conſurgat, & vinolentas nugas agat. Stoicorum aderat nemo: dicebantur enim adhuc adſcendere arduum illum virtutis collem. Audiebamus etiam de Chryſippo, non prius illi fas eſſe inſulam ingredi, quam elleboro quartum uſus eſſet. Academicos vero dicebant velle quidem venire, ſed ſuſtinere ſe adhuc, & conſiderare: neque enim hoc ipſum illos percipere, an inſula talis ſit. Alioquin etiam Rhadaman-

αὐτὸν ἐκ τῆς νήσου, ἢν φλυαρῇ, καὶ μὴ θέλῃ ἀφεὶς τὴν εἰρωνείαν, εὐωχεῖσθαι. Πλάτων δὲ μόνος οὐ παρῆν, ἀλλ' ἐλέγετο καὶ αὐτὸς ἐν τῇ ὑπ' αὐτοῦ ἀναπλασθείσῃ πόλει οἰκεῖν, χρώμενος τῇ πολιτείᾳ, καὶ τοῖς νόμοις οἷς συνέγραψε, πολιτεύεσθαι.

Οἱ μέντοι ἀμφ' Ἀρίστιππόν τε καὶ Ἐπίκουρον τὰ πρῶτα παρ' αὐτοῖς ἐφέροντο, ἡδεῖς τε ὄντες, καὶ κεχαρισμένοι, καὶ συμποτικώτατοι. παρῆν δὲ καὶ Αἴσωπος ὁ Φρύξ. [e] τούτῳ δὲ ὅσα καὶ γελωτοποιῷ χρῶνται. Διογένης μέν γε ὁ Σινωπεύς, τοσοῦτον μετέβαλε τοῦ τρόπου, ὥστε γῆμαι Λαΐδα τὴν ἑταίραν, ὀρχεῖσθαί τε ὑπὸ μέθης πολλάκις ἀνιστάμενον, καὶ παροινεῖν. τῶν δὲ Στωϊκῶν, οὐδεὶς παρῆν· ἔτι γὰρ ἐλέγοντο ἀναβαίνειν τὸν τῆς ἀρετῆς ὄρθιον λόφον. ἠκούομεν δὲ καὶ περὶ Χρυσίππου, ὅτι οὐ πρότερον αὐτῷ ἐπιβῆναι τῆς νήσου θέμις, πρὶν τὸ τέταρτον ἑαυτὸν ἐλλεβορίσῃ· τοὺς δὲ [f] Ἀκαδημαϊκοὺς ἔλεγον ἐθέλειν μὲν ἐλθεῖν, ἐπέχειν δ' ἔτι, καὶ διασκέπτεσθαι· μηδὲ γὰρ αὐτὸ τοῦτό πως καταλαμβάνειν, εἰ καὶ νῆσός τις τοιαύτη ἐστίν. ἄλλως τε, καὶ τὴν ἐπὶ τοῦ Ῥαδαμάνθυος, οἶ-

e *Τούτῳ*] Τούτων male *Fl.* Τούτῳ reliqq. & P. f Ἀκαδημαϊκούς] Sic *J. H. Fl. P.* &c. Ἀκαδημιακούς. *Coll.*

) 12. Τῶν δὲ Στωϊκῶν . . .] Οἷα φὴς περὶ Στωϊκῶν, ἄνθρωπε; *G.*

17. Τοὺς δὲ Ἀκαδημαϊκοὺς] Οὐκ ἀκριβῶς ἄγαν τοὺς Ἀκαδημαϊκοὺς τοῖς Ἐφεκτικοῖς συνάπτει Λουκιανός. *V.* (συνάπτεις, Λουκιανέ. *Coll.*)

ret. Immo Diogenes ipſe 10. D. *Myſona* ibi pro *Periandro* a Platone ſuffectum obſervat. Vere itaque cenſet *Menagius* priorem Diogenis locum ſcioli eſſe gloſſema, quod in textum abſurde receptum eſt. Vide notas ejus ad utrumque locum, unde multa ex antiquis Scriptoribus habes, quae ad catalogum illum VII. Sapientum ſpectant. *M. du S.*

Ἀντὶ Περιάνδρου] Periander inſula beatorum excidit haud dubie, quod tyrannus eſſet, & oppreſſam ſervitute Corinthum teneret. *J. M. G.*

89. Ἀδολεσχοῦντα μετὰ Νέστορος] Quod optabat in ultimis ſermonibus ſuis, a Platone in Apologia & Xenophonte ſervatis. *J. M. G.*

10. Ὥστε γῆμαι Λαΐδα] Serio accepit *Menagius* (ad *Diog. Laërt.* p. 138. D. E.) quod nolim a tanto viro factum. Jocoſe enim haec Lucianus, quia a nuptiis abhorruiſſe traditur Diogenes. Vid. *Diog. Laërt.* 144. E. & 150. E. ἐρωτηθεὶς ποίῳ καιρῷ δεῖ γαμεῖν; ἔφη, τοὺς μὲν νέους μηδέποτε, τοὺς δὲ πρεσβυτέρους μηδὲ πώποτε. & 155. B. ἔλεγε δὲ καὶ κοινὰς εἶναι δεῖν τὰς γυναῖκας, γάμον μηδὲ ὀνομάζων, ἀλλὰ τὸν πείσαντα τῇ πεισάσῃ συνεῖναι. *M. du S.*

16. Τέταρτον . . . ἐλλεβ.] Vide ſupra B. πρασ. c. 23. & Ἑρμ. c. 86. *M. du S.*

Ibid. Ἐλλεβορίσῃ] Confer ſupra *Hermot.* c. ult. *F. G.*

17. Ἀκαδημαϊκοὺς] Analogia videtur ſuadere ſcribendum ἀκαδημιακούς. Verum prius ex uſu obtinuit, pluraque hujus ſcripturae exempla citat *Steph.* in Theſ. qui etiam obſervat μετάθεσιν vocalium in hoc adjectivo factam. Et quia numerus Exemplarium longe major, non hic modo, ſed ubique in Luciano vulgatam confirmat, non mihi dubium eſt, hanc ſcripturam eſſe veram. *J. F. R.*

οἶμαι, κρίσιν ἐδεδοίκεσαν, ἅτε καὶ τὸ κριτήριον αὐτοὶ ἀνῃρηκότες. πολλοὺς δὲ αὐτῶν ἔφασκον ὁρμηθέντας ἀκολουθεῖν τοῖς ἀφικνουμένοις, ὑπὸ νωθείας δὲ ἀπολείπεσθαι, μὴ καταλαμβάνοντας, καὶ ἀναστρέφειν ἐκ μέσης τῆς ὁδοῦ.

Οὗτοι μὲν οὖν ἦσαν [a] ἀξιολογώτατοι τῶν παρόντων. τιμῶσι δὲ μάλιστα τὸν Ἀχιλλέα, καὶ μετὰ τοῦτον, Θησέα. περὶ δὲ συνουσίας καὶ ἀφροδισίων οὕτω φρονοῦσι· μίσγονται μὲν ἀναφανδὸν, πάντων ὁρώντων, καὶ γυναιξὶ, καὶ ἄρσεσι, καὶ οὐδαμῶς τοῦτο αἰσχρὸν αὐτοῖς δοκεῖ· μόνος δὲ Σωκράτης διώμνυτο, ἦ μὴν καθαρῶς πλησιάζειν τοῖς νέοις· καὶ μέντοι πάντες αὐτοῦ ἐπιορκεῖν κατεγίγνωσκον. πολλάκις γοῦν ὁ μὲν Ὑάκινθος, ἢ ὁ Νάρκισσος, ὡμολόγουν, ἐκεῖνος δὲ ἠρνεῖτο· αἱ δὲ γυναῖκες εἰσὶ πᾶσαι κοιναὶ, καὶ οὐδεὶς φθονεῖ τῷ πλησίον, ἀλλ' εἰσὶ τοῦτο μάλιστα Πλατωνικώτατοι· καὶ οἱ παῖδες δὲ παρέχουσι τοῖς βουλομένοις, οὐδὲν ἀντιλέγοντες.

thi, puto, judicium metuunt; qui ipſum judicandi inſtrumentum ſuſtulerint. Multos vero illorum, narrabant, impetu capto ſequi eos qui veniant *in inſulam*, ſed ignavia quadam deficere ante quam aſſequantur, & de media via reverti.

19. Hi quidem igitur eorum qui aderant maxime commemorabiles. Maximo autem in honore habent Achillem, & poſt hunc, Theſeum. De coitu & rebus venereis ita ſentiunt. Miſcent corpora publice, & in conſpectu omnium, cum mulieribus pariter & cum maribus, & nequaquam malum hoc illis videtur. Solus Socrates dejerabat, ſe caſte accedere ad juvenes: ſed omnes peierare illum judicabant. Saepe enim Hyacinthus aut Narciſſus fatebantur; at ipſe negabat. Mulieres vero communes omnes, neque invidet quisquam viro alteri, ſed hac in re maxime ſunt Platonici. Praebent etiam pueri volentibus, nihil repugnantes.

20. Duo

[a] Ἀξιολογ.] *Λογικώτατοι* Cod. *Fl.* Nihil mutant Edd. praeter *Fl.* quae *ἀξιολογικώτατοι*.

35. Ἦ μὴν] Ἀντὶ τοῦ ὄντως. *V.*

26. Καταλαμβάνοντ.] Καταλαμβάνοντας illud pertinet ad ἀκαταληψίαν Academicorum; itaque *comprehendendi* verbo uſus eſſem: ſi illud de eo quoque dici poſſe ſciviſſem, qui ſecutus alterum, tandem aſſequitur. Neque enim hic de fure, aut ſervo fugitivo ſermo eſt, ſed de viatoribus vel currentibus in ſtadio: ubi *aſſequendi* verbum domicilium quaſi habet, quod tamen ipſum etiam ad illam mentis facultatem transfertur, qua *comprehendere* dicimur, quae plane intelligimus. *J.M.G.*

28. Ἦσαν ἀξιολογώτατοι] Flor. λογικώτατοι. *J.B.*

34. Διώμνυτο..] Vide quae nos ſupra ad B. πρασ. c. 16. in eam rem attulimus. *M. du S.*

40. Τοῦτο] Pro κατὰ vel διὰ τοῦτο. Vid. ſupra T. I. *Nigrin.* §. 27. *J.F.R.*

48. Αὐτὸς] Neceſſaria videtur *Vorſtii* emendatio, ſcribentis αὐτοὺς. Ratio in promtu eſt. Quis enim ferat neſcire ſeſe dicentem, quod tamen uno halitu enarrans inducitur? Abſit autem ut, poſt *Leonem Allatium* aut *Creſſollium* (uter enim horum hoc aſſeverarit non ſatis certo annotavimus) hic id agamus, ut Babylonium non fuiſſe Homerum demonſtremus. Non enim mente captis ſcribimus. Vid. AG. X. 1733. Chium fuiſſe vult *Simonides* apud *Steph.* in Lyric. p. 119. *M. du S.*

Αὐτοὺς μὴ] Recepta lectio, αὐτὸς μὴ ἀγνοεῖν, nimis aperte contradicit his, quae ſtatim ſequuntur. Plane indubium mihi eſt, dediſſe Lucianum αὐτοὺς, quod refertur ad ζητοῦντας ſeu diſputantes, ſyneſi non abſtruſa nec difficili. Certe ſic interpretatus ſum. *J.M.G.*

Αὐτοὺς μὴ ἀγν.] Cl. *Geſneri* emendatio adeo eſt neceſſaria, ut eam recipere etiam invitis libris nihil dubitarim. Sed & *Vorſtius* in marg. ſic emendarat, & Cod. *Pell.* correctionem firmat. Cl. *La Croze* adſcripſerat ἔφασκον legendum; quod etſi praeſtat vulgatae, tamen non ſatis planum reddit ſenſum. *J.F.R.*

49. Κολοφώνιον] Non dubitavi ſecundam ſyllabam contra Edd. correptam dare; quia non modo *Strabo* ita ubique ſcribit. Vid. ejus L. XIV. p. 952. vel 643. ubi ter quater occurrit; ſed & quia poëtis corripitur, ut in ſaepe ab aliis adducto verſu ex A. Gell. III. XI. quem tamen paullo aliter exhibet *Antholog.* IV. 2. quae ſic: Ἑπτὰ πόλεις διερίζουσιν περὶ ῥίζαν Ὁμήρου. Σμύρνα, Ῥόδος, Κολοφὼν, Σαλαμὶν, Χίος, Ἄργος, Ἀθῆναι. *J.F.R.*

57. Κατε-

20. Duo nondum aut tres dies praeterierant, & accedens ad Homerum poëtam cum ambobus eſſet otium, tum reliqua ex eo quaeſivi, tum unde eſſet? dicens illud maxime apud nos in hunc diem diſputari. At ille ajebat, *illos ignorare, cum hi Chium, Smyrnaeum alii, multi Colophonium putent: ſe vero*, dicebat, *Babylonium eſſe, & apud cives non Homerum vocari, ſed Tigranem: deinde cum obſes* (Homerus) *apud Graecos eſſet, nomen mutaſſe.* Ad haec de verſibus illius rejectis interrogabam, num ſcripti ab ipſo eſſent? atque ille ſuos eſſe omnes confirmavit. Damnabam itaque Zenodoti & Ariſtarchi Grammaticorum frigidas diſputationes. Ad haec cum ſatis reſpondiſſet, rurſus interrogavi, *cur tandem*

Οὔπω δὲ δύο ἢ τρεῖς ἡμέραι διεληλύθεισαν, καὶ προσελθὼν ἐγὼ Ὁμήρῳ τῷ ποιητῇ, σχολῆς οὔσης ἀμφοῖν, τά τε ἄλλα ἐπυνθανόμην, καὶ ὅθεν εἴη, [b] λέγων τοῦτο μάλιστα παρ' ἡμῖν [c] εἰσέτι νῦν ζητεῖσθαι· ὁ δὲ [d] αὐτοὺς μὲν ἀγνοεῖν ἔφασκεν· οἱ μὲν γὰρ, Χῖον, οἱ δὲ Σμυρναῖον, πολλοὶ δὲ [e] Κολοφώνιον αὐτὸν νομίζουσιν. εἶναι μέντοι ἔλεγε Βαβυλώνιος, καὶ παρά γε τοῖς [f] πολίταις, οὐχ Ὅμηρος, ἀλλὰ Τιγράνης καλεῖσθαι· ὕστερον δὲ ὁμηρεύσας παρὰ τοῖς Ἕλλησιν, ἀλλάξαι τὴν προσηγορίαν. ἔτι δὲ καὶ περὶ τῶν ἀθετουμένων στίχων ἐπηρώτων, εἰ ὑπ' ἐκείνου εἰσὶ γεγραμμένοι· καὶ ὃς ἔφασκε πάντας αὐτοῦ εἶναι. [g] κατεγίνωσκον οὖν τῶν ἀμφὶ τὸν Ζηνόδοτον καὶ Ἀρίσταρχον γραμματικῶν πολλὴν τὴν ψυχρολογίαν· ἐπεὶ δὲ ταῦθ' ἱκανῶς ἀπεκέκριτο, πάλιν αὐτὸν ἠρώτων, τί δήποτε ἀπὸ τῆς μήνιδος τὴν ἀρχὴν ἐποιήσατο,

b Λέγων τοῦτο] Nihil mutant *Coll.* & Edd. *c* Εἰσέτι] Εἰσ—τι *J. H. Fl.* Ceterae recte, ut edidi. *d* Αὐτοὺς] Sic *Pell.* Αὐτὸς Edd. abſurde, οὐκ, ἴσως ante ἀγνοεῖν addit Cod. L. *e* Κολοφώνιον] Sic *Anon.* ap. *Pell.* Κολωφώνιον enim Edd. *f* Πολίταις] *Alii* πλείστοις *Coll.* Prius habent *J. Fl. H. P.* *g* Κατεγίνωσκον] Sic *Fl.* & *P.* Κατεγίγνωσκον *J.* & *H.*

46. Λέγων τ. μ.] Γρα. λέγων τοῦτο μάλιστα. *G.*
51. Τοῖς πλείστοις] Γρα. τοῖς πολίταις. οὐχ Ὅμηρος. *G.*
57. Κατεγίνωσκον] Σημειοῦ διὰ τὴν σύνταξιν, τὸ γὰρ γινώσκω γενικῇ συντάσσεται. οἷον καταγινώσκω σου τῆς φλυαρίας. ὁ δὲ καὶ αἰτιατικὴν ἀπέδωκεν. κατεγίνωσκον τὴν ψυχρολογίαν. ἤτοι οὖν Ἀττικῶς οὐ συνέταξεν. αὐτοὶ γὰρ καὶ ἐπὶ ἄλλων πολλῶν τοῦτο φιλοῦσι ποιεῖν τῇ κοινῇ * ἐναντιούμενοι συνηθείᾳ. ἢ τὸ καταγινώσκω ἀντὶ τοῦ γελᾶν ἢ διασύρειν εἴληπται. *V.*

* Ἐναντιέμενοι] Ἐναιτιέμενον male Ed. *Clar.*

57. Κατεγίνωσκεν] Non verum eſt quod *Scholiaſt.* ait, ab Atticiſmo noſtrum receſſiſſe, quando hoc verbum cum accuſativo conſtruit; nec hi enim duplicem genitivum ſemper adhibent. Ecce *Thucyd.* VI. c. 61. p. 417. Οἱ δ' Ἀθηναῖοι ἐρήμῃ δίκῃ θάνατον κατέγνωσαν αὐτοῦ τε καὶ τῶν μετ' ἐκείνου. *Ariſtoph.* Eq. verſ. 1357. Εἰ μὴ καταγνώσεσθε ταύτην τὴν δίκην. Quod tamen & condemnandi notione capiendum ibi Scholiaſtes monet, id exponens: Εἰ μὴ κατακρινεῖτε καὶ καταδικάσετε. Plura *Steph.* ex *Demoſth.* aliisque in Theſ. append. T. I. p. 1854. Sed ſi apud Lucian. pro ſimplici *cognoſco* accipere velis, licet; nam & ſic fere *Ariſtoph.* Eq. verſ. 46. Οὗτος καταγνοὺς τοῦ γέροντος τοὺς τρόπους. Etſi paulo plus valeat, quam ſimplex, ut *Biſetus* ibi monet, dicens: Καταγνοὺς, θεωρήσας. περιττὴ ἡ κατὰ οἷον καταμαθὼν καὶ αἰσθόμενος· πρὸς ἔμφασιν δὲ πλείονα εἶπε τοῦ μαθών. &c. quae ap. eum ſis vide. *J. F. R.*

58. Ζηνόδοτον] Ariſtarchus notiſſimus. *Zenodotus* Bibliothecae Alexandrinae primus praefuit. *Suid.* *M. du S.*

61. Μήνιδος] Immerito hic Homerum ſugillat, quod *iram Achillis* initium ſuo poëmati fecerit: palam enim eſt Iliada legenti, eam rem in toto poëmate agi, ut rectiſſime id *argumentum* eſſe dixeris. Quod non intelligentes e noſtris quidam imperiti & barbari prorſus homines, *Rhapſodias* cum audiunt antiquis dicta Homeri poëmata, nec quid ea vox ſit, niſi ex vernaculo idiomate aſſequi valentes, varia ſibi fingunt & diſſoluta carmina, nullo conſilio judiciove a coeco mendicabulo temere effuſa, in unum tandem corpus conſarcinata, aut potius a fatuis hominibus & prorſus rudibus collecta, *Poëma heroicum* nunc audire. Qui, ſi cum Luciano haec ludentes effutirent, venia forſan digni putandi ſint. At ſerio id agunt, ut quae ipſi prae imperitia, niſi Latine verſa, intelligere non poſſunt, aliis contemtui ſint & deridiculo. Horum

σατο, καὶ εἶπεν ὃς, οὕτως ἐπελθεῖν αὐτῷ, μηδὲν ἐπιτηδεύσαντι. καὶ μὴν κἀκεῖνο ἐπεθύμουν εἰδέναι, εἰ προτέραν ἔγραψε τὴν Ὀδύσσειαν τῆς Ἰλιάδος, ὡς πολλοί φασιν· ὁ δὲ ἠρνεῖτο· ὅτι μὲν γὰρ οὐδὲ τυφλὸς ἦν, ὃ καὶ αὐτὸ περὶ αὐτοῦ λέγουσιν, αὐτίκα ἠπιστάμην, ἑώρα γὰρ, ὥστε οὐδὲ πυνθάνεσθαι ἐδεόμην· πολλάκις δὲ καὶ ἄλλοτε τοῦτο ἐποίουν, εἴ ποτε αὐτὸν σχολὴν ἄγοντα ἑώρων. προσιὼν γὰρ ἄν τι ἐπυνθανόμην αὐτοῦ, καὶ ὃς προθύμως πάντα ἀπεκρίνετο, καὶ μάλιστα κατὰ τὴν δίκην, ἐπειδὴ ἐκράτησεν· ἦν γάρ τις γραφὴ κατ' αὐτοῦ ἀπενηνεγμένη ὕβρεως ὑπὸ Θερσίτου, ἐφ' οἷς αὐτὸν ἐν τῇ ποιήσει ἔσκωψε,[a] καὶ ἐνίκησεν Ὅμηρος, Ὀδυσσέως συνηγοροῦντος.

Κατὰ δὲ τοὺς αὐτοὺς χρόνους τούτους ἀφίκετο καὶ Πυθαγόρας ὁ Σάμιος, ἑπτάκις ἀλλαγεὶς, καὶ ἐν τοσούτοις ζώοις βιοτεύσας, καὶ

ab ira Achillis *initium* carminis *feciſſet?* Et ille, *ita ſibi temere in mentem veniſſe.* Etiam illud ſcire volebam, prioremne ſcripſiſſet Ulyſſeam Iliade, ut multi referunt? negabat. Caecum enim non fuiſſe, quod ipſum quoque de illo narrant, ſtatim [illegible]bam. Utebatur enim oculis: ut ne interrogatione opus eſſet. Saepe etiam alias hoc faciebam, ſi quando otioſum illum viderem, ut accedens ipſum interrogarem aliquid: atque ipſe promte ad omnia reſpondebat, in primis ſecundum judicium cum viciſſet. Erat enim dica illi ſcripta injuriae, a Therſite, quod contumelioſe in ipſum luſiſſet in carmine: vicitque Homerus, cauſſam illius una agente Ulyſſe.

21. Iisdem temporibus Pythagoras etiam Samius advenit, ſepties mutatus, vita in totidem acta animalibus, perfectisque tot ani-

a Ἔσκωψε] Ἔσκοψε male Edd. plurimae. Ἔσκωψε recte L. *B2.* & *S.*

*66. Οὐδὲ τυφλὸς ἦν] Ἱστορεῖ γὰρ τοῦτο Ἡρόδοτος ἐν τῷ *περὶ τοῦ Ὁμήρου βίῳ. V.*

* Περὶ] Aberat in Edit. Nec magno opere requirerem; ſed quia adeſt in Cod. V. inſerere non dubitavi. *J.F.R.*

rum ego temeritatem audaciamque, & pulcherrimarum rerum ignorationem ſummam, cum *ſui ſeculi* ſuarumque rerum admiratione conjunctam Boilaeis compeſcendam exagitandamque relinquo. *M. du S.*

64. Εἰ προτέραν] Hac de controverſia acutiſſimum vide *Longini* judicium c. VIII. π. ὕψους. *M. du S.*

66. Ὅτι μὲν γὰρ οὐδὲ τυφλὸς ἦν, ὃ καὶ αὐτὸ περὶ αὐτοῦ λέγουσιν, αὐτίκα ἠπιστάμην, ἑώρα γὰρ, ὥστε οὐδὲ πυνθάνεσθαι ἐδεόμην] Vertunt: *ipſum vero caecum non eſſe, quod etiam dicunt, mox cognovi: vidi enim; itaque veritus ſum percontari.* Sed an ἑώρα, eſt, *vidi?* an οὐκ ἐδεόμην, eſt, *veritus ſum?* Minime. Quare in hunc modum debebant: *Caecum vero non fuiſſe, quod ipſum etiam de eo dicunt, ilico cognovi: videbat enim, adeoque rogare opus non erat.* *H.V.*

Ibid. Οὐδὲ τυφλὸς ἦν] *Cicero* tamen Tuſc. Diſp. V. c. 39. *Homerum coecum inducit*, ſcribens: *Traditum eſt etiam, Homerum coecum fuiſſe. At ejus picturam, non poëſin, videmus. Quae regio, quae ora, qui locus Graeciae, quae ſpecies formaque pugnae, quae acies, quod remigium, qui motus hominum, qui ferarum, non ita expictus eſt, ut quae ipſe non viderit, nos ut videremus, effecerit?* nam quamvis Pictori comparetur Homerus, ex ſequentibus tamen adparet, Ciceronem eum coecum facere; quod etiam confirmatur exemplo Tireſiae coeci vatis, quem ilico ſubjungit Cicero. Vid. notam *Daviſii*, quem conſulendum Cl. *Hemſt.* in marg. *Graevianae* Ed. indicarat; ubi is *Brod.* Miſc. V. 9. & *Scholiaſten* Lucian. ad T. 2. p. 17. (i. e. ad *Somn.* ſ. *Gall.* ad verba τυφλὸς αὐτὸς ὢν) id cum Luciano negantem citat; nec non *Vellej. Pat.* qui L. I. 5. ait: *Homerum, ſi quis coecum genitum putat, omnibus ſenſibus orbus eſt.* Non igitur plane negat Vellejus Homerum coecum fuiſſe; ſed ab nativitate id calamitatis ei obtigiſſe negat: cum prae ſenio viſum amiſiſſe dici queat, quod & illi, quos *Daviſ.* citat, voluere. Vide etiam not. *Boelleri* ad Vellej. p. 38. Ed. *Burm.* Coecum autem fuiſſe *Daviſius* nullo modo dubitat; quod ſub Demodoci perſona ſemet ipſum deſcribere credatur ap. *Max. Tyr.* Diſſ. XXII. nec ego dubito, ſi caſu aut ſenio id contigiſſe dixeris, ut *Brod* l. c. ex *Herodoto*, *Pauſan.* in Meſſen. & *Tzetze* probat; nam ab nativitate coecum ſtatuere abſurdum videtur; quum peregrinatio ad varios hominum mores, cultum, regionumque & urbium ſitum, quarum ingentem nobis catalogum reliquit, cognoſcenda, praecipuum ejus fuerit ſtudium. Quod autem ab ſtatuariis deſumitur argumentum, qui eum oculis captum finxerint, id admodum incertum mihi videtur; nam aut vulgarem hi rumorem ſecuti ſunt,

animae circuitibus. Erat vero dextro toto latere aureus. Illud quidem judicatum eſt, eum verſari ſecum: hoc vero dubitabatur, utrum Pythagoram vocare an Euphorbum oporteret. Venit & Empedocles, circum uſtulatus, & toto aſſatus corpore. Neque tamen, quantumvis multis verbis ſupplicaret, receptus eſt.

ἐκτελέσας τῆς ψυχῆς τὰς περιόδους· ἦν δὲ χρυσοῦς ὅλον τὸ δεξιὸν ἡμίτομον. καὶ ἐκρίθη μὲν συμπολιτεύεσθαι αὐτοῖς, ἐνεδοιάζετο δὲ ἔτι, πότερον Πυθαγόραν ἢ Εὔφορβον αὐτὸν ὀνομάζειν χρή. ὁ μέντοι Ἐμπεδοκλῆς, ἦλθε μὲν καὶ οὗτος περίεφθος, καὶ τὸ σῶμα ὅλον ὠπτημένος· οὐ μὴν παρεδέχθη γε, καίτοι πολλὰ ἱκετεύων.

22. Procedente tempore certamen inſtabat, quae Thanatuſia (*Mortualia*) apud illos vocantur. Praeſidebant Achilles, Theſeus ſeptimum. Reliqua longum fuerit dicere: ſumma capita rerum enarrabo. Lucta vicit Carus Heraclides, victo in certamine de hac corona Ulyſſe. Pugilatus aequa laus fuit Arei Aegyptii, qui Co-

Προϊόντος δὲ τοῦ χρόνου, ἐνέστη ὁ ἀγὼν, τὰ παρ' αὐτοῖς Θανατούσια. ἠγωνοθέτει δὲ Ἀχιλλεὺς τὸ πέμπτον, καὶ Θησεὺς τὸ ἕβδομον. τὰ μὲν οὖν ἄλλα, μακρὸν ἂν εἴη λέγειν· τὰ δὲ κεφάλαια τῶν πραχθέντων διηγήσομαι. πάλην μὲν ἐνίκησε [b] Κᾶρος ὁ ἀφ' Ἡρακλέους, Ὀδυσσέα περὶ τοῦ στεφάνου καταγωνισάμενος. πυγμὴ δὲ ἴση ἐγένετο Ἀρείου τε τοῦ Αἰγυπτίου, ὃς ἐν Κορίνθῳ τέθα-

b Κᾶρος] Sic *B2. J. H.* & *P.* cum *A.* Ceterae Κάρος. Κάπρος *Palm.* Κάρανος *Gron.*

ſunt, aut non ſatis differentiae inter videntem ac coecum eſt in illorum arte; ſolent enim marmoreae effigies oculorum orbes ac pupillam raro exprimere, quorum circuli quum ſulcis aliquantum excavatis deſcribendi ſint, id totam faciem deformat, & maligniores, ut ſic dicam, oculos exhibet, quam ſi exterior tantum eorum ambitus ſolus efformetur. *J. F. R.*

72. *Μετὰ τ. δ.*] Sic lego pro *κατὰ*, quod in omnibus libris eſt. *M. du S.*

74. Θερσίτου] *Hom.* Il. B. 212. *M. du S.*

75. Ἔσκωψε] L. *B2.* & *S.* In reliquis prave ἔσκοψε. *M. du S.*

81. Χρυσοῦς ὅλον τὸ δεξ.] De femore Pythagorae aureo vid. ſupra T. I. *Vit. auct.* §. 6. Neque hic putes χρυσοῦς in χρυσοῦν mutandum; eſt enim ſolita ellipſ. *τοῦ κατὰ. aureus erat femur*, pro *ad femur.* Etſi hic *totum dextrum latus* pro femore dicit. *J. F. R.*

83. Εὔφορβον] Trojanus fuit adoleſcens Panthi filius, fratris Hecubæ, teſte *Hom.* Il. 17. Lege *Laërt.* in Pythag. & *Ovid.* L. XV. Met. *G. C.*

86. Ὠπτημένος] Sic infra in *mort. Peregr.* §. 37. ἡδὺ τὸ θέαμα ὠπτημένον γέροντα ὁρᾶν. Sed in praeſ. temp. mox c. 29. & ſupr. in *Necyom.* *J. F. R.*

89. Θανατούσια] Eccere! Vir optime caeteroquin de literis Graecis meritus hunc feſtum diem, eamque celebritatem *Graeciae ſuae feriatae* inſeruit. O lepidum caput! Mirum ni *Paradiſus Socratis*, & *ſympoſium* in ejus *Attica* alicubi locum habeant. Sapit *Potterus*, qui cum caetera excerperet, expunxit. *M. du S.*

93. Πάλην μὲν ἐνίκησε Κᾶρος ὁ ἀφ' Ἡρακλέους] *Lucta vicit Carus Heraclides.* Sic vertit Interpres. Nullibi invenio Carum illum luctatorem egregium. Rurſus hoc loco legendum eſt Κάπρος ὁ ἀφ' Ἡρακλέους. *Caprus poſt Herculem primus*, de quo ſupra fuſe diximus. *J. G. a P.*

Ibid. Κᾶρος ὁ ἀφ' Ἡρακλέους] Quem hic interpretem probabimus? In *Baſileenſi* editione vertunt: *Carus qui ab Hercule ſtabat*, ſatis lepida captatione; ac ſi Græca eadem foret conſtructio, quæ Latina; & ſcilicet in hoc certamine componebantur partes, quibus plurimi continebantur, & alii ab hoc ſtabant, alii ab illo. Ridicule omnino. Benedictus: *Carus Heraclides*, quod propius ad genium ſermonis Græci. Sed nullibi invenio Carum illum luctatorem egregium, inquit *Palmerius*. Quaſi vero Lucianus huc introduxerit talem in terris celebrem luctatorem: immo quis egregius luctator ille Ulyſſes? ex quo alterius adverſario patet prorſus ratiocinationem *Palmerii* non procedere: multo minus ut ὁ ἀφ' Ἡρακλέους poſſit reddi, *poſt Herculem primus*, quidquid de Capro ſuo ſollicitus ſit. Opinor optime adnotaſſe patrem Κάρανος. Non agitur de luctatore; agitur de heroibus, inter quos memorabilis Caranus Heraclides. *J. G.*

Κᾶρος] Conſule *Loyd.* honoratiſſimi Praeſulis Wigornienſis Doctiſſimum & ipſum filium ad Olymp. CXLII. *Catal. Olymp.* a *Scal.* editum. *Pauſ. Suid.* (ſed apud hunc ſuo loco non comparet aut κᾶρος aut Κάπρος ille) Ulyſſem hic adducit, quia luctantem fecit Homerus (Iliad. Ψ. 710. & ſeqq.) cum Ajace, quem & proſtravit. *M. du S.*

96. Ἀρείου] Vid. *Plut.* 396. 2. Sed is tamen a noſtro diverſus. *M. du S.*

2. Ὀμ.

θάπται, καὶ Ἐπειοῦ, ἀλλήλοις συνελθόντων· παγκρατίου δὲ οὐ τίθεται ἆθλα παρ' αὐτοῖς. τὸν μέντοι δρόμον, οὐκ ἔτι μέμνημαι τίς ἐνίκησε. ποιητῶν δὲ, τῇ μὲν ἀληθείᾳ, παραπολὺ ἐκράτει Ὅμηρος, ἐνίκησε δὲ ὅμως Ἡσίοδος. τὰ δ' ἆθλα ἦν ἅπασι στέφανος, [a] πλακεὶς ἐκ πτερῶν ταωνίων.

Ἄρτι δὲ τοῦ ἀγῶνος συντετελεσμένου ἠγγέλλοντο οἱ ἐν τῷ χωρίῳ τῶν ἀσεβῶν κολαζόμενοι, ἀποῤῥήξαντες τὰ δεσμὰ, καὶ τῆς φρουρᾶς ἐπικρατήσαντες, ἐλαύνειν ἐπὶ τὴν νῆσον. ἡγεῖσθαι δὲ αὐτῶν, Φάλαρίν τε τὸν Ἀκραγαντῖνον, καὶ [b] Βούσιριν τὸν Αἰγύπτιον, καὶ Διομήδην τὸν Θρᾷκα, καὶ τοὺς περὶ Σκείρωνα,

rinthi ſepultus eſt, & Epei, inter ſe congreſſorum. Pancratii praemia apud illos non proponuntur. Curſu quis vicerit, non amplius recordor. Inter poëtas quidem vera multum Homerus praeſtabat, vincebat tamen Heſiodus. Praemia omnibus plexa e pavoninis pennis corona.

§ 23. Jam conſummato autem certamine nunciantur ii, qui in loco impiorum puniuntur, ruptis vinculis, ſuperataque cuſtodia, pergere ad inſulam, ducibus Phalari Agrigentino, & Aegyptio Buſiride, & Diomede Thrace, Scirone item atque Pi-

a Πλακεὶς] Πλακὴς *J.* ſola male. b Βούσιριν] Βούσυριν Edd. male.

98. Παγκρατίου] Τάχα διὰ τὸ πληγαῖς βάλλεσθαι τοὺς πυγμάχους, ὁ ἐκεῖσε * ἀγρὸν παρ' ὅσον ἀπαθὴς ὁ ἐν ᾅδου βίος, ἅτε σωμάτων ἀπηλλαγμένων. *V.*

9. Φαλ.] Οὗτος χαλεπωτάτας ἐπενόει κολάσεις. (Hoc Scholium ſede ſua in V. motum, & in II. Vol. Ed. *Amſt.* ad *Jov. Trag.* inſertum, huic loco, ut & duo ſequentia, reſtituimus. *M. du S.*)

10. Βούσιριν] Οὗτος ὠμὸς ἦν ὡς καὶ ἀνθρώπους ἐσθίειν. *V.*

11. Διομήδην] Οὗτος ἵππους εἶχεν ἀνθρωποφάγους· καὶ οὓς ἐκράτει ἔβαλλεν αὐταῖς. (Ante hoc Scholium haec verba legebantur in V. Ἔχετος τῆς Ἠπείρου βασιλεὺς τιμωρητικώτατος. Sed *Echetus* ille neque hic neque uſquam apud Lucianum conſpicitur. *M. du S.*)

* Ἀργὸν] Ἀναιρετὸν habet Ed. *Cler.* Sed ex C. correxit *M. du S.* Qui poſtremam hujus Schol. vocem etiam emendavit, cum legeretur ἀπηλλαγμένος.

2. Ὁμ. — Ἡσ.] Ad traditionem alludit, quae coaetaneos faciebat. Vid. *Philoſtr.* Her. p. 726. & ſeq. & Hennet. p. 52. *M. du S.*

9. Φάλαριν] Hic Agrigentinorum tyrannus, cui Perillus taurum aeneum fabricavit, quo impoſiti noxii dum torrerentur, tauri mugitum reddebant. *Senec.* L. 2. de Clem. c. 4. & L. 2. de Ira. *G.C.*

10. Βούσιριν] Buſiris Rex Ægyptiorum Neptuni & Lybiæ filius, qui Thraſii conſilio hoſpites violabat incognitos, ut eorum ſanguine pluviam eliceret, cujus penuria Ægyptus novem annis laboraverat. *Seneca* loc. cit. *G.C.*

Βούσιριν] Mendoſe antea ſcribebatur Βούσυριν. Sic ut edidimus non Auctores tantum multi, ſed & numiſmata ſcribunt: de quo vide *Apollod.* II. p. 53. B. *M. du S.*

11. Διομήδην] Diomedes Rex Thraciæ dum equos ſuos humana carne aleret, in Tyrida opido truculentus ab Hercule equis ipſis ad devorandum objectus eſt. *Ovid.* IX. Met. *G.C.*

Ibid. Σκείρωνα] Latronem inſignem, qui proximos Megaris ſcopulos inſidens in viatores prætereuntes nullo non crudelitatis genere ſæviebat, hunc Theſeus occidit. *G.C.*

12. Πιτυοκ.] Schinim inſignem latronem, qui circa Iſthmi initium teſte Pauſania miro crudelitatis genere ſæviebat. De eo *Plutarch.* in Theſ. *G.C.*

Πιτυοκ.] Vide *Plut.* in *vita Theſei.* Et *Xenoph.* L. II. Ἀπομν. *A.V.*

Πιτυοκ.] De *Centauro* illo qui pinus incurvabat, ſupra, ni fallor, T. I. jam habuimus. *Suidae* Ed. *Hag.* Πιτυκάμπτης ſcribit, omiſſo medio, ο. *J.F.R.*

13. Ἥρωας ἐπὶ τοῦ ἠϊόνος] Bene contra *Th. Magiſter* monet Cl. *Jenſ.* in Lectt. Luc. p. 10. ſcribens: Ἥρω Ἀττικοὶ, ſcribit iterum *Thomas*, οὐχ Ἥρωα· καὶ Ἥρως, ἐπὶ αἰτιατικῆς τῶν πληθυντικῶν, οὐχ Ἥρωας. Ecce tamen non ſemel ἥρωας Lucianus. In *Zeux.* c. 3. ὁ Ζεῦξις οὐκ ἔγραφεν ἥρωας, ἢ θεούς. In *Vera Hiſt.* c. 23. Ἐκτάσσει τοὺς ἥρωας ἐπὶ τοῦ ἠϊόνος. Ipſa quoque haec vox Ἠϊὼν, ἠϊόνος, deterior quam ἠὼν, ἠόνος, cenſetur ab eodem; cum tamen non modo in noviſſime adducto hoc Luciani loco, ſed & in aliis, ac ferme omnibus, haec vocis hujus forma diſerte legatur. In *Herodoto* p. 617. (leg. *Hermot.* c. 84.) Ἐπὶ τῇ ἠϊόνι καθεζόμενος. In *Ver. Hiſt.* Ὄρνεα ἐπὶ τῶν ἠϊόνων ᾄδοντα. Ibid. Πλησίον τοῦ ἠϊόνος ἐκοιμήθημεν. Haec alio loco ab *Jenſio* dicta huc transſcribere operae pretium exiſtimavi. *J.F.R.*

19. Ἐπὶ Δηλίῳ] Hic cum fortiter pugnaſſet, tandem cum

Pityocampte. His auditis Rhadamanthus emittit ad litora Heroas, quos ducunt Theſeus & Achilles, &, qui jam reſipuerat, Ajax Telamonius. Hi commiſſo praelio pugnant: vincunt Heroës, egregia praeſertim Achillis opera. Multo etiam melius Socrates in dextro cornu collocatus hic rem gerit, quam cum vivus ad Delium pugnaret. Accedentibus enim hoſtibus non fugit, nec avertit faciem. Ea propter deinde virtutis ipſi praemium eximium decretum eſt, pulcher magnusque hortus ſuburbanus. Hic *poſtea* convocatis ſodalibus diſputabat, mortuorumque Academiae loco nomen faciebat.

καὶ Πιτυοκάμπτην. ὡς δὲ ταῦτ' ἤκουσεν ὁ Ῥαδάμανθυς, ἐκτάσσει τοὺς ἥρωας ἐπὶ τὴν ἠιόνα· ἡγεῖτο δὲ Θησεύς τε καὶ Ἀχιλλεύς, καὶ Αἴας ὁ Τελαμώνιος, ἤδη σωφρονῶν. καὶ συμμίξαντες ἐμάχοντο, καὶ ἐνίκησαν οἱ ἥρωες, Ἀχιλλέως τὰ πλεῖστα κατορθώσαντος. ἠρίστευσε δὲ καὶ Σωκράτης ἐπὶ τῷ δεξιῷ ταχθεὶς πολὺ μᾶλλον, ἢ ὅτε ζῶν ἐπὶ Δηλίῳ ἐμάχετο. προσιόντων γὰρ τῶν πολεμίων, οὐκ ἔφυγε, καὶ τὸ πρόσωπον ἄτρεπτος ἦν· ἐφ' οἷς καὶ ὕστερον ἐξῃρέθη αὐτῷ ἀριστεῖον, καλός τε καὶ μέγας παράδεισος ἐν τῷ προαστείῳ. ἔνθα συγκαλῶν τοὺς [c] ἑταίρους, διελέγετο, Νεκρακαδημίαν τὸν τόπον προσαγορεύσας.

Συλ-

c Ἑταίρους] Ex Cod. L. Ἑτέρους Edd. priores omnes.

18. Καὶ Σωκράτης] Τὰ περὶ Σωκράτους ἱστορούμενα διασύρει. *V.*

23. Παράδεισος] Τῶν ἄκρως βουλομένων ἑλληνίζειν εἰς τὸ νόθον τῆς Ἑλληνίδος φωνῆς ἀποπέμπουσι τὸ † παράδεισος ὄνομα. *V.*

† Παράδεισος] Ex *Xenophonte*, *Polluce* & *A. Gellio* notum eſt vocem hanc eſſe Perſicam & ſignificare *viridarium*. Occurrit etiam in *Eccleſiaſtae* libro ſcripto, ſi viris doctis credimus, poſt captivitatem. *J. Cl.*

cum reliquis fugere coactus eſt; qua pugna Xenophontem equo delapſum pedes ipſe ſervavit. *Diog. Laërt.* p. 38. E. Vid. *Strab.* IX. *Plat.* 11. C. Συμπόσ. 334. & *Plut.* Alcibiad. 354. & 1032. I. *Aelian.* etiam *Var. Hiſt.* III. 17. ubi male ἐπὶ Δῆλον. *Plat.* etiam in Apol. Socr. 363. F. & *Athen.* V. p. 215. & Not. *Caſaub.* ad Diog. Laërt. p. 17. *Thucyd.* IV. 96. f. & 100. I. *Plut.* 1032. A. Ibidem & Plato fortiter pugnaſſe traditur. Vid. *Diog. Laërt.* p. 72. A. *M. du S.*

Ἐπὶ Δηλίῳ] Adducit haec verba Cl. *Duker.* ad *Thucyd.* IV. 107. p. 301. nec non alia quaedam teſtimonia, quibus probet ἐπὶ dandi caſum in hujusmodi locutione poſtulare, adeoque ſuſpectam eſſe Thucydidis lectionem, quae ἐπὶ Νίσαιαν pro ἐπὶ Νισαίᾳ habet, merito arbitratur. Etſi ἐπὶ δεξιὰ & ἐπ' ἀριστερὰ recte dicitur, ut *Hom.* Il. VII. 238. & alibi; nam ibi aliud verbum adjungitur. Conf. nos ſupra ad c. 28. *Quom. conſcr. hiſt.* Et videbis, non immerito locum *Ael.* ἐπὶ Δήλιον, ſuſpectum quoque *Solano* videri. *J. F. R.*

24. Τοὺς ἑτέρους] Sic legit Interpres. At ego puto legendum ἑταίρους; nam & infra in Demonacte diſcipulos Socratis, de quo hic loquitur, ἑταίρους vocat: εἰπόντος δέ τινος τῶν ἑταίρων, & rurſus: τῶν ἑταίρων τις ὁρῶν ταῦτα. *J. P. a G.*

Ibid. Ἑτέρους] Admodum jocoſe narrat Lucianus, uti, quum eſſet apud inferos, impii ruptis vinculis invaſerint piorum regionem; Rhadamanthyn autem heroas eduxiſſe in aciem, praefectis Theſeo, Achille, & Ajace Telamonio; qui ſtrenue repreſſerint impios. Ante omnes tamen virtutem Socratis, in dextro cornu pugnantis, emicuiſſe; quare donatus fuerit pulchro & ſpatioſo horto, in quem convocarit τοὺς ἑτέρους, *reliquos*, heroas nempe; ut ego quidem expono. At *Palmerius* pag. 678. legit ἑταίρους. Verum quidem, ἕτερος ſaepe perperam apud ſcriptores reperiri pro ἑταῖρος, & contra: (nam & ἑταίρα pro ἑτέρα in ſuo libro legiſſe *Brodaeum* apud Noſtrum in *de Merced. Cond.* circa fin. liquet, quia ibi pro ἑταίρᾳ legendum monet ἑτέρᾳ, ut nunc recte in vulgatis editionibus legitur.) Hic tamen nulla videtur mutandi neceſſitas; quum, ut dixi, caeteri heroes ſint intelligendi; eos enim ibi apud Socratem fuiſſe, & ἐπινίκια celebraſſe, patet ex ſequentibus. *J. J.*

Ἑταίρους] In omnibus libris legebatur ἑτέρους; ſed proba eſt *Palmerii* & *Vorſtii* emendatio, quam L. Codicis auctoritas etiam confirmat. *M. du S.*

Ἑτέρους] Ἑταίρους legendum. *M. V. la Croze.*

Ἑταίρους] Quia quinque doctiſſimi Viri, *Palmer. Vorſt. Solanus*, *La Croze* & *Geſnerus*, id vel conjectura adſecuti ſunt, vel praetulere, quod Codex optimae notae L. confirmat, non haeſitavi id recipere contra turbam aliorum exemplarium *minus* apte ἑτέρους legentium. *J. F. R.*

Συλλαβόντες οὖν τοὺς νενικημένους, καὶ δήσαντες, αὖθις ἀπέπεμψαν ἔτι μᾶλλον κολασθησομένους. ἔγραψε δὲ καὶ ταύτην τὴν μάχην Ὅμηρος, καὶ ἀπιόντι μοι ἔδωκε τὰ βιβλία [a] κομίζειν τοῖς παρ' ἡμῖν ἀνθρώποις· ἀλλ' ὕστερον καὶ ταῦτα μετὰ τῶν ἄλλων ἀπωλέσαμεν. ἦν δὲ ἡ ἀρχὴ τοῦ ποιήματος αὕτη, Νῦν δέ μοι ἔννεπε μοῦσα μάχην νεκύων ἡρώων. τότε δ' οὖν κυάμους ἑψήσαντες, ὥσπερ παρ' αὐτοῖς νόμος, ἐπειδὰν πόλεμον κατορθώσωσιν, εἱστιῶντό τε ἐπινίκια, καὶ ἑορτὴν μεγίστην ἦγον· μόνος δὲ ταύτης οὐ μετεῖχε Πυθαγόρας, ἀλλ' ἄσιτος πόρρω ἐκαθέζετο, μυσαττόμενος τὴν κυαμοφαγίαν.

ᵃ Ὅπως] Ὅπερ male *S.* & *Ald.* Ὅπως recte *J. H. B. P.* &c.

1. Ἐμὸς ὁ φόνος] Eleganter ſane idem Tyrannicida, qui Tyrannum ad ſuam ipſius caedem adegerat, ait: ἐμὸς ὁ φόνος, ἡ χεὶρ ἐκείνου. *Si enim ego*, inquit, *filium obtruncavi, prae cujus deſiderio pater non poterat vivere, ipſe patrem occidi: mea eſt caedes, manus ejus fuit miniſtra.* Phyllis apud *Ovidium*:

Ille necis cauſam praebuit, ipſa manum.

Et apud eumdem in Faſtis ipſiusque Didus epiſtola:

Praebuit Aeneas & cauſam mortis & enſem.
Ipſa ſua Dido concidit uſa manu.

Perſequitur porro Tyrannicida, Μὴ τοίνυν ἀκριβολογοῦ ἔτι περὶ τοῦ τρόπου τῆς τελευτῆς, μηδ᾽ ἐξέταζε ὅπερ ἀπέθανεν. Hoc tamen Amſtelaedamenſes εὖ ποιοῦντες correxerunt, edideruntque ex antiquis editt. ὅπως ἀπέθανεν. Aldina tamen hac labe inquinata quoque eſt. Pergit Noſter, id nimirum inquirendum eſſe, εἰ μηκέτ᾽ ἔστιν, εἰ δι᾽ ἐμὲ τὸ μηκέτ᾽ εἶναι ἔχει. ἐπεὶ κἀκεῖνο προσεξετάσειν μοι δοκεῖς, καὶ συκοφαντήσειν τοὺς εὐεργέτας, εἴ τις μὴ ξίφει, ἀλλὰ λίθῳ, ἢ ξύλῳ, ἢ ἄλλῳ τῳ τρόπῳ ἀπέκτεινε. τί δὲ εἰ λιμῷ ἐξεπολιόρκησα τὸν τύραννον, &c. ἄλλῳ τῳ τρόπῳ, *alio quo modo*; nempe articulus hic pro τις ponitur; ergo ita, uti fecimus, ſcribendum. Interpres egregie ſane agit, verba εἰ δὲ λιμῷ ἐξεπολιόρκησα, vertens, *ſi fame obſediſſem.* ſed debuit bonus Noſter, *ſi fame expugnaſſem.* *J. J.*

3. Ὅπως] Miror diligentiam *Solani* hanc varietatem praeteriiſſe, quam Editiones conferens deprehendi inter ὅπως & ὅπερ. Et quum viderem principes Edd. prius habere, id recepi, non curans quid reliquae habeant. *J. F. R.*

4. Εἰ μηκέτ᾽ ἔστιν] Adleverat Cl. *Hemſterh.* videndum *L. Bos* in Exerc. Phil. ad N. T. p. 5. Is autem ibi occaſione verborum *Evang. Matth.* II. 18. Ῥαχὴλ κλαίουσα — ὅτι οὐκ εἰσὶ, plura teſtimonia adfert, ubi haec phraſis de mortuis adhibeatur, non omiſſo etiam hoc Luciani loco. *J. F. R.*

8. Ἄλλῳ τῳ τρόπῳ] Articulum τῳ pro τινὶ hic accipiendum, recte monuit Cl. *Jenſ.* nota ſuperiore. Exempla vero vid. T. I. *Prometh.* c. 7. ibique Cl. *Hemſterh.* p. 33. b. Adde Cl. *Geſner.* ad *Quom. Hiſt.* c. 51. *J. F. R.*

16. Ἐλπὶς τοῦ φόβου] Conf. hujus Diſſ. c. 3. & 18. Adde *Thucyd.* VII. c. 61. (quem adeundum Cl. *Hemſterh.* in marg. admonuerat) ubi τὴν ἐλπίδα τοῦ φόβου ſimiliter dictum, alio *Thucyd.* teſtimonio ab *Waſſio*; p. 486. 71. Hoc ipſo vero Luciani loco ab *Dukero* confirmatur. *J. F. R.*

19. Χραμμένου] Retulit librarius ad συκοφαντοῦντος. Sed eſſe debet accuſativus junctus infinito ἀποστερεῖν. Quam pronum fuerit ν mutare in υ, apparet. *J. M. G.*

24. Εἴ τις αὐτὸς ἀπέκτεινεν, ἢ εἴ τις μὴ αὐτὸς μὲν ἀπέκτεινε, μὴ δὲ τῇ χειρὶ ἔδρασε τὸ ἔργον, ἠνάγκασε δὲ, καὶ παρέσχεν ἀφορμὴν τοῦ φόνου, τὰ ἴσα καὶ τοῦτον ἀξιοῖ ὁ νόμος αὐτὸν ἀντικολάζεσθαι. μάλα δικαίως. οὐ γὰρ ἐβούλετο τοῦ πεπραγμένου ἴσον γίγνεσθαι τὸ τῆς ἀδείας] Vertitur, [*Si quis ipſe occidit, aut ſi non ipſe quidem occidit, neque manu facinus peregit, verum compulit, praebuitque mortis occaſionem. Ex aequo & hunc quoque ſupplicio affici oportere lex cenſet, idque jure optimo. Audaciam enim facto minus valere noluit.*] non niſi inficete haec ultima reddi vides, *Audaciam enim facto minus valere noluit.* Ubi hoc in Graecis? An ἴσον γίγνεσθαι ſignificat *minus valere*? Λῆροι, λῆροι. Explodenda quoque correctio *Marcilii*, pro οὐ γὰρ legentis καὶ γάρ. Nihil hic intellexerunt boni viri. Id vult Tyrannicida; duas eſſe caedis cauſas, legibus praefinitas; ſi quis vel ipſe occiderit, vel non ipſe quidem ſua manu, ſed coëgerit, mortisque occaſionem praebuerit. Ex aequo & hunc quoque puniri, cenſere legem: & quidem

unum ſolum exquire; illud repoſce; circa illud curioſus eſto: quis impiorum relictus ſit? aut quae metus ſuſpicio? aut quod calamitatum monumentum? Si vero pura omnia, & pacata; calumniatoris eſt, modo & ratione facinoris ad hoc uti velle, ut intercipias praemium laboribus propoſitum.

μένῃ· ἓν μόνον ἐξέταζε, τοῦτο ἀπαίτει, τοῦτο πολυπραγμόνει, τίς τῶν πονηρῶν λείπεται, ἢ τίς ἐλπὶς τοῦ φόβου, ἢ τί ὑπόμνημα τῶν συμφορῶν; εἰ δὲ καθαρὰ πάντα, καὶ εἰρηνικὰ, συκοφαντοῦντός ἐστι τῷ τρόπῳ τῶν πεπραγμένων χρώμενον, ἀποστερεῖν ἐθέλειν τὴν ἐπὶ τοῖς πεπονημένοις δωρεάν.

12. Quin ego hoc etiam diſerte dictum in legibus memini, niſi per longam ſervitutem eorum quae ibi dicuntur oblitus ſum, cauſſas mortis eſſe duplices, ſi quis ipſe interfecit; aut ſi ipſe quidem non interfecit, neque manu perpetravit opus; coëgit autem, & cauſſam caedis praebuit;

Ἐγὼ δὲ καὶ τοῦτο μέμνημαι διηγορευμένον ἐν τοῖς νόμοις, ἐκτὸς εἰ μὴ διὰ τὴν πολλὴν δουλείαν ἐπιλέλησμαι τῶν ἐν αὐτοῖς εἰρημένων, αἰτίας θανάτου εἶναι διττὰς, εἴ τις αὐτὸς ἀπέκτεινεν, ἢ εἴ τις μὴ αὐτὸς μὲν ἀπέκτεινε, μηδὲ τῇ χειρὶ ἔδρασε τὸ ἔργον, ἠνάγ-

dem id jure cenſere legem. *Neque enim* (pergit ille, quae ita vertenda ſunt) *voluit* lex, *ejus*, *qui tantumdem commiſerit*, *eſſe impunitatem.* hoc eſt, noluit lex, id impunite abire alicui, qui plane id, quod ſecundum leges etiam caedes cenſetur, perpetraverit. Τὸ τῆς ἀδείας, uſu loquendi Graecis tritiſſimo, eſt hoc in loco *impunitas.* Praecipue autem videtur *Marcilius* cum Interprete offendiſſe ad πεπραγμένου, quod pro ipſo facto uterque adſpexit; ubi πεπραγμένος (nam in maſculino hic πεπραγμένου dicitur) ut ipſe interfector, hoc quidem in loco. Saepiſſime Graeci perfecto paſſivo pro activo utuntur. *Lucianus* id facit paſſim; ſic in *Nigrino* §. 10. Σὺ γὰρ ὀλίγα, καὶ ὅσα οἷόν τε ἦν, τυγχάνεις τῇ μνήμῃ συγκεκομισμένος. *Tu enim pauca, & tantum quantum pote erat, memoria complexus tecum adfers.* pro συγκεκομικώς. lib. II. *Verae Hiſt.* c. 33. Οὗτος γὰρ δὴ ἄρχει παρ' αὐτοῖς, σατράπας δύο, καὶ ὑπάρχους πεποιημένος. *Is enim apud illos regnat, duobus ſatrapis & praefectis creatis.* in *Toxar.* c. 11. ἔστι μὲν ὦ Τόξαρι, οὐ φαῦλον τὸ ἔργον ἀνδρὶ οἵῳ σοὶ, ... τεθηγμένους παρεσκευασμένῳ τοὺς λόγους. *Eſt quidem, o Toxari, re haud parva viro, qualis tu es, paratam habenti orationem ſolerti acumine.* *Aelianus* VI. Ποικιλ. c. 11. Οἱ δὲ οὐκ ἤθελον, δῆλον ὅτι πεπειραμένοι αὐτοῦ. pro πεπειρακότες. *Diodorus Sic.* lib. IV. cap. 69. Ἐπίγονοι τὴν στρατείαν ἐπιφανῆ πεποιημένοι. Sic πεποιημένος εὐχὰς apud eumdem lib. V. cap. 58. *Polybius* lib. I. Ῥωμαῖοι Τυῤῥηνοὺς ὑφ' αὐτοὺς πεποιημένοι, &c., τοὺς Καρχηδονίους πολλὰ μέρη τῆς Λιβύης ὑπήκοα πεποιημένους. *Dionyſ. Halic.* lib. IV. ἀρχαιολογ. Ἐὰν εὑρεθῇ παρεσκευασμένος ὅπλα. Sic κεκτημένος paſſim pro domino, quum proprie is ſit κεκτηκώς. Nec in Participiis tantum, ſed etiam in Indicativis utuntur paſſivo, ſenſu activi. *Lucianus* in De ſaltatione c. 79. Ἡ μέν γε Βακχικὴ ὄρχησις κεχείρωται τοὺς ἀνθρώπους. perſpicue pro κεχείρωκε. In *Deor. dialogis* VII. fin. Ῥάβδον τινὰ πεποίηται θαυμασίαν τὴν δύναμιν, ᾗ ψυχαγωγεῖ, καὶ κατάγει τοὺς νεκρούς. *Virgam quamdam fecit* Mercurius, *mirifica pollentem vi, qua animas ſub triſtia tartara mittit.* Sic ἐπεποίητο pro ἐπεποιήκει Noſter in *Prometheus es in verbis.* Itidem in Infinitivo: iterum Noſter in *Hermotimo* c. 54. Φασί γέ τοι Φειδίαν, ὄνυχα μόνον λέοντος ἰδόντα, ἀπ' ἐκείνου ἀναλελογίσθαι ἡλίκος ἂν ὁ πᾶς λέων γένοιτο. E contrario ἁλοὺς in activa forma, ſignificatione paſſiva poni, nemo harum litterarum peritus ignorat. Ita & ἑαλωκὼς valet *captus* apud Noſtrum in *Philopſeude* c. 2. Huc referam quoque id quod in Gloſſario legitur, *Abſumptum*, καταναλώσαντα; nec ſentiam cum Vulcanio, emendanti καταναλωθέντα. Ego exiſtimem, quia καταναλώσαντα, quamvis in activa forma, repertum fuerit ſignificatione paſſiva, propterea potiſſimum fuiſſe notatum. Nam profecto iterum habes idem in Gloſſario Graeco-Latino, καταναλώσαντα, *abſumptum* Caeterum quod monere fere oblitus eram, locus, quo de agimus, ita, ac nos eum ſupra poſuimus, diſtinguendus eſt: vulgo male, καὶ παρέσχεν ἀφορμὴν τοῦ φόνου τὰ ἴσα, καὶ τοῦτον ἀξιοῖ ὁ νόμος αὐτὸν ἀντικολάζεσθαι. Sequitur continuo apud Noſtrum. Εἶτα τὸν μὲν οὕτως ἀποκτείνοντα, κολάζειν ὡς ἀνδροφόνον ἀξιοῖς, καὶ οὐδαμῶς ἀφεῖσθαι θέλεις. τὸν δὲ κατὰ τὸν αὐτὸν τούτῳ τρόπον εὖ πεποιηκότα τὴν πόλιν, οὐ τῶν ὁμοίων ἀξιώσεις τοῖς εὐεργέταις. Haec per interrogationem puto prolata eſſe, atque adeo ejus ſignum in calce utriusque periodi requiritur. Secundum leges, ait, non modo qui ipſe caedem perpetravit, punitur, ſed & qui utcumque caedis auctor fuit. *Ergone eum* (pergit) *qui ita cecidit aliquem, puniri tamquam homicidam cenſes, & neutiquam abſolvi vis? Eum vero qui pari ratione ac ille* (ſcilicet qui caedem commiſit, licet utcumque fuerit auctor) *bene de civitate meritus eſt, non iisdem dignum cenſebis, quibus dignos cenſes bene meritos?* Forſan ſcripſit quoque Noſter ἀποκτείναντα, non ἀποκτείνοντα. Sed illud κατὰ τὸν αὐτὸν τούτῳ τρόπον, utique ſanum & ſincerum eſt, ac ab *Marcilio* indigne ſollicitatum. Eſt enim, ut expoſuimus, *pari ratione, mereri praemium cenſendus eſt hic, qua ille* (*qui caedis auctor fuit*,) *vere commiſiſſe caedem, & puniendus eſſe, cenſendus eſt.* ſive, *eadem ratione illi rationi, quam modo poſuimus.* Sic enim αὐτός τινι dicitur, qui plane idem ſit, ac alius. *J. J.*

29. Μα-

ἠνάγκασε δὲ, καὶ παρέσχεν ἀφορμὴν τοῦ φόνου· τὰ ἴσα καὶ τοῦτον ἀξιοῖ ὁ νόμος αὐτὸν ἀντικολάζεσθαι [a] μάλα δικαίως. [b] οὐ γὰρ ἐβούλετο τοῦ πεπραγμένου [c] ἧσσον γίγνεσθαι τὸ τῆς ἀδείας. καὶ περιττὴ λοιπὸν ἡ ἐξέτασις τοῦ τρόπου τῆς σφαγῆς. εἶτα τὸν μὲν οὕτως ἀποκτείνοντα, κολάζειν ὡς ἀνδροφόνον δικαιοῖς; καὶ οὐδαμῶς ἀφεῖσθαι θέλεις; τὸν δὲ κατὰ τὸν αὐτὸν [d] τούτῳ τρόπον εὖ πεποιηκότα τὴν πόλιν, οὐ τῶν ὁμοίων ἀξιώσεις τοῖς εὐεργέταις;

Οὐδὲ γὰρ ἐκεῖνο ἂν ἔχοις λέγειν, ὡς ἐγὼ μὲν ἁπλῶς αὐτὸ ἔπραξα, ἠκολούθησε δέ τι τέλος ἄλλως χρηστὸν, ἐμοῦ μὴ θελήσαντος. τί γὰρ ἔτι ἐδεδίειν, τοῦ ἰσχυροτέρου πεφονευμένου; τί δὲ κατέλιπον τὸ ξίφος ἐν τῇ σφαγῇ, εἰ μὴ πάντως τὸ ἐσόμενον αὐτὸ προεμαντευόμην; ἐκτὸς εἰ μὴ τοῦτο φῄς, ὡς οὐ τύραννος ὁ τεθνεὼς ἦν, οὐδὲ ταύτην εἶχε τὴν προσηγορίαν, οὐδὲ δωρεὰς ἐπ' αὐτῷ πολλὰς, εἰ ἀποθάνοι, ἡδέως ἂν [e] ὑμεῖς ἐδώκα-

aequaliter hunc etiam ipſum lex cenſet viciſſim debere puniri: juſte ſane. Non enim voluit ipſo facto minorem eſſe *ſuppeditatam plenam faciendi* facultatem. Caeterum ſupervacuum eſt quaerere de modo caedis. Deinde eum, qui ita interfecit, punire ut homicidam juſtum arbitraris, & nullo modo vis dimitti; eum vero, qui eadem plane qua hic ratione beneficio urbem affecit, non iisdem, quibus *alios* bene meritos *praemiis* dignum cenſes?

13. Neque enim illud poſſis dicere, me ſimpliciter illud *ac temere* feciſſe, conſecutum autem aliunde finem bonum praeter meam voluntatem. Quid enim amplius metuebam, interfecto, qui erat fortior? Quid vero gladium in jugulo reliqui, niſi omnino quod futurum erat divinavi? Niſi forte hoc dicis, tyrannum non fuiſſe, qui periit, neque illam habuiſſe appellationem, neque vos de ipſo, ſi moreretur, praemia plu-

a Μάλα] Καὶ μάλα L. & *Marcil.* Deeſt καὶ in Edd. *b* Οὐ γὰρ] Καὶ γὰρ marg. *A1W.* ut conjecit *Marc.* *c* Ἧσσον] Ita reſtituimus ex L. & P. Ἴσον enim Edd. *d* Τούτῳ] Τοῦτον *Marc.* & *Vorſt.* male. Τούτῳ ſervant *J. Fl. B2. H. P.* &c. *e* Ὑμεῖς] Sic recte *J. B2.* & *S.* cum Cod. L. & margine *A1W.* Ἡμεῖς male *Fl. P.* & *H.*

29. Μάλα δικαίως] Καὶ μάλα δικαίως. *Th. M.*

Μάλα δικαίως] Non improbem illud καὶ μάλα, ſi plures Codd. addicerent; nam vulgata claudicabat, quia comma ante μάλα expreſſum erat, quod jam ſublatum minus hiantem facit orationem: ſi quis tamen καὶ inſertum cupit, ei licet id adſumere. *J. F. R.*

Ibid. Οὐ γὰρ ἐβούλετο] Καὶ γὰρ ἐβούλετο. Etenim voluit par eſſe facto id quod extra metum ſeu periculum facti, τὸ τῆς ἀδείας, nempe ἀφορμὴν ἴσως παρέχειν. *Th. M.*

Οὐ γὰρ ἐβούλετο] Οὐ γὰρ ἐβούλετο οὗτος. Sic legendum videtur. Et ſic videtur legiſſe interpres. *F. G.*

Οὐ γὰρ — ἧσσον] Sic P. & L. οὐ γὰρ ἐ. τ. π. ἧσσον γ. τ. τ. ἀ. Antea pro ἧσσον in omnibus legebatur ἴσον. Locum corruptum merito cenſebat *Vorſtius*, qui illud ἧσσον non viderat. *M. du S.*

Οὐ γὰρ ἐβούλετο τοῦ πεπραγμένου ἴσον γίγνεσθαι τὸ τῆς ἀδείας] Sic vertere viſum, ut ipſa argumentandi ratio magis pateret. Opponuntur, ut arbitror, τὸ πεπραγμένον, (ut mox κεφαλὴ τῶν πεπραγμένων & alia) id quod ſua quis manu fecit, & τὸ τῆς ἀδείας. Ἄδειαν autem puto, quam modo ἀφορμὴν τοῦ φόνου dixit. Obverſantur mihi alia etiam loca, ubi ἄδεια & ἀδεῶς ſimiliter ponuntur, ut non tam ad metus abſentiam & impunitatem, quam ad plenam, *cui nihil deeſt*, facultatem, opportunitatemque referantur: ſed memoriae confiſus, ut fit, ſcribere neglexi. *J. M. G.*

30. Ἧσσον] Quia probis Codd. nititur, & bellam argumentationem efficit, recepi, & pro *nonne . . . aequalem*; *non enim minorem*, in verſione repoſui, ut quam minime multa in Cl. *Geſneri* interpretatione mutarem; quae ad vulgatam οὐ γὰρ — ἴσον compoſita, ſic habebat: *nonne enim voluit ipſi facto aequalem eſſe ſuppeditatam plenam faciendi facultatem?* Quam verſionem ut non rejicio, ſic tamen illud ἧσσον eo planiorem ſenſum exhibere exiſtimo, quo ipſe ſic eſt ſimplicior, ſi ſine interrogatione procedat. Eſt enim ſenſus: *Lex non minus reſpicit conſilium, quam ipſum factum.* Ἄδεια enim temerariam atque audacem molitionem hic ſignificare videtur; quare, ſi liceret, omnia ſic redderem: *Non enim voluit* (lex) *facto ipſo levius cenſeri audax conſilium*, vel potius: *conatum* iſtius, qui eo minore cum poenae metu agit, quod tutius per alium, quam per ſe caedem perficit. Verum & recte *licentiam*, ſive *poteſtatem agendi*, quam alteri facio, vertas, cujus ſignificatus exempla

Steph.

plura libenter fuiſſe daturos. Tum tu caeſo tyranno, ei qui cauſſam illi caedis praebuit, praemium non reddes? Vah curioſitatem! Curas autem quomodo mortuus ſit, cum libertate fruaris? an ab eo qui populo reſtituit imperium, amplius quid poſtulas? Quamquam lex quidem, ut ais, caput factorum exquirit; quae vero in medio ſunt, relinquit omnia, nec amplius curioſa eſt. Quid enim? nonne etiam qui expulit tyrannum, jam praemium tyrannicidae accepit? Et juſte quidem. Libertatem enim & ipſe pro ſervitute praeſtitit. At meum factum non exilium, non novae metus invaſionis, ſed perfecta undique deſtructio, & plenus univerſi generis interitus, radicitusque malum omne exſtirpatum.

14. Et jam mihi, obſecro, ab initio inde usque ad finem, exquirite, ſi videtur, omnia, ſi quid eorum, quae ad legem *implendam* pertinent, praetermiſſum

τε. ἀλλ' οὐκ ἂν εἴποις. εἶτα τοῦ τυράννου πεφονευμένου, τῷ τὴν αἰτίαν παρασχόντι τῆς σφαγῆς, οὐκ ἀποδώσεις τὴν δωρεάν; ὢ τῆς πολυπραγμοσύνης. μέλει δέ σοι πῶς ἀπέθανεν, ἀπολαύοντι τῆς ἐλευθερίας, ἢ τὸν τὴν δημοκρατίαν ἀποδεδωκότα, περιττότερόν τι προσαιτεῖς; καίτοι ὅ γε νόμος, ὡς φὴς, τὸ κεφάλαιον ἐξετάζει τῶν πεπραγμένων· τὰ διὰ μέσου δὲ πάντα ἐᾷ, καὶ οὐκ ἔτι πολυπραγμονεῖ. τί γάρ; καὶ οὐχὶ ἐξελάσας τὶς τύραννον, ἤδη τιμὴν ἔλαβε τυραννοκτόνου; καὶ μάλα δικαίως· ἐλευθερίαν γὰρ κἀκεῖνος ἀντὶ δουλείας παρέσχηται. τὸ δ' ὑπ' ἐμοῦ γεγενημένον, οὐ φυγὴ, οὐδὲ δευτέρας ἐπαναστάσεως ἐλπὶς, ἀλλὰ παντελὴς καθαίρεσις, καὶ πανωλεθρία παντὸς τοῦ γένους, καὶ ῥιζόθεν τὸ δεινὸν ἅπαν ἐκκεκομμένον.

Καί μοι πρὸς θεῶν ἤδη ἀπ' ἀρχῆς ἐς τέλος, εἰ δοκεῖ, πάντα ἐξετάσατε, εἴ τι τῶν πρὸς τὸν νάμον παραλέλειπται, καὶ εἰ ἐνδεῖ

τῶν

Steph. in Theſ. licet haud nimis adcurate, notavit; ideoque hac in parte nihil quidem Cl. *Geſnero* adverſor, modo ea agendi facultas per ἄδειαν intelligatur, quae ſimul ſecuritatem quandam aut impunitatem promittit. Nam & recte hoc *Joſephi* de Bell. Jud. IV. c. 7. §. 2. Διὰ γοῦν τὴν ἐν μητροπόλει στάσιν καὶ ταραχὴν, ἄδειαν εἶχον (ſic enim pro ἔχον lego) οἱ κατὰ τὴν χώραν πονηροὶ, τῶν ἁρπαγῶν, convertas: *Itaque propter ſeditionem ac turbam in metropoli plenam facultatem habebant nequiſſimi accolae ad rapinas.* Verum ea facultas licentiam & impunitatis ſpem involvit. Conf. tamen praemiſſam Cl. *Jenſii* notam, quam quia alia erudite tradit, integram ſervavi; circa haec verba autem haud ſcio an ſententiam fuerit mutaturus, ſi *Solani* mutatam lectionem vidiſſet. Adſentirer facile de πεπραγμένου hic active accipiendo, cujus exempla quoque dedi ad I. *Ver. Hiſt.* c. 35. Sed quomodo ſic τὸ τῆς ἀδείας ſignificet: *ejus eſſe impunitatem*, non video, quia tum videtur dicturus fuiſſe Lucianus: ἐβούλετο γίγνεσθαι τὴν ἄδειαν. At jam τὸ τῆς eſt *licentia ipſa.* *J. F. R.*

32. Ἀποκτείνοντα] Non rejicio vulgatam; ſed commode ἀποκτείναντα legas. *J. F. R.*

34. Τὸν δὲ κατὰ τὸν αὐτὸν τούτῳ τρόπον] *Marcilius* pro τούτῳ legendum cenſet τοῦτον. Sed quam habuerit emendandi rationem, non video: αὐτὸς enim paſſim cum caſu tertio conſtruitur. *Xen.* K. Π. 2. ὑμεῖς δὲ εἰς μὲν τὸ αὐτὸ ἡμῖν σπεύδετε. Et in *Sympoſ.* p. 893. εἰς ταὐτὸν τῷ οἴνῳ. Imitati ſunt Latini: *Horat. Invitum qui ſervat, idem facit occidenti.* *H. V.*

35. Αὐτὸν τούτῳ τρόπον] Clar. *Vitringam* & *Jenſium* recte contra *Marcilium* ſentire, ſi quid probatione indiget, vide nos ad I. *Ver. Hiſt.* c. 3. *J. F. R.*

42. Ἐν τῇ σφαγῇ] Probe monuerat Cl. *Hemſterh.* videndum Cl. *Duker.* ad Thucyd. IV. p. 266. n. 73. Is igitur σφαγὴν & hic *jugulum* ſignificare, aeque ac ap. *Thucyd.* l. c. pluribus teſtimoniis probat, inter quae eminet illud *Plutarchi* Galb. τὴν σφαγὴν προτείνας, δρᾶτε, εἶπε. Quod *Suet.* Galb. XX. dicit: *obtuliſſe ultro jugulum.* Tum neque Luciani verba ſola adduxerat; ſed & ea quae mox cap. penult. ſequuntur: ἀποσπάσας δὲ τῆς σφαγῆς, καὶ τοῦ τραύματος ἐξελὼν τὸ ξίφος. (quod *Eraſm.* ibi recte verterat: *avulſo igitur enſe e jugulo*) nec non *Phalar.* I. c. 5. μᾶλλον δὲ γυμνὴν ἤδη ὑπέχειν τὴν σφαγὴν, ubi Cl. *Gronov.* recte reprehendit Interpretem, qui haec, *nudam caedem ſuſtinere*, convertit. Sed vid. quae ibi noto. Adde *Foëſ.* in Oecon. Hippocr. ubi σφαγὰς ex *Hippocr.* Libro περὶ ἀδένων, *venas jugulares* eſſe recte docet, & σφαγὴν *jugulum* ſignificare, ex *Polluce* tradit; ideoque id verſioni inſerui. *J. F. R.*

47. Ὑμεῖς] Quamquam *Pariſina* habebat ἡμεῖς, in verſione tamen recte expreſſerat, *vos.* *J. F. R.*

51. Μέλει δέ σοι πῶς ἀπέθανεν;] Non ita populus Romanus, de quo *Cic.* Fam. 9, 10. *Te hoc ſcire volo, vehementer populum ſolicitum fuiſſe de P. Sullae morte, antequam certum ſcierit. Nunc quaerere deſierunt, quomodo perierit. Satis putant ſe ſcire, quod ſciunt.* *J. M. G.*

77. Ταῦ-

τοῦ προσεῖναι ὀφειλόντων τυραννοκτόνῳ. πρῶτα μὲν δὴ γνώμην προϋπάρχειν χρὴ γενναίαν, καὶ φιλόπολιν, καὶ πρὸ τῶν κοινῶν κινδυνεύειν ἐθέλουσαν, καὶ τῷ οἰκείῳ θανάτῳ τὴν τῶν πολλῶν σωτηρίαν ὠνησομένην· ἆρ' οὖν πρὸς τοῦτο ἐνεδέησα, ἐμαλακίσθην, ἢ προειδόμενός τινα τῶν διὰ μέσου κινδύνων ἀπώκνησα; οὐκ ἂν εἴποις. μένε τοίνυν ἐπὶ τούτου ἔτι μόνου, καὶ νόμιζε τοῦ θελῆσαι μόνον, καὶ τοῦ βουλεύσασθαι ταῦτα, εἰ καὶ μὴ χρηστὸν ἀποβεβήκει· [a] ἔκ γε τῆς γνώμης αὐτῆς καταστάντα με, γέρας ἀξιοῦν, ὡς εὐεργέτην λαμβάνειν. ἐμοῦ μὲν οὐ δυνηθέντος, ἄλλου δὲ μετ' ἐμὲ τετυραννοκτονηκότος, ἄλογον εἰπέ μοι, ἢ ἄγνωμον ἦν παρασχεῖν; καὶ μάλιστα εἰ ἔλεγον, ἄνδρες, ἐβουλόμην, ἠθέλησα, ἐπεχείρησα, ἐπειράθην τῆς γνώμης, μόνος ἄξιός εἰμι τιμᾶσθαι, τί ἂν ἀπεκρίνω τότε;

Νῦν δὲ, οὐ τοῦτό φημι, ἀλλὰ καὶ ἀνῆλθον, καὶ ἐκινδύνευσα, καὶ μυρία πρὸ τῆς τοῦ νεανίσκου σφαγῆς ἐποίησα. μὴ γὰρ οὕτω ῥᾷστον, μηδ' εὐχερὲς ὑπολάβητε εἶναι τὸ πρᾶγμα, φρουρὰν ὑπερβῆναι, καὶ δορυφόρων κρατῆσαι, καὶ τρέψασθαι τοσούτους μόνον· ἀλλὰ σχεδὸν τὸ μέγιστον ἐν τῇ τυραννοκτονίᾳ, καὶ τὸ κεφάλαιον τῶν ἔργων, τοῦτό ἐστιν. οὐ γὰρ δὴ αὐτός γε ὁ τύραννος μέγα καὶ δυσάλωτον καὶ δυσκατέργαστόν ἐστιν, ἀλλὰ τὰ φρουροῦντα καὶ συνέχοντα τὴν τυραννίδα· ἅ τις ἂν νικήσῃ, πάντα οὗτος κατώρθωσε, καὶ τὸ λοιπὸν, ὀλίγον. τὸ δὲ δὴ ἄχρι τῶν τυράννων προσελθεῖν, οὐκ ἂν ὑπῆρξέ μοι, μὴ οὐχὶ τῶν περὶ αὐτοὺς φυλάκων, καὶ δορυφόρων ἀπάν-

ſit : & ſi quid deſit eorum , quae ineſſe in tyrannicida debent. Primo ſane animum ante adeſſe oportet generoſum, & amantem civitatis, & pro publica re periclitari volentem, & ſua morte ſalutem multitudinis emturum. Num quid igitur ad hoc defeci, emollitus ſum, aut praeviſo aliquo eorum quae intervenire ſolent, periculorum, conatum abjeci? Non dixeris. Mane vero in hoc jam ſolo, & puta me voluntatis ſolius & conſilii hujus, etſi utile *patriae* non evenerit, & de *ſolo* ipſo animo conſiſtentem, poſtulare praemium, ut bene meritum, accipere. Si igitur non potuiſſem, alius autem poſt me interfeciſſet tyrannum, abſurdum, dic mihi, aut irrationabile fuerit praeſtari *mihi praemium?* inprimis ſi dicam, Viri, cogitavi, volui, conatus ſum, experimentum animi dedi: ſolus honore dignus ſum: quid tum mihi reſpondeas?

15. Jam vero non hoc dico, ſed etiam eſcendi, periclitatus ſum, & ſexcenta ante caedem juvenis feci. Nolite enim putare facillimum adeo, & proclive eſſe negotium, praeſidia ſuperare, ſatellites vincere, tot homines in fugam conjicere unum: ſed maximum fere in tyrannicidio, & caput operum hoc eſt. Neque enim ſane tyrannus ipſe magnum quiddam eſt, captuque & confectu adeo difficile; ſed ea quae cuſtodiunt, continentque tyrannidem, quae ſi quis vicit, omnia ille praeclare confecit; parvum quiddam eſt, quod ſupereſt. Accedere autem ad tyrannos mihi non contigit, niſi ſuperatis devictisque prius, quos cir-

a Ἔκ γε] Ex L. Ἔκ τε Edd.

77. Ταῦτα, εἰ καὶ] Hic deeſt verbum τολμῶ, aut ſimile quid. F.G.
78. Ἔν γε] Sic P. in reliquis eſt ἐκ τε. M. du S.
Ibid. Τῆς γνώμης μόνης] Antea in omnibus aliter interpungebantur haec verba, & μόνος pro μόνης legebatur, ad hunc modum: ἐπειράθην τῆς γνώμης, μόνος &c. nullo aut certe miſero ſenſu, qui nunc longe, ut puto, melior apparet. M. du S.
Ibid. Καταστάντα] An παραστάντα? F.G.
Καταστάντα] Accipio καταστάντα judiciali ſignificatione, ubi ſignificat *ſtare in judicio*, quo ſenſu *conſiſtere* Tertulliano & aliis JCtis uſitatum. *Thucyd.* I, 131. καθίστησιν ἑαυτὸν ἐς κρίσιν κ. τ. λ. J. M. G.
84. Ἐπειράθην τῆς γνώμης] *Solanus* in *J.* aliter diſtinxerat

circa ſe habebant; cuſtodibus, ſatellitibusque univerſis. Nihil jam adjicio; ſed in hoc rurſus maneo. Praeſidium ſuperavi, vici ſatellites: tyrannum cuſtodibus exui, inermem, nudum reddidi. Num propter haec honore dignus tibi videor: an inſuper caedem a me poſcis?

16. Verum ſi caedem quoque poſcis, neque haec deeſt: neque incruentus ſum, ſed caedem feci magnam & fortem, juvenis in ipſo vigore conſtituti, & omnibus formidabilis, propter quem iſte quoque ſuperior erat inſidiis, in quo ſolo habebat fiduciam, qui pro multis ſufficiebat ſatellitibus. Numquid igitur, mi homo, non dignus praemio, ſed inhonoratus poſt tot ac tanta ero? Quid enim ſi ſatellitem unum, quid ſi miniſtrum tyranni unum, interfeciſſem? Quid vero ſi ſervum *illi* carum? nonne magnum videatur hoc quoque, aſcendere aliquem, & in media arce, inter media arma, caedem facere alicujus amicorum tyranni? Jam vero interfectum vide ipſum. Filius erat tyranni: potius vero tyrannus aſperior, & implacabilis dominus, & ſuppliciorum exactor crudelior, & in facienda injuria violentior: quod vero maximum, heres univerſorum & ſucceſſor, quique multum extendere calamitates noſtras poſſet.

17. Vis hoc ſolum a me perfectum? vivere autem & effugiſſe tyrannum? Praemium equidem & ob haec peto. Quid dicitis? non dabitis? nonne illum quoque ſuſpectum habebatis? non dominus? non gravis? non intolerabilis erat? Jam vero

των κεκρατηκότι, κἀκείνους ἅπαντας προνενικηκότι. οὐδὲν ἔτι προστίθημι, ἀλλ' ἐπὶ τούτων αὖθις μένω· φυλακῆς ἐκράτησα, δορυφόρους ἐνίκησα, τὸν τύραννον, ἀφύλακτον, ἄνοπλον, γυμνὸν ἀπέδωκα· τιμῆς ἄξιος ἐπὶ τούτοις εἶναί σοι δοκῶ, ἢ ἔτι ἀπαιτεῖς παρ' ἐμοῦ τὸν φόνον;

Ἀλλ' εἰ καὶ φόνον ζητεῖς, οὐδὲ τοῦτο ἐνδεῖ, οὐδ' [b] ἀναίμακτός εἰμι, ἀλλ' εἴργασμαι μεγάλην καὶ γενναίαν σφαγήν, νεανίσκου ἀκμάζοντος, καὶ πᾶσι φοβεροῦ, δι' ὃν ἀνεπιβούλευτος κἀκεῖνος ἦν, ᾧ μόνῳ ἐθάρρει, ὃς ἀντὶ πολλῶν ἤρκει δορυφόρων. ἆρ' οὖν οὐκ ἄξιος, ὦ οὗτος, δωρεᾶς, ἀλλ' ἄτιμος ἐπὶ τηλικούτοις γένωμαι; τί γὰρ εἰ δορυφόρον ἕνα, τί δὲ εἰ ὑπηρέτην τινὰ τοῦ τυράννου ἀπέκτεινα; τί δ' εἰ οἰκέτην τίμιον; οὐ μέγα ἂν ἔδοξε καὶ τοῦτο, ἀνελθόντα ἐν μέσῃ τῇ ἀκροπόλει, ἐν μέσοις τοῖς ὅπλοις, φόνον τινὸς ἐργάσασθαι τῶν τοῦ τυράννου φίλων; νῦν δὲ καὶ τὸν πεφονευμένον αὐτὸν ἰδέ. υἱὸς ἦν τυράννου, μᾶλλον δὲ τύραννος χαλεπώτερος, καὶ δεσπότης ἀπαραίτητος, καὶ κολαστὴς ὠμότερος, καὶ ὑβριστὴς βιαιότερος· τὸ δὲ μέγιστον, κληρονόμος τῶν ὅλων, καὶ διάδοχος, καὶ ἐπὶ πολὺ παρατεῖναι τὰς ἡμετέρας συμφορὰς δυνάμενος.

Βούλει τοῦτο μόνον πεπρᾶχθαι μοι; ζῆν δ' ἔτι τὸν τύραννον διαπεφευγότα; γέρας δὴ ἐπὶ τούτοις αἰτῶ· τί φατέ; οὐ δώσετε; οὐχὶ κἀκεῖνον ὑφεωρᾶσθε; οὐ δεσπότης; οὐ βαρύς; οὐκ ἀφόρητος ἦν; νῦν δὲ καὶ τὸ κεφά-

b Ἀναίμακτος] Sic *J. Ald. Fl. Fr. B2. S.* Ἀναίματος *P. H1.* & 2. in qua ἀναίματος correxerat *Geſn.* Hanc variat. *Solan.* omiſit.

xerat & correxerat haec; ſcilicet ſic: ἐπεχείρησα, ἐπειράθην τῆς γ. μόνης μόνος ἄξιός εἰμι. i. e. ut conjicio, τῆς γνώμης μόνης &c. ut ſenſus eſſet: *ſuſcepi negotium, periculum feci; propter ſolam adeo voluntatem ſolus praemio dignus ſum.* ἕνεκα enim tum ante γνώμης relinquitur intelligendum. Non male. *J. F. R.*

88. Οὕτω ῥᾷστον] Malles fortaſſe, Lector, οὕτω ῥᾴδιον, quia ſic uſitatius poſt adverbia intendendi; ſed quia mox opponit τὸ μέγιστον, καὶ δυσκατέργαστον, ſtudio videtur ῥᾷστον ſuperlativo gradu poſuiſſe, ut non facillimum, ſed maximum & difficillimum facinus id fuiſſe praedicet. Neque contra linguae genium eſſe, ut rarior ſit locutio, patet ex faceto *Lucillii* verſu in *Antholog.* L. 2. c. 32. Οὕτω κουφότατος πέλε Γάϊος, ὥστ' ἐκολύμβα &c. *J. F. R.*

97. Κατόρθωσε] Vide quae de hoc verbo dicta, ſupra hoc T. ad I. *Ver. Hiſt.* c. 12. pr. adde mox c. 19. κατορθωμάτων pro egregiis factis. *J. F. R.*

32. Δεσπότης] Pro tyrannico imperio etiam Galli hac voce adjective utuntur, aeque ac Germani & Belgae. *J. F. R.*

φάλαιον αὐτὸ ἐννοήσατε· ὃ γὰρ οὗτος ἀπαιτεῖ παρ' ἐμοῦ, τοῦτο ὡς ἐνῆν, ἄριστα διεπραξάμην, καὶ τὸν τύραννον ἀπέκτεινα ἑτέρῳ φόνῳ, οὐχ ἁπλῶς, οὐδὲ πληγῇ μιᾷ, ὅπερ εὐκταιότατον ἦν αὐτῷ, ἐπὶ τηλικούτοις ἀδικήμασιν, ἀλλὰ λύπῃ [a] προβασανίσας πολλῇ, καὶ ἐν ὀφθαλμοῖς δείξας τὰ φίλτατα οἰκτρῶς προκείμενα, υἱὸν ἐν ἡλικίᾳ, εἰ καὶ πονηρὸν, ἀλλ' οὖν καὶ ἀκμάζοντα, καὶ ὅμοιον τῷ πατρὶ, αἵματος καὶ λύθρου ἐμπεπλησμένον. ταῦτ' ἔστι πατέρων τὰ τραύματα, ταῦτα ξίφη δικαίων τυραννοκτόνων, οὗτος θάνατος ἄξιος ὠμῶν τυράννων, αὕτη τιμωρία πρέπουσα τοσούτοις ἀδικήμασι· [b] τὸ δ' εὐθὺς ἀποθανεῖν, τὸ δ' εὐθὺς ἀγνοῆσαι, τὸ δὲ μηδὲν τοιοῦτο θέαμα ἰδεῖν, οὐδὲν ἔχει τυραννικῆς κολάσεως ἄξιον.

Οὐ γὰρ ἠγνόουν, ὦ οὗτος, οὐκ ἠγνόουν, οὐδὲ τῶν ἄλλων οὐδεὶς, ὅσην ἐκεῖνος εὔνοιαν πρὸς τὸν υἱὸν εἶχε, καὶ ὡς οὐκ ἂν ἠξίωσεν ἐπιβιῶναι οὐδ' ὀλίγον αὐτῷ χρόνον. πάντες μὲν γὰρ πατέρες ἴσως πρὸς τοὺς παῖδας τοιοῦτοι· ὁ δὲ, καὶ περιττότερόν τι τῶν ἄλλων

caput, ipſum rei cogitate. Quod enim iſte a me poſcit, hoc ipſum, quam poteram pulcherrime perfeci, & alia tyrannum caede interemi, non ſimpliciter, nec una plaga, quod optabile illi quam maxime fuerat, in tot tantiſque maleficiis: ſed poſtquam illum dolore multo ante excruciavi, & ante oculos ei oſtendi, quod cariſſimum habebat, miſere projectum, filium adultum, etſi malum, at in ipſo conſtitutum vigore, & patri ſimilem, ſanguine & tabo oppletum. Haec ſunt patrum vulnera, hi gladii juſtorum tyrannicidarum, haec mors digna crudeliſſimis tyrannis, hoc conveniens tot injuriis ſupplicium. Statim mori, ſtatim *ſenſu & cognitione* privari, nullum tale ſpectaculum videre, nihil habet tyranni vindicta dignum.

18. Neque enim ignorabam, mi homo, non ignorabam, neque aliorum quiſquam, quantam ille adverſus filium benevolentiam haberet, & quam nollet vel pauxillo ei tempore ſuperſtes eſſe. Nam omnes quidem patres ita forte affecti erga filios. At hic etiam amplius quiddam praeter caeteros ha-

a Προβασανίσας] Προβασανίας male *J.* *b* Τὸ δ' εὐθ. ἀπ.] Haec deſunt in *Fl.* Adſunt in *J. Ald. P. H.* &c. Sed pro ἀγνοῆσαι iterum ἀποθανεῖν marg. *A1W.*

41. Υἱὸν ἐν ἡλικίᾳ] Ἡλικία, κατ' ἐξοχὴν de adoleſcentia dicitur, & illi qui in ἀκμῇ, in flore ætatis ſunt, dicuntur εἶναι ἐν ἡλικίᾳ, *Ulpian.* ad Olynth. I. *Demoſth.* ἡλικία ἐξαίρετος ἐπὶ τῶν νεωτέρων. In Philipp. III. *Demoſth.* ὁ ἐν ἡλικίᾳ opponitur πρεσβυτέροις. *Thucyd.* L. VI. c. 24. τοῖς δ' ἐν τῇ ἡλικίᾳ. Et L. VII. c. 60. *Xen.* Hiſt. Gr. L. I. p. 446. Pari modo Latinis *ætas* uſurpatur. Liv. XLII. 34. *Cum primum in ætatem veni.* *L. Bos.*

Ibid. Ἐν ἡλικίᾳ] In Epicuri teſtamento apud *Diog. Laërt.* p. 272. A. εἰς ἡλικίαν ἐλθεῖν dicitur virgo cum nubilis eſt. *M. du S.*

48. Εὐθὺς ἀγνοῆσαι] Non ſatis liquet, volueritne marg. *A1W.* notare Codicis alicujus lectionem, qui bis ἀποθανεῖν habeat, omiſſo ἀγνοῆσαι, (quod tamen ita videtur, quia ſic & alibi ſolet ſimilia notare) an vero ἀγνοῆσαι ἀποθανεῖν, quo *Solani* conjectura, qui hanc collationem non vidit, belle adjuvaretur. *J. F. R.*

Ibid. Τὸ δ' εὐθὺς] Turbant hic codices. In *Flor.* deſunt τὸ εὐθὺς ἀποθανεῖν. Ego τὸ δ' εὐθὺς ἀγνοήσαντα ἀποθανεῖν legendum cenſeo. Sed interim, dum accedat codicum auctoritas, vulgatam retineo. *M. du S.*

51. Ὦ οὗτος] Frequens compellandi formula, non tamen nimis honorifica, ſed plerumque aliquid reprehenſionis habens, ut *Aeſop.* in fabulis perſaepe ſolet, veluti Fab. 16. Cum Oraculum maligno exploratori reſpondet: ὁπότερον, ὦ οὗτος βούλῃ, ποίησον, & alibi non ſemel; vel pro heus tu, ut ap. *Ariſtoph.* Ran. 172. & Pluto 439. Verum & in mitiorem partem *Aeſop.* Fab. 25. ubi medicus ait conſulenti, ὦ οὗτος, εἰ σώζεσθαι βούλει, λαβὼν ἄρτον — ἐπίδος. Quare non iraſcor priſtino interpreti, haec verba vertenti: *vir egregie*, nec tamen ſatis probo. V. idem c. 16. *J. F. R.*

66. Τὰς ἐπὶ τῶν] Pro ἐπὶ, lego ἔτι. Vide an ſic ſanetur locus. Nam quod ἐλπίδας χρόνων μελλόντων pro *metu futuri* ſumitur, ne te moretur. Habuiſti enim jam in praecedentibus, c. 3. τὸ τῶν μελλόντων κακῶν ἐλπίδος. & c. 11. ἐλπὶς τοῦ φόβου. Sic etiam *Chryſoſth.* 253, 1. ad Pop. Antioch. Omnium maxima difficultas ex ſequentibus oritur, ἐπ' ἀ. ἐ. τ. σ. quo enim referantur non habent. *M. du S.*

67. Ἐλπίδας] Conf. quae ſupra dicta ad c. 3. De plurali autem ſupra quoque jam dixi. Conf. c. 38. f. *Quom. Hiſt.* & c. 61. f. & *Long. Paſt.* III. p. 99. παρ' ἐλ-

habuit merito, videns ſolum illum ſtudioſum & cuſtodem tyrannidis, ſolum pericula pro patre ſubeuntem, ſolum ſecuritatem praeſtare imperio. Itaque ſciebam, etſi minus propter benevolentiam, at certe propter deſperationem mox illum periturum eſſe, cum ita rationes ſubducturus eſſet, nihil ſibi prodeſſe vitam, ſublata quam a filio habuiſſet ſecuritate. Omnia igitur illi confertim objeci, naturam, dolorem, deſperationem, terrorem, futuri metum temporis. *His* contra illum auxiliis uſus ſum, & ad ultimam illam deliberationem eum adegi. Interiit vobis orbus, plorans, lacrumans, luctum lugens brevem illum quidem, ſed patri *conficiendo* qui ſufficeret: & quod graviſſimum eſt, *interiit* ſua ipſius manu, quae miſerrima omnium mors eſt, multumque, quam ſi ab alio inferretur, difficilior.

19. Ubi eſt gladius meus? Num eum agnoſcit alius? Numquid alterius cujuſquam telum illud fuit? quis illum in ar-

εἶχεν, εἰκότως, ὁρῶν μόνον ἐκεῖνον κηδεμόνα, καὶ φύλακα τῆς τυραννίδος, καὶ μόνον προκινδυνεύοντα τοῦ πατρὸς, καὶ τὴν ἀσφάλειαν τῇ ἀρχῇ [c] παρεχόμενον. ὥστε εἰ καὶ μὴ διὰ τὴν εὔνοιαν, ἀλλὰ διὰ τὴν [d] ἀπόγνωσιν, εὐθὺς ἠπιστάμην τεθνηξόμενον αὐτὸν, καὶ λογιούμενον ὡς οὐδὲν ἔτι τοῦ ζῆν ὄφελος τῆς ἐκ τοῦ παιδὸς ἀσφαλείας καθῃρημένης. ἅπαντα τοίνυν αὐτῷ ἀθρόα περιέστησα, τὴν φύσιν, τὴν λύπην, τὴν ἀπόγνωσιν, τὸν φόβον, τὰς ἐπὶ τῶν μελλόντων [e] ἐλπίδας χρόνων [f] ἐπ' αὐτὸν ἐχρησάμην τοῖς συμμάχοις, καὶ [g] πρὸς τὴν τελευταίαν ἐκείνην σκέψιν κατηνάγκασα· ἀπέθανεν ὑμῖν ἄτεκνος, λελυπημένος, ὀδυρόμενος, δακρύων, πεπενθηκὼς πένθος ὀλιγοχρόνιον μὲν, ἀλλ' ἱκανὸν πατρί· καὶ τὸ δεινότατον, αὐτὸς ὑφ' αὑτοῦ, [h] ὅσπερ θανάτων οἴκτιστος, καὶ πολλῷ χαλεπώτερος, ἢ εἰ ὑπ' ἄλλου γίγνοιτο.

Ποῦ μοι τὸ ξίφος, μή τις ἄλλος τοῦτο γνωρίζει; μή τινος ἄλλου ὅπλον τοῦτο ἦν; τίς αὐτὸ ἐς τὴν ἀκρόπολιν ἀνεκόμισε;

πρὸ

c Παρεχόμενον] Nil mutant Edd. priſcae. An παρεχόμ.? *M. du S.* d Ἀπόγνωσιν] Sic recte Edd. & P. Ἐπίγνωσιν ſola *Fl.* male. e Ἐλπίδας χρόνων] Deſunt haec verba in *Fl.* ſed lacuna relicta. Adſunt in cett. & Cod. P. f Ἐπ' αὐτὸν] Τούτοις ἐπ' αὐτὸν *Pell.* g Πρὸς] Sic *Pell.* Περὶ *J.* & P. & marg. *A1.* Παρὰ *Fl. Ald. P. H. S. Fr.* h Ὅσπερ] Ita bene Edd. plurimae. Sed ὥσπερ male *J.*

ἐλπίδας, & Cl. *Duker.* ad *Thucyd.* VIII. c. 81. 43. *J. F. R.*

Ibid. Χρόνων, ἐπ' αὐτὸν] Ait Tyrannicida, ſe ſublato tyranni filio, omnia ſimul mala patri ingeſſiſſe, quae eum mori cogerent. *Ἅπαντα τοίνυν αὐτῷ ἀθρόα περιέστησα, τὴν φύσιν, τὴν λύπην, τὴν ἀπόγνωσιν, τὸν φόβον, τὰς ἐπὶ τῶν μελλόντων ἐλπίδας χρόνων, ἐπ' αὐτὸν ἐχρησάμην τοῖς συμμάχοις, καὶ παρὰ τὴν τελευταίαν ἐκείνην σκέψιν κατηνάγκασα.* Videtur aliquid intercidiſſe; nimirum καὶ poſt vocem χρόνων. *Omnia itaque cumulata ei circumdedi, naturam* (στοργὴν ſcilicet), *dolorem, deſperationem, metum, temporum inſecuturorum horrores, & auxiliatoribus in eum uſus ſum, atque ad extremum hoc conſilium perpuli.* Interpres non male ſupplevit τούτοις, *his adverſus illum auxiliis uſus ſum.* In editione Florentina poſt vocem μελλόντων hiatus eſt, & duae voces ſequentes omiſſae; quod argumento eſt, codicem, quo Florentini uſi ſunt, eo loco ſe male habuiſſe. *J. J.*

Ibid. Ἐπ' αὐτὸν] Τούτοις hic deſiderari videtur, legendumque, τούτοις ἐπ' αὐτὸν ἐχρησάμην. F. G.

Ἐπ' αὐτὸν] Parum abfuit quin illud τούτοις ante ἐπ' in contextum receperim; ita id mihi neceſſarium videtur. At poteſt jam eo uti qui voluerit. Neque quiſquam vitio vertat, quod tamen mox πρὸς pro παρὰ & περὶ ex eodem receperim; id enim factum, quia res ipſa loquebatur, etiam ſine codicum ope ſic corrigendum; tum quia nec vulgata lectio ſibi conſtabat; quae quando conſtans eſt, minus facile movenda. Ceterum, ſi cui minus adridet illud καὶ quod Cl. *Jenſ.* poſt χρόνων inſeri vult, punctum minus poſt id vocabulum ponat, & ſic ſine καὶ ſenſus ſatis conſtat, qui tamen vel cum commate tolerabilis eſt. *J. F. R.*

68. Πρὸς] Sic reſcripſi. In impreſſis παρὰ, excepta *Junt.* quae περὶ habet, quod in P. etiam extat. *M. du S.*

Ibid. Καὶ παρὰ τὴν] Hic locus integer non videtur. *F G.*

Καὶ παρὰ τὴν] Jam tamen ex *Solani* emendatione integer videbitur. *J. F. R.*

73. Ὑφ' αὐτοῦ] Ὑφ' αὐτοῦ erat in *P.* Sed ex ipſo ὑφ' ſatis adparet, eam & αὐτοῦ adſpirare voluiſſe. *J. F. R.*

89. Παν-

πρὸ τοῦ τυράννου τίς ἐχρήσατο; τίς αὐτὸ ἐπ' ἐκεῖνον ἀπέστειλεν; ὦ ξίφος κοινωνὸν καὶ διάδοχον τῶν ἐμῶν κατορθωμάτων, μετὰ τοσούτους κινδύνους, μετὰ τοσούτους φόνους ἀμελούμεθα, καὶ ἀνάξιοι δοκοῦμεν δωρεᾶς. εἰ γὰρ ὑπὲρ μόνου τούτου τὴν τιμὴν ᾔτουν παρ' ὑμῶν, εἰ γὰρ ἔλεγον, ἄνδρες, ἀποθανεῖν ἐθελήσαντι τῷ τυράννῳ, καὶ ἀνόπλῳ ἐπὶ τοῦ καιροῦ κατειλημμένῳ, ξίφος τοῦτο ἐμὸν ὑπηρέτησε, καὶ πρὸς τὸ τέλος τῆς ἐλευθερίας συνήργησε [a] παντὶ, τοῦτο τιμῆς τε καὶ δωρεᾶς ἄξιον [b] νομίσατε, δεσπότην οὕτω δημοτικοῦ κτήματος οὐκ ἂν ἠμείψατε; οὐκ ἂν ἐν τοῖς εὐεργέταις ἀνεγράψατε; οὐκ ἂν τὸ ξίφος ἐν τοῖς ἱεροῖς ἀνεθήκατε; οὐκ ἂν μετὰ τῶν θεῶν ἐκεῖνο προσεκυνήσατε;

[c] Νῦν μοι ἐννοήσατε, οἷα πεποιηκέναι εἰκὸς τὸν τύραννον, οἷα δὲ εἰρηκέναι πρὸ τῆς τελευτῆς. ἐπεὶ γὰρ ὑπ' ἐμοῦ φονευόμενος, καὶ τιτρωσκόμενος πολλοῖς τραύμασιν ἐς τὰ φανερὰ τοῦ σώματος, ὡς ἂν μάλιστα λυπήσειν ἔμελλον τὸν [d] γεγεννηκότα, ὡς ἂν ἐκ τῆς πρώτης θέας [e] διαταράξειν, ὁ μὲν ἀνεβόησεν οἰκτρὸν, ἐπιβοώμενος τὸν γεγεννηκότα, οὐ βοηθὸν, οὐδὲ σύμμαχον, ᾔδει γὰρ πρεσβύτην ὄντα καὶ ἀσθενῆ, ἀλλὰ θεατὴν τῶν οἰκείων κακῶν. ἐγὼ γὰρ ἀπηλλαττόμην, ποιητὴς μὲν τῆς ὅλης τραγῳδίας γεγενημένος,

cem detulit? ante tyrannum quis eo uſus eſt? quis eum iſti immiſit? o gladie particeps & ſucceſſor praeclare a me factorum, poſt tot pericula, poſt tot caedes negligimur, & indigni videmur praemio. Si enim pro hoc ſolo honorem a vobis peterem; ſi enim dicerem, Viri, tyranno mori volenti, cum inermis a tempore deprehenſus eſſet, gladius hic meus miniſtravit, & ad finem libertatis *reſtituendae* unicuique adjutor fuit; hunc honore & praemio dignum judicate! dominum rei ita popularis nonne remuneraremini? non in bene meritis illum ſcriberetis? non ipſum enſem in templi donariis reponeretis? non cum diis illum adoraretis?

20. Jam mihi animum advortite quid tyrannum feciſſe probabile fuerat, & quid dixiſſe ante obitum? Cum enim trucidatus a me, & vulneratus multis vulneribus in apertas partes corporis *inflictis*, (ut nempe maximum dolorem patri objicerem, ut primo illum ſpectaculo perturbarem) ipſe quidem miſerabile quiddam exclamaret, parentem advocans, non adjutorem neque auxiliarium, (norat enim ſenem eſſe & imbecillum) ſed ſpectatorem malorum domeſticorum. Ego nempe abieram, auctor quidem totius tragoediae, ſed reliqueram huic acto-

ri

a Παντὶ] Conſtans lectio. *b* Νομίσατε] Sic habent Edd. omn. *c* Νῦν μοι] Nil varietatis notat *Solan.* Sed video *Hagen.* utramque male habere νῦν μὴ, reliquas νῦν μοι. *d* Γεγεννηκ.] Ita hic & mox iterum dedi, monente *Solano*, quum Edd. γεγενηκ. uno ν. excepta *S.* *e* Διαταράξειν] Διασπαράξειν P. & marg. *A1W.* Nil mutant Edd. priſcae.

89. Παντὶ] Leg. πάντη τοῦτο. *F.G.*

90. Νομίσατε] Ἐνομίσατε. *F.G.*

Οὐκ ἀντὶ τούτου — ἐνομίσατε] Fuit cum putarem legendum πάντως. Sed nondum ſic ſatis ſanus erat locus. Nunc autem veriſſima mihi videtur, quam in textum recepi, emendatio. *M. du S.*

Νομίσατε] Quia ſequentia verba omnia ſuum augmentum habent, etiam in hoc verbo addidiſſem, quod & *Solan.* in *Junt.* fecerat. Licet haud immemor ſim eorum, quae ſupra non ſemel de augmento fruſtra adjecto dixerim. Verum quia Cl. *Geſner.* id imperativo modo accepit, nihil mutavi. Sed ſi quid mutandum, poſſis etiam νομίσαιτε legere, ut ſit, *judicaſſetis*; nam vel ſic, vel ἐνομίσατε legendo, argumentatio clarior, & ſenſus magis cohaerens mihi videtur. *J.F.R.*

93. Ἐν τοῖς ἱεροῖς ἀνεθ.] Non ut ipſe quoque inter Deos referatur gladius; quamquam apud Scythas cultum acinacem legimus: ſed quoniam ad donaria in templis ſuſpenſa, (forte etiam Deo alicui ut Jovi ultori, ut Marti, appenſus gladius) pars etiam cultus & religionis illius videtur pervenire. Sic ſupra Ἐνυπν. c. 8. ſtatuarii nobiles μετὰ τῶν θεῶν προσκυνεῖσθαι dicuntur, quod cum Phidiae Jupiter adoratur, etiam ipſe artifex in partem honoris videtur venire. *J.M.G.*

98. Τιτρωσκόμενος] Hic deſiderari videtur ὁ υἱὸς vel

ὁ

ri mortuum, ſcenam, gladium, & reliqua fabulae *peragenda*) ſuperveniens autem ille, videnſque filium, quem ſolum habebat, vix ſpirantem, cruentatum, oppletum caede, vulneraque ejus continua, & multa, & letalia: haec exclamavit, *Fili, periimus, trucidati ſumus, pro tyrannis caeſi ſumus. Ubi eſt interfector? cui rei me ſervat? cui me cuſtodit? per te, fili, jam ante caeſum? aut numquid ſenem contemnit; & ipſa tarditate ut puniat, extendit mortem meam, & longiorem mihi caedem efficit?*

21. Et haec dicens quaerit enſem, inermis ipſe, cum filio in omnibus confideret. Sed ne hic quidem illi defuit: olim autem erat a me ille praeparatus, & ad facinus futurum relictus. Extrahens nempe de caede & vulnere gladium, *Paullo ante*, inquit, *me interfeciſti, nunc vero recrea, gladie; veni lugenti patri ſolatium, & infelicem manum ſenilem adjuva: macta, tyrannum interfice, luctu libera; utinam prius in te incidiſſem! utinam ordinem caedis praecepiſſem! mortuus eſſem, ſed ſolum ut tyrannus, ſed*

καταλιπὼν δὲ τῷ ὑποκριτῇ τὸν νεκρὸν, καὶ τὴν σκηνὴν, καὶ τὸ ξίφος, καὶ τὰ λοιπὰ τοῦ δράματος· ἐπιστὰς δ' ἐκεῖνος, καὶ ἰδὼν υἱὸν, ὃν εἶχε μόνον ὀλίγον ἐμπνέοντα, ᾑμαγμένον, ἐμπεπλησμένον τοῦ φόνου, καὶ τὰ τραύματα συνεχῆ, καὶ πολλὰ, καὶ καίρια, ἀνεβόησε τοῦτο, Τέκνον, ἀνῃρήμεθα, πεφονεύμεθα, τετυραννοκτονήμεθα, ποῦ ὁ σφαγεύς; τίνι με τηρεῖ; τίνι με φυλάττει; διὰ σοῦ, τέκνον, προανῃρημένον, ἢ μήτι ὡς γέροντος ὑπερφρονεῖ; καὶ τῇ βραδύτητι κολάζειν δέον, καὶ παρατείνει μοι τὸν φόνον, καὶ μακροτέραν μοι τὴν σφαγὴν ποιεῖ;

Καὶ ταῦτα λέγων, ἐζήτει τὸ ξίφος· αὐτὸς γὰρ ἄνοπλος ἦν, διὰ τὸ πάντα τῷ παιδὶ θαῤῥεῖν. ἀλλ' οὐδὲ τοῦτο ἐνεδέησε, πάλαι δ' ἦν ὑπ' ἐμοῦ καὶ τοῦτο [f] προπαρεσκευασμένον, καὶ πρὸς τὸ μέλλον τόλμημα καταλελειμμένον· ἀποσπάσας δὴ τῆς σφαγῆς, καὶ τοῦ τραύματος ἐξελὼν τὸ ξίφος, Φησὶ, Πρὸ μικροῦ μὲν με ἀπέκτεινας, νῦν δ' ἀνάπαυσον ξίφος, πατρὶ πενθοῦντι παραμύθιον ἐλθὲ, καὶ πρεσβυτικῇ χειρὶ δυστυχούσῃ συναγώνισαι, ἀπόσφαξον, τυραννοκτόνησον, καὶ τοῦ πενθεῖν ἀπάλλαξον, εἴθε [g] πρώτως σοι ἐνέτυχον, εἴθε τὴν τάξιν προὔλαβον τοῦ φόνου. ἀπέθανον ἂν, [h] ἀλλ' ἢ ὡς τύ-

f Προπαρεσκ.] Προπαρασκ. male *Fl.* Reliquae recte, ut edidi. *g* Πρώτως] Forſan πρῶτος. *h* Ἀλλ' ἢ] Hanc eſſe conſtantem lect. notat *M. du S.*

ὁ νεανίσκος, ut interpres expoſuit. *F. G.*

Τιτρωσκόμενος] Non adeo deſideratur υἱὸς vel νεανίσκος, quam intelligitur ex antecedentibus & conſequentibus. Nexus enim orationis eſt: Ἐπεὶ γὰρ φονευόμενος, ὁ μὲν ἀνεβόησεν. Niſi malis mecum articulum addere, ὁ φονευόμενος legendo, ut ſic plenius eidem reſpondeat repetitum deinde ὁ μὲν, quod ἐπανόδῳ inſervit, propter inſertas illas caedis rationes, ſenſum ſuſpendentes. *J. F. R.*

24. Προπαρεσκευ.] Vid. ſi operae eſt, ſimilem lapſum complurium Editionum, προπαρασκ. pro προπαρεσκ. exhibentium infra in *Lexiph.* c. 24. Hic enim augmentum ab Auctore fuiſſe neglectum, non credo, etſi ſupra exemplorum ſatis dedimus, ubi id ſtudio fecerint auctores. *J. F. R.*

33. Πρώτως] Legendum omnino aut πρῶτος aut πρώτῳ, ſed illud concinnius videtur. *M. du S.*

34. Ἢ] Delendum iſtud ἢ, ut ineptum. *M. du S.*

Ibid. Ἀλλ' ἢ] *Solanus* particulam ἢ deletam cupit; Nec ego deſiderarem, ſi abeſſet; Verum, etſi ἀλλ' ἢ etiam pro ἀλλὰ μόνον accipiatur, ut *Viger.* de partic. ex *Ariſtoph.* Εἰρην. docet, quid prohibet μόνον vel ἢ per pleonaſmum addi. Nam & alibi abundat ἢ, in alio locutionis genere, ut *Æſop.* fab. 2. Aquil. & Scarab. ὁρκίζων αὐτὸν κατὰ τοῦ μεγίστου Διὸς, ἢ μὴν μὴ καταφρονῆσαι τῆς μικρότητος αὐτοῦ. Sic ſine accentu ἡ legitur in mea Edit. Æſopi. Sed ἦ μὴν in jurandi formulis uſitatum circumflecti ſolet; quare & forſan hic ſcribendum ἀλλ' ἦ ut ſignificet *certe quidem*, cujus ſignificatus exempla *Stephan.* jam dedit in Theſ. *J. F. R.*

τύραννος μόνον, ἀλλ' ἔτι νομίζων ἕξειν ἔκδικον. νῦν δ' ὡς ἄτεκνος, νῦν δ' ὡς οὐδὲ φονέως εὐπορῶν· καὶ ταῦθ' ἅμα λέγων, ἐπῆγε τὴν σφαγὴν, τρέμων, οὐ δυνάμενος, ἐπιθυμῶν μὲν, ἀσθενῶν δὲ πρὸς τὴν ὑπηρεσίαν τοῦ τολμήματος.

Πόσαι κολάσεις ταῦτα; πόσα τραύματα; πόσοι θάνατοι; πόσαι τυραννοκτονίαι; πόσαι δωρεαί; καὶ τέλος, ἑωράκατε πάντες τὸν μὲν νεανίαν προκείμενον, οὐδὲ μικρὸν, οὐδ' εὐκαταγώνιστον ἔργον. τὸν πρεσβύτην δὲ αὐτῷ περικεχυμένον, καὶ τὸ αἷμα ἀμφοῖν ἀνακεκραμένον, τὴν ἐλευθέριον ἐκείνην, καὶ ἐπινίκιον σπονδὴν, καὶ τὰ ἔργα τοῦ ξίφους τοῦ ἐμοῦ· αὐτὸ δὲ τὸ ξίφος ἐν μέσῳ ἀμφοτέρων ἐπιδεικνύμενον, ὡς οὐκ ἀνάξιον γεγένηται τοῦ δεσπότου, καὶ [a] μαρτυρόμενον ὅτι μοι πιστῶς [b] διηκονήσατο, τοῦτο ὑπ' ἐμοῦ γενόμενον, μικρότερον ἦν. νῦν δὲ λαμπρότερόν ἐστι τῇ καινότητι. καὶ ὁ μὲν καθελὼν τὴν τυραννίδα πᾶσαν, εἰμὶ ἐγώ· μεμέρισται δ' ἐς πολλοὺς τὸ ἔργον, ὥσπερ ἐν δράματι. καὶ τὰ μὲν πρῶτα ἐγὼ ὑπεκρινάμην, τὰ δεύτερα δὲ ὁ παῖς, τὰ τρίτα δὲ ὁ τύραννος αὐτός· τὸ ξίφος δὲ πᾶσιν ὑπηρέτησεν.

putans habiturum me vindicem: nunc vero ut orbus, nunc ut is cui ne interfectoris quidem ſit copia. Dum haec dicit, urget caedem, tremens, *perficere* nequiens, cum cuperet ille quidem, ſed viribus ad miniſterium conatus deficeretur.

22. Quot hae ſunt poenae? quot vulnera? quot mortes? quot tyrannicidia? quot praemia? Denique vidiſtis omnes juvenem quidem jacentem in conſpectu, opus neque parvum, neque ſuperatu ita facile; ſenem autem illi circumfuſum; permiſtum utriusque ſanguinem, libationem Liberatori *Jovi* ſacram pro victoria; eaque gladii mei opera, ipſumque adeo gladium in medio utriusque oſtentantem ſe, quam non indignus fuerit domino, teſtantemque, fideliter ſe mihi miniſtraſſe. Hoc *univerſum* mea manu factum, minus futurum erat. Jam ipſa novitate clarius eſt. Ac deſtructor totius tyrannidis ego ſum: opus autem ipſum in plures deſcriptum, ut in fabula: primarum partium actor ego, ſecundarum filius, tertiarum ipſe tyrannus, gladius miniſtravit univerſis.

a Μαρτυρόμενον] Sic *J. Fl. B2. H. P. S.* Immo & *Ald.* & *Fr.* Forſan tamen *μαρτυρούμενον* legend. *b* Διηκονήσατο] Διηκονήσαιτο *Fl.*

37. Ἐπῆγε τὴν σφαγὴν] Vertitur: *gladium adegit.* Sed vertendum, *cædem accelerabat*, ac pro ἐπῆγε ἐπεῖγε legendum. *F.G.*

Sequebatur in Pariſiꝛ Editione Declamatio D. *Eraſmi Rotterodami*, non illa quidem e Graeco converſa, ſed quae ſuperiori Declamationi Lucianeae reſpondeat. Verum quia ad opera LUCIANI non pertinet, eam ad calcem operis rejecimus.

ABDICATUS. ΑΠΟΚΗΡΥΤΤΟΜΕΝΟΣ.

ARGUMENTUM.

Abdicatus aliquis Medicinam didicit. Patrem furioſum, & ab aliis relictum medicis cum medicamento dato ſanaſſet, receptus eſt in familiam. Poſt haec novercam furioſam ſanare juſſus, *cum non pareret*, *denuo* abdicatur.

Ἀποκηρυχθείς τις, ἰατρικὴν [a] ἐξέμαθε· μανέντα τὸν πατέρα, καὶ ὑπὸ τῶν ἄλλων ἰατρῶν ἀπεγνωσμένον ἰασάμενος φαρμάκου δόσει, ἀνελήφθη αὖθις εἰς τὸ γένος. μετὰ ταῦτα, μεμηνυῖαν τὴν μητρυιὰν ἰάσασθαι κελευόμενος, [b] ἀποκηρύττεται.

NOn nova iſta, Judices, aut praeter ſpem a patre jam fiunt, neque nunc primum ſic iraſcitur; ſed in promtu illi iſta lex, conſueto more ad hoc venit tribunal. Illa autem nova mea nunc eſt infelicitas, quod proprium quidem crimen non habeo, ſed artis ſubire poenam periclitor, ſi ea non poteſt per omnia iſtius imperiis obſequi. Quo quid fieri poteſt abſurdius? Curare pro imperio, non jam quantum ars

1 ΟΥ καινὰ μὲν ταῦτα, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, οὐδὲ παράδοξα, ὑπὸ τοῦ πατρὸς ἐν τῷ παρόντι γιγνόμενα· οὐδὲ νῦν πρῶτον τὰ τοιαῦτα ὀργίζεται, ἀλλὰ πρόχειρος οὗτος ὁ νόμος αὐτῷ, καὶ συνήθως ἐπὶ τοῦτ' ἀφικνεῖται τὸ δικαστήριον. ἐκεῖνο δὲ καινότερον νῦν δυστυχῶ, ὅτι ἔγκλημα μὲν ἴδιον οὐκ ἔχω, κινδυνεύω δὲ τιμωρίαν ὑποσχεῖν ὑπὲρ τῆς τέχνης, εἰ μὴ πάντα δύναται πείθεσθαι τούτῳ κελεύοντι· οὗ τί γένοιτ' ἂν ἀτοπώτερον; θεραπεύειν ἐκ προστάγματος,

a Ἐξέμαθε] Ἔμαθε C. *b* Ἀποκηρύττεται] Ἀπειθῶν ἀποκηρ. vult *Jenſius*. Nihil vero a vulgata abeunt Edd. & C.

Ἀποκηρυχθείς τις] Eadem ſpecies tractatur in *Senecae* Exc. Controv. 4, 5. *J. M. G.*

Ἰάσασθαι κελευόμενος, ἀποκηρύττεται] Quis non videt haec ultima eſſe imperfecta? Neque enim quia novercam jubebatur ſanare, denuo potuit abdicari; quod foret frivolum, ut nihil ſupra; ſed quia furentem ſanare juſſus, id recuſavit. Hic ſimplex eſt ſtatus quaeſtionis, qui ſubſequenti libello paſſim declaratur. c. 22. ita loquentem legimus patrem; θεραπεύειν προσαττόμενος οὐ θέλεις, καὶ διὰ τοῦτ' ἂν ἄξιος εἴης ἀποκηρύξεως, ἀπειθῶν τῷ πατρί. *Medicinam adhibere juſſus, non vis; ac propterea quidem abdicatione dignus ſis, ut qui patri non obedias.* Hinc locum in argumento haud dubie imperfectum poſſumus inſtaurare: Μετὰ ταῦτα, μεμηνυῖαν τὴν μητρυιὰν ἰάσασθαι κελευόμενος, ἀπειθῶν, ἀποκηρύττεται. *Poſt novercam inſanientem ſanare juſſus, neque obtemperans, abdicatur.* Et, ut puto, vox ἀπειθῶν exciderat. *J. J.*

4. Τὰ τοιαῦτα ὀργίζεται] Jubebat *Solan.* in marg. conferri *Prometh.* c. 6. Sed cum aliter diſtribuerit capita *Hemſterhuſius*, vide jam cap. ſive §. 9. f. ibique varias lectt. & notas *Graevii*, *Solani*, & *Hemſterhuſii*, & cognoſces ἐργάζεται atque ὀργίζεται ſaepe commutari. Verum ut ibi pro ἐργάζεται dederunt ὀργίζεται, ita hic viciſſim ἐργάζεται quis mallet, qui non contulerit ſequentia. At ſi mox videas verba, τοὺς ἀδίκως ὀργιζομένους, idemque repetitum in c. 3. & 8. non dubitaveris ὀργίζεσθαι & hic verum eſſe. *J. F. R.*

16. Τῶν

τος, οὐκ ἔθ' ὡς ἡ τέχνη δύναται, ἀλλ' ὡς ὁ πατὴρ βούλεται. ἐβουλόμην μὲν οὖν τὴν ἰατρικὴν, καὶ τοιοῦτό τι ἔχειν φάρμακον, ὃ μὴ μόνον τοὺς μεμηνότας, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἀδίκως ὀργιζομένους παύειν ἐδύνατο, ἵνα καὶ [a] τοῦτο τὸ τοῦ πατρὸς νόσημα [b] ἰασαίμην· νυνὶ δὲ τὰ μὲν τῆς μανίας αὐτῷ τέλεον πέπαυται· τὰ δὲ τῆς ὀργῆς μᾶλλον ἐπιτείνεται. καὶ τὸ δεινότατον, τοῖς μὲν ἄλλοις ἅπασι σωφρονεῖ, κατ' ἐμοῦ δὲ τοῦ θεραπεύσαντος μόνου μαίνεται. τὸν μὲν οὖν μισθὸν τῆς θεραπείας ὁρᾶτε οἷον ἀπολαμβάνω, ἀποκηρυττόμενος ὑπ' αὐτοῦ πάλιν, καὶ τοῦ γένους ἀλλοτριούμενος δεύτερον, ὥσπερ διὰ τοῦτ' ἀναληφθεὶς πρὸς ὀλίγον, ἵν' ἀτιμότερος γένωμαι πολλάκις ἐκπεσὼν [c] τῆς οἰκίας.

Ἐγὼ δὲ ἐν μὲν τοῖς δυνατοῖς οὐδὲν κελευσθῆναι περιμένω· πρώην γοῦν ἄκλητος ἧκον ἐπὶ [d] βοήθειαν· ὅταν δέ τι ᾖ τελέως ἀπεγνωσμένον, οὐδ' ἐπιχειρεῖν βούλομαι. ἐπὶ δὲ τῆς γυναικὸς ταύτης εἰκότως, καὶ ἀτολμότερός εἰμι. λογίζομαι γὰρ οἷα πάθοιμ' ἂν ὑπὸ τοῦ πατρὸς ἀποτυχών· ὃς οὐδ' ἀρξάμενος τῆς θεραπείας, ἀποκηρύττομαι. ἄχθομαι μὲν οὖν, ὦ ἄνδρες δικασταί, ἐπὶ τῇ μητρυιᾷ, χαλεπῶς ἐχούσῃ, χρηστὴ γὰρ ἦν· καὶ ἐπὶ τῷ πατρὶ δι' ἐκείνην ἀνιωμένῳ. τὸ δὲ μέγιστον, ἐπ' ἐμαυτῷ. ἀπειθεῖν δοκοῦντι, καὶ ἃ προστάττομαι [e] ὑπουργεῖν οὐ δυνα-

poteſt, ſed ut vult pater. Vellem igitur medicina tale quoque medicamentum haberet, quod non furioſos ſolum, verum etiam injuſte iraſcentes poſſet liberare, quo patris etiam hunc morbum ſanarem. Jam vero furioſus ille morbus plane deſiit; iracundus vero magis intenditur, & quod graviſſimum eſt, aliis ſapit omnibus, contra me vero, qui ſanavi, ſolum furit. Quam igitur curationis mercedem accipiam, videtis, qui denuo ab illo abdicor, familia iterum excludor, quaſi ea ipſa cauſſa ad breve tempus receptus, ut tanto fiam inhoneſtior domo ejectus ſaepius.

2. Ego vero in his quae poſſum, imperia non exſpecto, quare nuper invocatus veni ad auxiliandum. Ubi vero aliquid eſt plane deſperatum, neque admovere manum volo. In hac muliere autem merito minus etiam audeo. Reputo enim, quae a patre mihi impendeant, ſi excidam, qui nondum coepta curatione abdicor. Quare graviter equidem fero, judices, novercae morbum, (bona enim erat) & patris ob eam rem triſtitiam; maxime vero, quod ipſe obſequium recuſare videor, cum quae imperantur miniſtrare, tum ob morbi magnitu-

di-

a Τοῦτο τὸ τοῦ π.] Sic *Fl.* Τὸ τοῦ π. reliquae Edd. omiſſo τοῦτο. *b* Ἰασαίμην] Sic *J. P. H.* &c. quibus adſtipulatur P. Ἰασάμην Ex. *Fl.* *c* Τῆς] Ita bene *P. B2. Fr. S. A.* Τοῖς male *J. Ald. Fl. H.* *d* Βοήθειαν] Τὴν βοήθ. *H2.* *e* Ὑπουργεῖν] Sic *J. H.* &c. Ὑπουργ. *P.*

16. Τοῦτο τοῦ π. τὸ νόσημα] Ed. *Fl.* hic ſecutus ſum. *M. du S.*

27. Τῆς οἰκίας] Antiquiores Edd. τοῖς, male. Vid. Ἀλεξ. c. 19. ἐκπεσὼν τῆς οἰκίας. *M. du S.*

29. Πρώην — ἐπὶ βοήθειαν] Conf. mox c. 13. νῦν δὲ σωτῆρα ἔναγχος &c. *M du S.*

92. Κόλπου] Cod. P. male habere κολποὺς notarat *Solan.* bene quidem eam lectionem reprehendit, ſi accentus ita poſitus. Et κόλπου ſingulare & genitiv. veram lect. eſſe non dubito, quia ſic & alibi apud Noſtrum; vid. ſaltem c. 26. hujus Dial. Interim & plurali numero κόλποι dicitur de unius hominis ſinu, ut *Long. Paſt.* I. p. 27. Ed. *Jung.* Καὶ ὁ τέττιξ ἐκ τῶν κόλπων τῆς χλόης ἐπήχησεν. Iterum ibid. p. 34. Ἐμπίπτει τε αὐτῆς τοῖς κόλποις. Rurſus apud eumdem L. IV. p. 137. ſive potius 145. Ed. *Moll.* (nam per errorem typogr. paginarum numerus vitioſe eſt expreſſus) τὴν Χλόην ἐν τοῖς κόλποις εἶχε. *Homer.* Il. I. ſive IX. 566. Πρόχνυ καθεζομένη, δεύοντο δὲ δάκρυσι κόλποι. Adde & *Aelian.* V. H. XIII. 31. *J. F. R.*

96. Εὐμολπ. —— κήρ.] Cereris myſteria reſpicit Athenis, in quibus pont. max. Hierophanta audiebat, duae etiam hae ſacrae gentes. V. *Thucyd.* VIII. 53. & not. & *Corn. Nep.* in Alcibiade. *Iidemque illi Eumolpidae ac Ceryces rurſus reſacrare ſunt coacti, qui eum devoverant.* V. *Caſ.* ad Athen. XIV. 23. & *Clem. Alex.* II. 1. qui docet eorum originem. Adde & *Diog. Laërt.* p. 1. D. E. *M. du S.*

98. Καρβατίνας] Id eſt *viles crepidas.* Catull. *F. G.*

Καρβατίνας] Idem notat quod *Virgilio* crudus pero, Aen. VII. 690. *M. du S.*

Καρβατίνας] Carbatinae, ſive Carpatinae ſoleae a crudo corio, a Caribus ſeu Carpathiis dictae, vid. *Voſſ.* ad Catull. p. m. 327. *J. F. R.*

99. Σκοροδάλμην] Vide *Ariſtoph.* Ἱππ. p. 298. qui primus hoc in Paphlagonibus riſit. *M. du S.*

12. Βασιλεὺς Γλύκων] Ridet haud dubie titulum, quo fatui hominem *Glyconem* inſigniebant. *M. du S.*

13. Πυθαγόρου ψυχὴ &c.] Oppido lepidum Alexandri γόητος narrat Auctor factum. Nimirum in ſolemnibus, quas aliquando inſtituebat, Dei ſui pompis, forte an induſtria, detexerat femur ſuum, quod plane videbatur eſſe aureum. Hinc ubi a quibuſdam quaereretur, utrum Alexander ille προφήτης haberet animam Pythagorae; an Pythagoreae animae ſimilem; fecit ut oraculum a Glycone (ita appellabat Deum ſuum) ederetur his verſibus;

Πυθαγόρου ψυχὴ, ποτὲ μὲν φθίνει, ἄλλοτε δ' αὔξει.
Η δὲ προφητείη, δῖης φρενός ἐστιν ἀπορρώξ,
Καί μιν ἔπεμψε πατὴρ ἀγαθῶν ἐπαρωγόν. καὶ πάλιν,
Ες Διὸς εἶσι, Διὸς βληθεῖσα κεραυνῷ.

Hi verſus haud dubie ſunt mutili, nec non perperam interrupti. In verſu tertio excidit, forte ἀνδρῶν. Deinde illud καὶ πάλιν diviſum (nam ita diviſum legitur in omnibus, quas vidi, editionibus) facit, ut videantur duo diverſa oracula. Id tamen unum fuiſſe arbitror, legendumque junctim,

Πυθαγόρου ψυχὴ, ποτὲ μὲν φθίνει, ἄλλοτε δ' αὔξει.
Η δὲ προφητείη, δῖης φρενός ἐστιν ἀπορρώξ.
Καί μιν ἔπεμψε πατὴρ ἀγαθῶν ἀνδρῶν ἐπαρωγόν.

Καὶ

Pythagorae animam haberet propter aureum illud femur, an aliam illius ſimilem? eamque quaeſtionem ad ipſum Alexandrum referentibus; Glycon rex oraculo dubitationem illam diſſolvit:

Pythagorae vicibus mens alma peritque reditque:
Vatis at eſt animus Joviali e mente propago:
Miſſus adeſt juſſu patris auxiliator honeſtis,
Et redit ad patrem Joviali fulmine tactus.

41. Cum pueri concubitu omnibus interdiceret, tanquam re impia, ipſe tale quid vir ingenioſus commentus eſt. Civitatibus Ponticis atque Paphlagonicis injunxit, ut divini cultus miniſtros ſibi in triennium mitterent, qui laudes Dei apud ſe canerent: oportebatque probatos ac praelatos caeteris

θαγόρου ψυχὴν ἔχοι διὰ τὸν χρυσοῦν μηρὸν, εἴτε ἄλλην ὁμοίαν [e] αὐτῇ, καὶ τὴν ζήτησιν ταύτην αὐτῷ Ἀλεξάνδρῳ ἐπανενεγκόντων, ὁ βασιλεὺς Γλύκων χρησμῷ ἔλυσε τὴν ἀπορίαν·

Πυθαγόρου ψυχὴ, ποτὲ μὲν φθίνει, ἄλλοτε δ᾽ αὔξει.
Ἡ δὲ προφητείη, [f] δίης φρενός ἐστιν ἀποῤῥώξ.
Καί μιν ἔπεμψε πατὴρ ἀγαθῶν [g] ἀνδρῶν ἐπαρωγόν.
Καὶ πάλιν ἐς Διὸς εἶσι, [h] Διὸς βληθεῖσα κεραυνῷ.

Προλέγων δὲ πᾶσιν ἀπέχεσθαι [i] παιδίου συνουσίας, ὡς ἀσεβὲς ὂν, αὐτὸς τοιόνδε τι ὁ γεννάδας ἐτεχνήσατο. ταῖς γὰρ πόλεσι ταῖς Ποντικαῖς καὶ ταῖς Παφλαγωνικαῖς, ἐπήγγελλε [k] θεοπρόπους πέμπειν ἐς τριετίαν, [l] ὑμνήσοντας παρ᾽ αὐτῷ τὸν θεόν. καὶ ἔδει δοκιμασθέντας, καὶ προκριθέντας τοὺς εὐγενεστά-

e Αὐτῇ] Sic *Ald. Fl.* H. P. B2. *S.* Αὐτῷ *J.* & P. cum marg. *A1.* *f* Δίης] Sic Edd. plurimae. Διίης *J.* & marg. *A1.* Διὸς *Schol.* *g* Ἀνδρῶν] Sic recte *Fl.* & P. Deerat in *J. H. B2. Ald. S.* Sed & additum in marg. *A1W.* *h* Διὸς βληθ.] Διὸς μεγάλου βλ. *Pell.* male. vid. nott. ad καὶ πάλιν. *i* Παιδίου] Ita eſſe in *J. Fl. H. B2.* notat *M. du S.* Sed & eſt in aliis. *k* Θεοπρόπους] Sic Edd. plurimae. Θεοεικέλους *Fl.* Θεοπόλους θεοεικέλους adſcriptum marg. *A1W.* *l* Ὑμνήσοντας] Ἡμνησ. *J.* male.

15. Δίης] Ἤτοι Διός. *V.*

Καὶ πάλιν ἐς Διὸς εἶσι, Διὸς βληθεῖσα κεραυνῷ.

Anima ſcilicet Alexandri vatis, quam pater miſit auxilio hominibus piis, iterum ſe in domum Jovis recipiet, fulmine Jovis icta. Id enim de ſe jactabat Alexander ille, ſe denique fulmine ictum, moriturum: ipſe id narrat Lucianus infra c. 59. προειπὼν δὲ (Ἀλέξανδρος) διὰ χρησμοῦ περὶ ἑαυτοῦ, ὅτι ζῆσαι εἵμαρται αὐτῷ ἔτη πεντήκοντα, καὶ ἑκατὸν, εἶτα κεραυνῷ βληθέντα, ἀποθανεῖν. *Ubi vero praedixiſſet Alexander per oraculum de ſe ipſo, centum & quinquaginta annos vivere fato ſibi deſtinatum eſſe, deinde fulmine ictum, mori.* *J. J.*

Πυθαγόρου ψυχὴ] Vid. quae *La Croze* ſupra habet ad c. 33. *J. F. R.*

15. Δίης] Etſi eodem redit, legasne δίης an Διὸς, cum Schol. Ego Διὸς tamen praeferrem, ut ſic adcuratius reſpondeat ſequenti ἐς Διὸς, ac ſic dicatur *ex Jove* orta anima *ad Jovem* redire: verum quia forent qui ter repetito Διὸς & quadruplici exitu ſyllabae in ὸς acutae offenderentur, vulgatam non movi. *J. F. R.*

16. Ἀνδρῶν] Ed. *Fl.* ſola. *M. du S.*

18. Καὶ πάλιν] Illud καὶ πάλιν in iis quas ſuper hoc loco inſpexi Editionibus, *P.* nimirum, *Ald. B2. J.* & *S.* male ita ſeparatim collocabatur, ac ſi ad verſum non pertineret, & novus verſus ab Ἐς Διὸς inchoabatur; in Latinis eod. modo, *& rurſum*, inter verſum tertium & quartum ſic interjectum erat, quaſi oraculum rurſum coepiſſet altera vice novi quid canere; ſed ex dimenſione carminis id facile in ſedem ſuam retraxi, ac vix operae foret id multis praedicare, niſi viderem alios etiam μεγάλου ante βληθεῖσα inſeruiſſe, quia videbant verſum uno pede truncatum, qui tamen plenam habebat menſuram, ubi ſic legatur, ut jam edi curavimus. His ita ordinatis, cognovi *Jenſium* idem jam optime feciſſe, in Lectt. Lucian. p. 264. cujus verba tamen jam praemitto, ut ejus meritis nihil detraham. *J. F. R.*

Ibid. Ἐς Διὸς εἶσι] Deeſt pes integer huic verſui, adſcripſerat Cl. *La Croze*, qui illud ἀνδρῶν in verſu ſuperiore etiam implendum monuerat. Scilicet ab Ἐς Διὸς verſum quoque inchoari credebat Vir Clariſſ. At ſi jam a Καὶ πάλιν inchoetur, nullus pes deerit. *J. F. R.*

24. Θεοπρόπους] Varias lectiones hic exhibet P. θεοκόλους, vel θεοπόλους, vel tandem θεοπρόπους, ut in impreſſis eſt, niſi quod in *Fl.* Ed. θεοεικέλους eſt. Ego θεοπρέπους ſcriptum a Luciano crediderim; idque nomen

στάτους, καὶ ὡραιοτάτους, καὶ κάλλει διαφέροντας πεμφθῆναι. οὓς ἐγκλεισάμενος, ὥσπερ ἀργυρωνήτοις ἐχρῆτο συγκαθεύδων, καὶ πάντα τρόπον ἐμπαροινῶν. καὶ νόμον δὲ ἐπεποίητο, ὑπὲρ τὰ ὀκτωκαίδεκα ἔτη, μηδένα τῷ αὐτοῦ στόματι δεξιοῦσθαι, μηδὲ φιλήματι ἀσπάζεσθαι, ἀλλὰ τοῖς ἄλλοις προτείνων τὴν χεῖρα κῦσαι, μόνους τοὺς ὡραίους κατεφίλει· καὶ ἐκαλοῦντο [a] οὗτοι οἱ ἐντὸς τοῦ φιλήματος.

Τοιαῦτα ἐντρυφῶν τοῖς ἀνοήτοις διετέλει, γυναῖκάς τε ἀνέδην διαφθείρων, καὶ παισὶ συνών. καὶ ἦν μέγα καὶ εὐκτὸν ἑκάστῳ, εἴ τινος γυναικὶ προσβλέψειεν· εἰ δὲ καὶ φιλήματος ἀξιώσειεν, ἀθρόαν τὴν ἀγαθὴν τύχην ᾤετο ἕκαστος εἰς τὴν οἰκίαν αὐτῷ εἰσρυήσεσθαι· πολλαὶ δὲ καὶ [b] ηὔχουν τετοκέναι παρ᾽ αὐτοῦ, καὶ οἱ ἄνδρες ἐπεμαρτύρουν ὅτι [c] ἀληθῆ λέγουσιν.

Ἐθέλω δέ σοι καὶ διάλογον διηγήσασθαι τοῦ Γλύκωνος, καὶ τοῦ [d] Σακέρδωτος, Τιανοῦ τινος ἀνθρώπου, ὁποίου τινὸς τὴν σύνεσιν εἴσῃ ἀπὸ τῶν ἐρωτήσεων. ἀνέγνων δὲ αὐτὸν, χρυσοῖς γράμμασι γεγραμμένον ἐν

generoſiſſimos quosque, & formoſiſſimos, & honeſtiſſimos mitti: quibus incluſis tanquam emtis pecunia ſua utebatur, dormiens cum illis & omni genere intemperantis contumeliae in illos utens. Inſuper legem tulerat, ne quis duodeviginti annis major inter ſalutandum complectendumque ipſum oſcularetur; verum aliis manum ad oſculum cum offerret, ſolos aetate florentes oſculabatur: dicebanturque hi *intra oſculum eſſe*.

42. Hunc ad modum ſtupidis hominibus ad delicias usque illudebat, corrumpendis, prout collibitum eſſet, mulieribus, & pueris conſtuprandis. Et magnum erat unicuique atque optabile, ſi cujus uxorem adſpiceret: ſi vero oſculo etiam dignaretur, confertim ut bona fortuna in domum ſuam influeret, futurum unusquisque putabat. Multae vero etiam ſe peperiſſe ex eo gloriabantur, & vera illas dicere, mariti illis teſtabantur.

43. Volo tibi etiam colloquium referre Glyconis & Sacerdotis, Tianenſis cujusdam hominis, qui quam prudens fuerit, ex interrogationibus diſcere poteris. Legi autem illud *colloquium*, aureis literis ſcriptum in

a Οὗτοι] Deeſt in *Fl.* Adeſt in cett. & Cod. P. *b* Ηὔχουν] Ηὔχοντο male pro ηὔχοντο marg. *AIW.* vel ηὐχεῦντο. *c* Ἀληθῆ] Ex *J.* Ἀληθῶς cett. minus recte. *d* Σακέρδωτος] Sic Edd. Σακερδῶτος P.

34. Κῦσαι] Φιλῆσαι. *G.*

men rei apprime convenit, & Alexandri conſilio, qui forma eximium quemque puerum mitti volebat. *M. du S.*

30. Καὶ νόμον δὲ ἐπεποίητο] Supra in I. *Ver. Hiſt.* c. 15. ubi καὶ πεδίον δι᾽ ἐποίησαν legitur, *Solanus* particulam δὲ expunxerat, jam intactam relinquit. Sed ſalva eſto utroque loco. Etſi me ſupra faciliorem in ea expungenda ideo praebuiſſem, quia illic ter brevi intervallo δὲ recurrebat. Et ἐπεποίητο paſſivum pro activo recte quoque ſe habere, vid. ad I. *Ver. Hiſt.* c. 35. verſ. 50. Adde *Homer.* Il. Δ. 107. ubi δεδεγμένος eſt *excipiens*. *J. F. R.*

31. Ὀκτωκαίδ. ἔτη] Conf. ſupra Ἰσ. β. c. 28. *M du S.*

32. Φιλήματι ἀσπάζεσθαι] Etſi vix operae eſt hunc morem aut phraſin aliis teſtimoniis confirmare; addam tamen quod Cl. *Hemſterh.* in marg. monet, videri poſſe *L. Bos* ad Ep. I. ad *Cor.* XVI. 20. ubi Apoſtolus ait: ἀσπάσασθε ἀλλήλους ἐν φιλήματι ἁγίῳ. Ad quae verba ille haec Luciani, & *Heliodor.* X. 27. adducit. *J. F. R.*

43. Ηὔχουν] Si ab εὔχομαι formatum eſſet hoc verbum, ηὔχοντο ex *marg. Ald.* recepiſſem, quia activum εὔχω non eſt in uſu, nec εὐχέω ſatis probatum; ſed quum ſit ab αὐχέω, recte ſe habet vulgata. *J. F. R.*

45. Ἀληθῆ] Sic optime Ed. *J.* Reliquae ἀληθῶς. *M. du S.*

48. Τιανοῦ] Mox ἐν Τίῳ recte. Fuit & ſacerdos nomine conſul, anno Chriſt. 158. ſed ab hoc diverſus. *M. du S.*

50. Ἐν Τίῳ] Τιὸς πόλις Παφλαγονίας τοῦ Πόντου. *Steph.* Τίειον, τὸ, *Straboni.* *F. G.*

53. Ἐγὼ ἦν δ᾽ ὃς Ἀσκληπιὸς νέος. ἄλλος παρ᾽ ἐκεῖνον τὸν πρότερον; πῶς λέγεις; οὐ θ.] Quum ſic diſtinguant omnes, & quidem non male, cauſa non fuit, cur in Latinis augerentur interrogationum notæ, verterentque

in Tio urbe in domo Sacerdotis. Nempe, *Dic mihi*, inquit, *Domine Glycon*, *quis es? Ego*, inquit ille, *Aeſculapius junior*, *diverſus ab illo priore. Quomodo ais? Non fas eſt te hoc audire. Quot vero annos manebis apud nos & dabis reſponſa? Tres ſupra mille annos. Deinde quo te conferes? Bactra*, & *ad vicinam regionem: oportet enim barbaros etiam frui mea inter homines peregrinatione. Oracula vero reliqua*, *Didymaeum*, *Clarium*, *Delphicum*, *habent progenitorem meum Apollinem reddentem ſibi oracula. Num mendacia ſunt*, *quae ibi exeunt*, *oracula? Neque hoc ſcire poſtules*, *neque enim fas eſt. Ego vero quid ero poſt hanc vitam? Camelus*, *poſt equus*, *poſt vir ſapiens*, & *Propheta non minor Alexandro.* Haec cum Sacerdote Glycon locutus eſt. In fine autem oraculum verſu concluſum pronuntiavit, cum Lepido ſodalem eſſe ſciret:

Ne Lepido credas, *triſtis manet exitus illum.*

Vehementer enim, ut ante dixi, metuebat Epicurum, tanquam hominem arte ſua & ſapientia praeſtigias ipſius oppugnantem.

Τίῳ, ἐν τῇ τοῦ Σακέρδωτος οἰκίᾳ. εἰπὲ γάρ μοι, ἔφη, ὦ [e] δέσποτα Γλύκων, τίς εἶ; ἐγώ, ἦδ᾽ ὅς, Ἀσκληπιὸς νέος. ἄλλος παρ᾽ ἐκεῖνον τὸν πρότερον. πῶς λέγεις; οὐ θέμις ἀκοῦσαί σε τοῦτό γε. πόσα δὲ ἡμῖν ἔτη παραμενεῖς χρησμῳδῶν; τρίτον πρὸς τοῖς χιλίοις. εἶτα, ποῖ μεταστήσῃ; ἐς Βάκτρα καὶ τὴν ἐκεῖ γῆν. δεῖ γὰρ ἀπολαῦσαι καὶ τοὺς βαρβάρους ἐπιδημίας τῆς ἐμῆς. τὰ δ᾽ ἄλλα χρηστήρια, τὸ ἐν [f] Διδύμοις, καὶ τὸ ἐν Κλάρῳ, καὶ τὸ ἐν Δελφοῖς, ἔχουσι τὸν [g] προπάτορα τὸν Ἀπόλλω [h] χρησμῳδοῦντα, ἢ ψευδεῖς εἰσιν οἱ νῦν ἐκπίπτοντες ἐκεῖ χρησμοί; μηδὲ τοῦτ᾽ ἐθελήσῃς εἰδέναι, οὐ γὰρ θέμις. ἐγὼ δὲ τίς ἔσομαι μετὰ τὸν νῦν βίον; κάμηλος, εἶτα ἵππος, εἶτ᾽ ἀνὴρ σοφὸς, καὶ προφήτης οὐ μείων Ἀλεξάνδρου. τοιαῦτα μὲν ὁ Γλύκων τῷ Σακέρδωτι διηλέχθη. ἐπὶ τέλει δὲ χρησμὸν ἔμμετρον ἐφθέγξατο, εἰδὼς αὐτὸν Λεπίδῳ ἑταῖρον ὄντα·

Μὴ πείθου Λεπίδῳ· ἐπεί οἱ λυγρὸς οἶτος ὀπηδεῖ.

Πάνυ γὰρ ἐδεδίει τὸν Ἐπίκουρον, ὡς προεῖπον, ὥς τινα ἀντίτεχνον, καὶ ἀντισοφιστὴν τῆς μαγγανείας αὐτοῦ.

Ἕνα

e Δέσποτα] Δέσπωτα male *J.* ſola. *f* Διδύμοις] Sic recte **P. S. B1.** & 2. Δυδύμοις male *J. Fl. H. Fr. Ald.* *g* Προπάτορα] Πατέρα *Fl.* *h* Χρησμῳδοῦντα] Χρησμοδοτοῦντα *J.* ſola. Octo reliquae, ut edidimus.

70. Λεπίδῳ ἑταῖρον ὄντα] Ἔφη γὰρ τὸν Λέπιδον τοῦτον ἐν Ἀμάστριδι κατοικεῖν Ἐπικούρειον ὄντα. *V.*

que *Num quis alius ab illo priore?* nam qui addit νέον, dubitari ſimul non poteſt, quin loquatur de alio, quam ante fuit: ſed quomodo id contigerit, negat mox fas eſſe clarius noſcere. Certe debent convenire. *Sponius* tamen quoque ſic reddebat *Di-moi*, *Glycon*, *qui es tu? Je ſuis le nouvel Eſculape. Es tu Eſculape lui-même*, *ou quelqu'autre*, *qui lui reſſemble? Il n'eſt pas permis de reveler ces myſteres.* *J.G.*

Ibid. Ἄλλος] Sic omnino diſtinguendum, uti a me factum eſt, neque enim ulla ratione paſſus fuerit Glyco, ſe alium ab Aeſculapio priore dici. Hic autem in mentem venit de inſcriptionibus, quae in tabula marmorea Romae in Aeſculapii templo repertae, quaſque Antonini tempore poſitas patet. V. *Fleetwood.* p. 38. quod in his oraculum indicatur, hoc ipſum Alexandri oraculum eſſe ſtatuo. *M. du S.*

Ἄλλος] *Solanus* aliter diſtingui jubet; nec tamen in notis ſuis addit, quid igitur mutarit. Quare id paucis indicabo. In *Junt.* poſt ἐγὼ deerat comma, hoc ibi addidit, poſt νέος comma erat, id in punctum minus mutavit. At correcta illa diſtinctio jam comparebat in *Par.* quam expreſſimus. *J. F. R.*

60. Διδύμοις] Dictum ſupra eſt ad c. 29. V. *Ovid.* Met. I. 516. *M. du S.*

62. Χρησμῳδοῦντα] Ed. *J.* χρησμοδοτοῦντα. quae ſcriptura verior videtur; ſi quidem Lucianus ſuis iſta verbis non ſcripſerit, ſed ipſius inſcriptionis vere verba exhibuerit. v. *Suid.* apud quem ea vox reperitur. *M. du S.*

Χρησμῳδοῦντα] Sic c. 25. verſ. fin. & hic paullo ante idem verbum ab omnibus ſcribebatur. *J. F. R.*

64. Μηδὲ τοῦτ᾽ ἐθελήσῃς εἰδέναι] Vid. *Philoponum* de creatione p. 183. L. IV. c. 20. *M. V. la Croze.*

70. Λεπίδῳ] V. ſupra c. 25. *M. du S.*

Ἕνα γοῦν τινα τῶν Ἐπικουρείων τολμήσαντα καὶ διελέγχειν αὐτὸν ἐπὶ πολλῶν παρόντων, ἐς κίνδυνον οὐ μικρὸν κατέστησεν. ὁ μὲν γὰρ προσελθὼν ἔλεγε μεγάλῃ τῇ φωνῇ, Σὺ μέντοι γε, ὦ Ἀλέξανδρε, τὸν δεῖνα Παφλαγόνα [a] προσαγαγεῖν οἰκέτας αὐτοῦ τῷ ἡγουμένῳ τῆς Γαλατίας, τοὺς ἐπὶ θανάτῳ ἀνέπεισας, ὡς ἀπεκτονότας τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ παιδευόμενον, ὁ δὲ νεανίσκος ζῇ, καὶ ἐπανελήλυθε ζῶν μετὰ τὴν τῶν οἰκετῶν ἀπώλειαν, θηρίοις ὑπὸ σοῦ παραδοθέντων. τοιοῦτον δέ τι ἐγεγένητο. [b] ἀναπλεύσας ὁ νεανίσκος εἰς Αἴγυπτον ἄχρι τοῦ [c] Κλύσματος, πλοίου ἀναγομένου, ἐπείσθη καὶ αὐτὸς εἰς Ἰνδίαν πλεῦσαι, κἀπειδήπερ ἐβράδυνεν, οἱ δυστυχεῖς ἐκεῖνοι οἰκέται αὐτοῦ, οἰηθέντες ἢ ἐν τῷ Νείλῳ πλέοντα διεφθάρθαι τὸν νεανίσκον, ἢ καὶ ὑπὸ λῃστῶν, (πολλοὶ

44. Unum igitur quendam Epicureorum audentem etiam multis praeſentibus ipſum confutare, in periculum non parvum adduxit. Ille enim accedens ait magna voce, *At tu, Alexander, Paphlagoni* (quem nominabat) *perſuaſiſti, ut apud Praeſidem Gallograeciae poſtularet ſervos ſuos ultimi ſupplicii, tanquam qui filium ſuum Alexandreae doctrinae cauſſa verſantem interfeciſſent. Vivit autem adoleſcens, & ſalvus rediit poſt ſervorum interitum, beſtiis a te objectorum.* Factum vero ejusmodi quid fuerat. Adoleſcens, qui adverſo flumine navigarat in Aegyptum ad Clyſma usque, ſolvente *commodum* navi perſuaderi ſibi paſſus eſt, ut & ipſe navigaret in Indiam. Cumque cunctaretur, infelices illi ſervi ipſius, rati aut in Nili navigatione periiſſe adoleſcentulum, aut a latronibus, qui multi

a Προσαγαγεῖν] Προσάγειν P. & marg. *A*1. Vulgatam ſervant *J. Fl. H.* P. &c. b Ἀναπλεύσας] Sic *Fl. Ald. Fr. H. B*2. *S. P.* Ἀποπλεύσας *J.* c Κλύσματος] κλυσμ. minore κ Edd. priores.

80. Ὦ Ἀλέξανδρε τὸν δεῖνα] *Ἴσως ἐνδόξου τοῦ ἀνδρὸς ὄντος τοὔνομα τὸ κύριον * εἰπεῖν παρῃτήσατο. V.*

* Εἰπεῖν] Illud εἰπεῖν inſeruit idem, ſed mallem indicaſſet unde; nam quod verbum proximum παρῃτήσατο pro vulgato παρῃγήσατο repoſuerit, minus neceſſarium erat indicare ex quo fonte hauſerit. *J.F.R.*

86. Θηρίοις] Conf. ſupra c. 2. hujus Dial. *M. du S.*
Ibid. Ὑπὸ σοῦ] Jam demum recte Edd. ſic ſcribunt, cum alibi perpetuo ὑπό σου & ſimilia exhibeant, in encliticae accentu trajiciendo nimium diligentes, quem nos poſt praepoſitionem ſervamus cum adcuratioribus Grammaticis, ut ſupra T. I. jam diximus. *J.F.R.*

87. Ἀναπλεύσας ὁ νεανίσκος εἰς Αἴγυπτον, ἄχρι τοῦ κλύσματος πλοίου ἀναγομένου] *Cum adoleſcentulus in Aegyptum amne adverſo navigaſſet, provecto ad inundationem usque navigio.* Ita vertit *Eraſmus*. At ſi Ptolemæum conſuluiſſet, L. 4. tab. Afr. 3. didiciſſet Κλύσμα eſſe nomen proprium loci in litore maris Rubri, ubi præſidium erat; dicitur enim φρούριον ibi, & ut ex hoc loco conjicio, ubi navigia per Nilum & Ptolemæum fluvium, qui a Trajano renovatus & repurgatus fuerat, adducebantur ἀνήγοντο, & ſic navigatio in Indiam fiebat. Idcirco lege cum majuscula Κλύσματος, & verte, *usque ad Clyſma adducto navigio.* Non dubito autem id nomen fuiſſe a Græcis impoſitum ei loco, Ptolemæis regnantibus, ob acceſſiones maris Rubri, quæ illuc penetrabant, & eum locum ἔκλυζον lavabant. Vide quæ notavi ad *Strabonem* pag. 804. *J.P.a G.*

Ἀναπλεύσας] Videtur *Solanus Juntinae* lectionem ſecuturus fuiſſe, quae ἀποπλεύσας habet; quod quidem non improbaſſem; ſed unam reliquis omnibus hic praevalere nolui, quum & illarum lectio non modo commodum ſenſum exhibeat; verum ſi ab Alexandria is adoleſcens ad reliquas Aegypti partes navigavit, certe adverſo flumine adſendit, ac tum ἀναπλεύσας longe rectius altero, & magis congruum altero ἀναγομένου. *J.F.R.*

88. Κλύσματος] An usque ad loca inundari ſolita? *F.G.*

Κλύσματος πλοίου ἀναγομένου] *Palmerii* notam vidiſti doctam ſane; ſed monendus es, ne tam facile credas ei aſſerenti, navigationem per Aegyptum e mari mediterraneo ſic continuari potuiſſe. Res enim ea aliquoties fruſtra tentata, eo tandem rediit, ut per Nilum mercibus quam fieri poterat longiſſime vectis, terreſtri tandem itinere ad mare rubrum deportarentur, unde in Indiam nova jam inſtituebatur navigatio. Conſule Cl. *Humphr. Prideaux* Hiſt. P. II. L. II. p. 70. & ſeq. Gallicae verſionis noſtrae T. III. p. 114. & ſeqq. Quid ergo fiet, inquies, verbis iſtis Luciani ſatis aperte indicantibus ſola navigatione e mari mediterraneo per Aegyptum Indiam ab hoc petitam? Ego,

ti tum erant, ſublatum, redierunt, amiſſum illum nuntiantes. Tum *ſecutum eſt* oraculum, & condemnatio, poſt quam adfuit juvenis, ſuam peregrinationem enarrans. Haec ille dixit.

[d] δὲ ἦσαν τότε) ἀνῃρῆσθαι, ἐπανῆλθον ἀπαγγέλλοντες αὐτοῦ τὸν ἀφανισμόν. εἶτα ὁ χρησμὸς, καὶ ἡ καταδίκη· μεθ' ἣν ἐπέστη ὁ νεανίσκος, διηγούμενος τὴν ἀποδημίαν. ὁ μὲν ταῦτα ἔλεγεν.

45. Alexander vero indigne ferens ſe redargui, veraeque reprehenſionis impatiens, juſſit, qui praeſentes erant lapidibus illum petere, alioquin ipſos quoque devoti capitis futuros, ejusque adjutores vocatum iri. Cum jam lapidare inciperent, Demoſtratus aliquis peregrinatus in Ponto, circumfuſus primum homini, morti illum eripuit, cum parum abeſſet, quin obrueretur lapidibus: merito ille quidem. Quid enim referebat ſolum ſapere inter tot inſanientes, & luere alienam Paphlagonum ſtultitiam? Et haec de illo ejusmodi *erant*.

Ὁ δὲ Ἀλέξανδρος ἀγανακτήσας ἐπὶ τῷ ἐλέγχῳ, καὶ μὴ φέρων τοῦ ὀνείδους τὴν ἀλήθειαν, ἐκέλευε τοὺς παρόντας λίθοις βάλλειν αὐτὸν, ἢ καὶ αὐτοὺς ἐναγεῖς ἔσεσθαι, καὶ [e] Ἐπικούρους κληθήσεσθαι. τῶν δὲ βάλλειν ἀρξαμένων, Δημόστρατός τις ἐπιδημῶν [f] τῷ Πόντῳ, πρῶτος περιχυθεὶς, ἐρρύσατο τοῦ θανάτου τὸν ἄνθρωπον, μικροῦ δεῖν καταλευσθέντα, πάνυ δικαίως. τί γὰρ ἔδει μόνον φρονεῖν ἐν τοσούτοις μεμηνόσι, καὶ παραπολαῦσαι τῆς Παφλαγόνων μωρίας; καὶ τὰ μὲν κατ' ἐκεῖνον, τοιαῦτα.

46. Si vero eorum alicui, qui advocarentur ordine oraculorum (fiebat autem hoc

Εἰ δέ τινι προσκαλουμένων κατὰ τάξιν τῶν χρησμῶν (πρὸ μιᾶς δὲ τοῦτο τοῦ θεσπίζειν ἐγί-

d Δὲ] Sic omnes praeter *J.* quae γὰρ. *e* Ἐπικούρους] Sic Edd. omnes, excepta *J.* quae ἐποικούρους. *f* Τῷ Πόντῳ] Τοῦ Πόντου P. & L.

go, ut verum fatear, Lucianum hic erraſſe puto, videntur enim haec verba id indicare factum, quod tota vetus hiſtoria fieri potuiſſe negat. Niſi forſan verba ejus corrupta ſint. Sed in libris quidem noſtris nihil ſubſidii comperio. *M. du S.*

Κλύσματος] Interpretum errorem, Κλύσμα urbis nomen eſſe neſcientium, praeter *Palmerium* caſtigavit praeſertim *Bochartus* in Phaleg. 2, 18. Sed ἀνάγεσθαι ipſi quoque non recte videntur cepiſſe, quod ad primam illam verſus *Clyſma* navigationem referrent. Obſervat, & de Clyſmate quae ſciuntur tradit omnia, decus literarum noſtrarum *Petrus Weſſelingius* ad Hieroclis Synecdemum p. 728. ſeq. Interpretatio noſtra & verbis Luciani ſatisfacere nobis videbatur, conſtantique uſui verbi ἀνάγεσθαι, quod *ſolvere*, *navigationem incipere* ſignificat; & Geographicae obſervationi nulli contradicere. Clyſma portum Aegyptium fuiſſe in litore maris Erythraei, conſtat inter omnes. Juvenis hic, Alexandreae qui vixerat, invectus oſtio Canopico Nili adverſo flumine pervenire poterat ad verticem usque τοῦ Delta, atque inde Trajani foſſa navigare in mare Erythraeum, & litus legendo adire portum Clyſmatis, unde navigare ad Indos ſolebant, etiamſi is intervallo LX. M. P. a capite foſſae Trajani abfuit. *J. M. G.*

92. Διεφθάρθαι] Sola *Amſt.* male διεφθάρθει, quod in marg. correxit *M. V. la Croze.*

94. Γὰρ] Ed. *J.* in aliis δέ. *M. du S.*

Δὲ] Cur illud γὰρ pro δὲ non receperim, vid. mox ad c. 46. No. 13. *J. F. R.*

4. Ἐπικούρους] Mallem Ἐπικουρείους ut cap. ſeq. *M. du S.*

Ἐπικούρους] Si conſtans ſit lectio Ἐπικούρους, nec novi, qui habeat ἐπικουρείους, non dubito, ad ipſam appellationem reſpexiſſe vel Lucianum, vel ipſum adeo Alexandrum: idque expreſſi, cum ambiguitatem non ferat Latinus ſermo. Qui non puniret olim hereticum hominem, & ulciſceretur, vocatus licet, ſanctam matrem eccleſiam; ille quo in periculo fuerit, ſatis conſtat. Ἐπίκουρον proprie eſſe, qui adjuvet oppugnatum ab aliis, obſervat Schol. ad Il. Β, 130. *J. M. G.*

Ἐπικούρους] Hoc majorem emphaſin habet, quam ſi adjective efferatur; nonnihil tamen ex emphaſi amittit, quum plurali num. profertur, ideoque adſentior *Solano* ex cap. ſeq. argumentanti. Nihil vero muto, etſi Interprett. priſtini ſubſtantivum in Graeco ſervantes, tamen *Epicureos* verterunt. *J. F. R.*

12. Κατὰ τάξιν] Conf. ſupra c. 19. *M. du S.*

13. Μιᾶς δὲ] *Solanus* ſupra c. 44. πολλοὶ δὲ, in γὰρ mutarat, ex una *J.* Ego id ſtudio neglexi; nam ſi id ibi falſum, & hic male ſe haberet; cum igitur hic nihil mutet, etiam ſupra intactum relinquatur. Sic *Hom.* Il. Ζ. 47. δὲ quoque uſurpat, ubi & γὰρ locum habet; & ubi id in γὰρ propter verſum non poteſt mutari. Cum enim magnum liberationis pretium promiſiſſet,

ἐγίγνετο,) καὶ ἐρομένου τοῦ κήρυκος εἰ [a] θεσπίζοι; [b] τῷ δὲ ἀνεῖπεν ἔνδοθεν· Ἐς κόρακας, οὐκ ἔτι τὸν τοιοῦτον οὔτε στέγη τις ἐδέχετο, οὔτε πυρὸς, ἢ ὕδατος ἐκοινώνει, ἀλλ' ἔδει γῆν πρὸ γῆς ἐλαύνεσθαι, ὡς ἀσεβῆ, καὶ ἄθεον, καὶ Ἐπικούρειον· ἥπερ ἦν ἡ μεγίστη λοιδορία.

Ἓν γοῦν καὶ γελοιότατον ἐποίησεν ὁ Ἀλέξανδρος· εὑρὼν γὰρ τὰς Ἐπικούρου κυρίας δόξας, τὸ κάλλιστον, ὡς οἶσθα, τῶν βιβλίων, καὶ [c] κεφαλαιωδῶς περιέχον τῆς τἀνδρὸς σοφίας τὰ δόγματα, κομίσας ἐς τὴν ἀγορὰν μέσην, ἔκαυσεν ἐπὶ ξύλων συκίνων, ὡς δῆθεν αὐτὸν καταφλέγων, καὶ τὴν σποδὸν ἐς θάλασσαν ἐξέβαλεν, ἔτι καὶ χρησμὸν ἐπιφθεγξάμενος·

pridie quam reſponderet) atque interrogante praecone, *An reſponderet?* intus diceret: *Ad corvos!* hunc talem neque tectum amplius recipiebat, neque ignem ei neque aquam impertiebat quiſquam; ſed cogebatur e terra una vagari ad aliam, tanquam impius homo, & atheus, & Epicureus, quod quidem maximum erat convicium.

47. Unum ergo maxime ridiculum fecit Alexander. Cum inveniſſet ſententias Epicuri principes; pulcherrimum, quod noſti, illius librorum & capitalem, qui placita ſapientiae hujus viri contineat, in medium forum prolatas ficulneis lignis cremavit, quaſi ipſum videlicet exureret, & in mare abjecit cineres, oraculo adjecto: Edi-

a Θεσπίζοι] Θεσπίζει *Fl.* *b* Τῷ] Τὸ vult *Marc.* Nil mut. Edd. *c* Κεφαλαιωδῶς] Ex emendat. *Solani.* Κεφαλεῶδες *J.* Κεφαλαιώδη *Fl.* Κεφαλαιῶδες reliquae.

17. Ἀλλ' ἔδει γῆν πρὸ γῆς] Γῆν πρὸ γῆς. τοῦτο εἴωθε λέγεσθαι * Ἀθηναίοις, ἀντὶ τοῦ κατὰ πάσης τῆς γῆς, ὅ φαμεν τόπον ἐκ τόπου. *V.*

* Ἀθηναίοις] Sic recte V. pro Ἀθηναῖος, quod erat in Ed. *Clerici.*

† Θιασώτης] Διασώτης male in Editis. Correxit ex ingenio *M. du S.*

25. Κομίσας ἐς τὴν ἀγορὰν] Σημειοῦ ὡς † θιασώτης ἦν καὶ οὗτος ὁ ‡ ἐπὶ κακῷ τῆς αὐτοῦ κεφαλῆς τοῖς λόγοις ἐγγυμνασάμενος Λουκιανὸς τῆς Ἐπικούρου αἱρέσεως. *V.*

‡ Ἐπὶ κακῷ] Ἐπικαλῶν peſſime Edit. Ἐπὶ καλῷ V. unde ἐπὶ κακῷ fecit *M. du S.*

ſiſſet, ſtatim ſubjicit: Πολλὰ δή σ' ἐν ἀφνειοῦ πατρὸς κειμήλια κεῖται. Quod Cl. *S. Clarke* reddidit: *multae utique res pretioſae in divitis patris domo reconditae jacent.* Recte; ſed an *enim* non etiam hic eodem rediret? *J. F. R.*

14. Καὶ ἐρομένου τοῦ κήρυκος εἰ θεσπίζοι, τῷ δὲ ἀνεῖπεν ἔνδοθεν ἐς κόρακας] Καὶ ἐρομένου τοῦ κήρυκος, εἰ θεσπίζοι; τὸ δὲ ἀνεῖπεν ἔνδοθεν, ἐς κόρακας. *Th. M.*

15. Τῷ δὲ] Forſan τότε. *F. G.*

18. Γῆν πρὸ γῆς] (Significat *ſolum vertere*, γῆν πρὸ γῆς *cogito* i. e. *de fugiendo*, *Cicer.* ad Att. *Vorſt.*) & *Cic.* de nat. deorum I. *M. du S.*

Ἐλαύν.] Ἐλαύνειν γῆν *pervagari terram.* Sic infra *Rhet. pr.* c. 5. Et *Aelian.* I. 33. *J. F. R.*

22. Ἐπικούρου κυρίας δόξας] *Epicuri ratas ſententias*, quas *Diog. Laërt.* integras exhibet in vita Epicuri. *M. V. la Croze.*

Ibid. Κυρίας δόξας] V. *Diog. Laërt.* 273. D. *M. du S.*

24. Κεφαλαιωδῶς] Hanc vocem emaculavimus, quae in omnibus antea κεφαλαιῶδες legebatur, niſi quod in *Fl.* legitur κεφαλαιώδη. *M. du S.*

26. Συκίνων] Ex ligno ficulno fumum exiſtere acerrimum ac moleſtiſſimum *Plut.* in Sympoſ. perhibet. Si qua igitur ratio Alexandrum Pſeudomantem impulit, ut Epicurei κυρίας δόξας ficulnis cremaret lignis, ea (ut opinor) fuit, non ut eum nullius pretii philoſophum judicaret. *G. C.*

Συκίνων] V. ἀπαιδ. σ. ubi συκίνη γνώμη. & *Brod.* p. 501. Theſ. Cr. II. Vol. *M. du S.*

32. Τοῖς ἐντυχοῦσιν] Conf. infra cap. ult. hujus Dial. *M. du S.*

38. Ὑπὸ δᾳδί] Male Cod. Angl. ὕδατι. *J. B.*

Ibid. Δᾳδί] Eſt etiam in P. L. & Ed. *J.* ut in Angl. ὕδατι. In reliquis δᾳδί, uti Μεν. c. 7. Φιλοψ. c. 12. ideoque ſervavi. P. non agnoſcit ὑπὸ, quod ideo rejecimus. *M. du S.*

Δᾳδί] Qui ὕδατι introduxere, forſan decepti ſunt a voce ſequente σκίλλῃ, quam pro σκύλλῃ monſtro marino accipientes, aquam etiam, non ignem addendum credidere. De illo autem luſtrandi ritu ope *taedae & ſcillae*, vid. ſupra T. I. p. 466. ſive *Necyom.* c. 7. ibique notam Cl. *Hemſterh.* 76. *J. F. R.*

44. Καὶ τὸν Ῥουτιλλιανὸν] Intellige generum habens. *F. G.*

Καὶ τὸν Ῥουτ. εὐδ. πάροδον] Sic omnes libri, niſi quod in *Fl.* Cod. *Bourd.* deſunt εὐδοκιμοῦντα πάροδον, in ejusdem vero loci impreſſo poſterius vocabulum omittitur. In P. non eſt καί. Locus eſt ſane difficilis, &, ut mihi quidem videtur, corruptus. Si enim vulgatam ſcripturam ſequare, quid erit, ἐπὶ τὸν Ῥουτιλλιανόν.

Edico decreta ſenis comburere caeci;
Ignorabat nempe homo execrabilis, quantorum bonorum liber ille legentibus cauſſa fiat, quantam in illis pacem, tranquillitatem, libertatem efficiat, qui a timoribus, & ſpectris, & prodigiis non minus, quam a ſpe vana & non neceſſariis cupiditatibus eos liberet; ſed intelligentiam & veritatem inſerat, & vere mentes purget non face, aut ſquilla, & nugis ſimilibus, ſed recta ratione, & veritate, & libertate.

48. Inter reliqua vero unum quoddam & audaciſſimum facinus impuri hominis audi. Cum aditus faciles haberet ad Regiam atque aulam, & Rutilianum gratia florentem, mittit ad illum oraculum vigente bel-

Πυρπολέειν κέλομαι δόξας ἀλαοῖο γέροντος.
Οὐκ εἰδὼς ὁ κατάρατος ὅσων ἀγαθῶν τὸ βιβλίον ἐκεῖνο τοῖς ἐντυχοῦσιν αἴτιον γίγνεται, ϗ ὅσην αὐτοῖς εἰρήνην, ϗ ἀταραξίαν, ϗ ἐλευθερίαν ἐνεργάζεται, δειμάτων μὲν ϗ φασμάτων, ϗ τεράτων ἀπαλλάττον, ϗ ἐλπίδων ματαίων, ϗ περιττῶν ἐπιθυμιῶν· νοῦν δὲ ϗ ἀλήθειαν ἐντιθὲν, ϗ καθαῖρον, ὡς ἀληθῶς, τὰς γνώμας, [d] οὐ δαδὶ ϗ σκίλλῃ, ϗ ταῖς τοιαύταις φλυαρίαις, ἀλλὰ λόγῳ ὀρθῷ, ϗ ἀληθείᾳ, ϗ παῤῥησίᾳ.

Ἐν δὲ τοῖς ἄλλοις, ἕν τι καὶ μέγιστον τόλμημα τοῦ μιαροῦ ἀνδρὸς ἄκουσον· Ἔχων γὰρ οὐ μικρὰν ἐπίβασιν ἐπὶ τὰ βασίλεια, ϗ τὴν αὐλὴν, [e] ϗ τὸν Ῥουτιλλιανὸν [f] εὐδοκιμοῦντα [πάροδον,] διαπέμπεται χρησμὸν τοῦ

ἐν

d Οὐ δαδὶ] Οὐχ ὑπὸ δαδὶ Edd. *H. P. Ald. Fl. B2. Fr. S.* Ὑπὸ ὕδατι *J.* marg. *A1.* Et Codd. A. L. Ὕδατι ſine ὑπὸ P. e Καὶ τὸν] Sic Edd. omnes. Sed *Pell.* ϗ delet. f. Εὐδοκιμοῦντα πάροδον] Deſunt haec duo in R. πάροδον etiam omittit *Fl.*

νὸν πάροδον. Aut ipſe Rutilianus πάροδος? *Aditusne ad Rutilianum*, aut *ipſum Rutiliani aditum?* At πάροδος, etſi hoc apud alios alicubi ſignificare comperiatur, apud Lucianum paullo aliter uſurpatur, de iis, qui publice dicturi prodeunt. Vide finem *Herc. Gall.* c. 7. Sed demus ſic ſumi, an de Rutiliano, ut de Imperatore locuturum cenſes Lucianum? aut *ipſum aditum* eſſe dices. V. omnino *Dem.* Phil. III. Neutrum ego facile admiſerim. Dicam itaque, quod ſentio, tu judica. Scripſerat Lucianus διὰ τὸν Ῥουτιλλιανὸν τὸν γαμβρόν. Vel ſi hoc nimis recedere videbitur, πρὸς τὸν γαμβρόν. lege πρόσοδον. (ut in innumeris Luciani locis occurrit) hoc ſenſu, *gratia generi ſui Rutilliani.* Vel *patroni ſui. Vorſtius* παρ' ὁδὸν malebat, uti ap. *Ignat.* emendandum cenſeo p. m. 125. B. Quidquid ſit; haec enim jam in medio relinquo, facile ceſſurus, ſi quid melius proferatur; in iis quae mox ſequuntur, duo haec diligenter obſervanda ſunt. Primo *M. Aurel.* cum haec ſcriberentur, mortuum, cum Lucianus eum *Divum* vocet. Secundo, bellum de quo deinceps ſermo eſt, geſtum anno circiter CLXX. & ſeqq. usque ad annum CLXXIV. vel CLXXV. Ex quibus jam certe de Luciani aetate conſtat. Sed de hoc paullo poſt plura. *M. du S.*

Ibid. Εὐδοκιμοῦντα πάροδον] Hæc deſunt in Flor. Cod. *J. B.*

Εὐδοκιμοῦντα πάροδον] Ubi in vulgatis editionibus legitur: Ἐχων γὰρ οὐ μακρὰν ἐπίβασιν ἐπὶ τὰ βασίλεια, ϗ τὴν αὐλὴν, ϗ τὸν Ῥουτιλλιανὸν εὐδοκιμοῦντα πάροδον, διαπέμπεται χρησμὸν, τοῦ ἐν Γερμανίᾳ πολέμου ἀκμάζοντος. duas voces, εὐδοκιμοῦντα πάροδον, deeſſe Flor. Codici, notat *Bourdelotius.* In editione tamen Florentina omiſſo τῷ, πάροδον, conſpicitur τὸ, εὐδοκιμοῦντα. Voce πάροδον ſatis poſſumus hic carere: nec quid illa ſibi hic velit, perſpicio. *J. J.*

45. Πάροδον] Τὸ πάροδον gloſſema videtur τοῦ ἐπίβασιν e margine in contextum traductum. *F. G.*

Πάροδον] Includendam puto πάροδον, aut potius plane ejiciendam Florentinae editionis auctoritate, tanquam gloſſam, ad ἐπίβασιν, rarioris uſus nomen, relatam, quam προσαγωγὴν etiam dicere licuiſſet. *J. M. G.*

Πάροδον] Adparet & Cl. *Geſner.* hoc vocabulum cum *Jenſio* ejectum velle, quod in verſione id non attigerit; nec ego ingererem, ſi abeſſe a pluribus viderem. Poſſes autem παρόδιον legere, ac vertere: *habens Rutilianum adjutorem.* pro *fulcro* enim columnae, ex *Plat.* Dom. *Kuhn.* ad *Polluc.* VI. S. 121. adfert, uncinis tamen ſecluſi ut ſuſpectum. Alioqui cum πάροδος ſignificet carmen quod chorus primus in theatro canebat, vid. *Kuhn.* & *Jung.* ad Polluc. IV. 7. 53. p. 374. (Sic enim pro πάρωδος recte ſcribendum docet ille; nam ibid. IV. c. 15. ſegm. 108. ipſe *Pollux* ad etymologiam vocabuli ducit ſcribens: ϗ ἡ μὲν εἴσοδος τοῦ χοροῦ πάροδος καλεῖται.) Ut itaque *prologus* tam de oratore ipſo quam de ſermone accipitur: ita poſſis & πάροδος utrovis more accipere, & cogitare an *Rutilianus* non item hic dicatur *praecentor* Alexandri, qui praeſtigiatori ſuo praeludat ac populum alliciat? Sed totum πάροδον ejicere, quam nimis argutari malo. Si vero probare poſſem, id *introductorem* ſignificare, omnino retinerem. *J. F. R.*

ἐν Γερμανίᾳ πολέμου ἀκμάζοντος· ὅτε θεὸς Μάρκος ἤδη τοῖς Μαρκομάνοις καὶ Κουάδοις συνεπλέκετο. ἠξίου δὲ ὁ χρησμὸς δύο λέοντας ἐμβληθῆναι ζῶντας ἐς τὸν Ἴστρον μετὰ πολλῶν ἀρωμάτων, καὶ θυσιῶν μεγαλοπρεπῶν. ἄμεινον δὲ αὐτὸν εἰπεῖν τὸν χρησμόν.

Ἐς δίνας Ἴστροιο [a] διιπετέος ποταμοῖο,
[b] Ἐμβαλέειν κέλομαι δοιοὺς Κυβέλης θεράποντας,
Θῆρας ὀρειτρεφέας· καὶ ὅσα τρέφει Ἰνδικὸς ἀὴρ
Ἄνθεα, καὶ βοτάνας εὐώδεας· αὐτίκα δ᾽ ἔσται
Νίκη, καὶ μέγα κῦδος, ἅμ᾽ εἰρήνῃ ἐρατεινῇ.

Γενομένων δὲ τούτων, ὡς προσέταξε, τοὺς μὲν λέοντας, ἐκνηξαμένους ἐς τὴν πολεμίαν, οἱ βάρβαροι ξύλοις κατειργάσαντο, ὥς τινας κύνας, ἢ λύκους ξενικούς. αὐτίκα δὲ τὸ μέγιστον τραῦμα τοῖς ἡμετέροις ἐγένετο, [c] δισμυρίων που σχεδὸν ἀθρόων ἀπολομένων. εἶτα ἠκολούθησε τὰ περὶ Ἀκυληΐαν γενόμενα, καὶ ἡ παρὰ μικρὸν τῆς πόλεως ἐκείνης ἅλωσις. ὁ δὲ, πρὸς τὸ ἀποβεβηκὸς τὴν Δελφικὴν ἐκείνην ἀπολογίαν, καὶ τὸν τοῦ Κροίσου χρησμὸν [d] ψυχρῶς παρῆγε, νίκην μὲν γὰρ προειπεῖν τὸν θεὸν, μὴ μέντοι δηλῶσαι, Ῥωμαίων ἢ τῶν πολεμίων.

Ἤδη δὲ πολλῶν [e] ἐπιῤῥεόντων, καὶ τῆς πόλεως αὐτῆς θλιβομένης ὑπὸ τοῦ πλήθους τῶν ἐπὶ τὸ χρηστήριον ἀφικνουμένων, καὶ

lo Germanico, cum Divus Marcus jam Marcomannis & Quadis eſſet implicitus. Poſtulabat autem illud oraculum Leones duo conjici vivos in Iſtrum multis cum aromatis, & ſacrificiis magnificis. Sed melius eſt ipſum ponere oraculum:

Iſtri vorticibus, lapſis divinitus undis,
Praecipitare duos Cybeles, edico, miniſtros
Montibus eductos: &, quos alit Indicus aër
Flores, atque herbas fragrantes, evenietque
Mox victoria, maxima gloria, paxque benigna.

Factis autem hiſce uti juſſerat, leones cum in hoſticum enataſſent, lignis confecere barbari, uti canes quosdam, aut lupos peregrinos: ſtatimque maximum vulnus noſtri accepere, vicies mille fere uno loco amiſſis. Deinde conſecuta ſunt ea, quae ad Aquileiam contigere, urbsque illa pene capta. At ille ad eventum *excuſandum*, Delphicam illam defenſionem, & Croeſi oraculum frigide protulit, victoriam nempe praedixiſſe Deum, neque tamen declaraſſe, Romanorumne ea eſſet an hoſtium?

49. Jam vero confluentibus multis, ipſaque urbe preſſa a multitudine venientium ad oraculum, nec ſatis rerum neceſſariarum ha-

a Διιπετέος] Διιπ. *Vorſt.* Nil mut. *Fl. Ald. J. P. B2. H.* *b* Ἐμβαλέειν] Ἐσβαλέειν *J.* ſola. *c* Δισμυρίων] Δυσμ. *J.* male cum *Ald.* & reliqq. *d* Ψυχρῶς] Sic P. & Edd. plurimae. Ψυχρὸς *Fl.* male. *e* Ἐπιῤῥεόντων] Ἐπιστρεόντων marg. *A1W.* Ἐπὶ πολλοῦ ἐπιστρ. P. & A. Nihil mut. Edd.

47. Μάρκος] Vixit poſt Marcum Lucianus. Hanc hiſtoriam vid. depictam in *Col. Antonina*, pag. 13. *M. V. la Croze.*

59. Γενομένων] Faceſſent jam, qui M. Aur. Antoninum nullis hujusmodi ſuperſtitionibus, auctore *Xiphilino*, umquam ſuccubuiſſe putant. Manifeſto hic deprehenditur ſuperſtitionis abſurdiſſimae reus. In iis etiam quae de legione Fulminatrice vulgo feruntur, quomodocunque demum geſta ſint, aut ad magicas artes, aut ad religionem incognitam confugiſſe coarguitur. V. etiam *J. Capitol.* in M. Aur. XIII. ubi *tantum hujus belli terrorem fuiſſe* ait, *ut undique Sacerdotes Antoninus acciverit, peregrinos ritus impleverit, Romam omni genere luſtraverit, retardatusque a bellica profectione ſit.* ut ergo haec quae hic a Luciano narrantur, non ſint ab ipſo Marco facta, quod hiſtoriae credo repugnat, in illis certe arguetur. Conf. *Baron.* ad an. Chr. 171. & qui eum citat, auctorem *M. Aur.* operibus ejus praefixae. *M. du S.*

63. Τραῦμα] Vid. Ep. *Marci* ad calcem *Apol.* 4. *Juſtini.* *M. V. la Croze.*

Ibid. Δισμυρίων] Aliter rem narrat *J. Capitol.* in M. Aur. Ant. XIV. cum enim Aquilejam usque veniſſe hoſtes dixiſſet, exercitus partem cum Furio Victorino Praefecto praetorio interiiſſe ait. *M. du S.*

68. Κροίσου χρ.] V. Ζ. Τρ. c. 20. *M. du S.*

72. Πελ-

habente, oracula excogitat, quae nocturna vocaret. Sumtis enim libris, incubabat, prout dicebat, & quaſi per quietem audita a Deo reſpondebat *oracula*, non tamen aperta pleraque, ſed ambigua & perturbata; in primis ſi quando videret curioſius obſignatum libellum. Periculum enim *aperiendi* non ſubiens, quidquid in mentem veniret, ſubſcribebat temere, oraculis illud quoque convenire ratus. Et erant conſtituti ad hoc ipſum interpretes, qui mercedes non tenues acciperent, interpretationis & explicationis cauſſa, ab his, quibus talia oracula reddita fuerant. Hoc quoque illorum opus tributarium erat: pendebant enim interpretes Alexandro talentum unusquisque Atticum.

50. Interdum vero, licet neque interrogaret quisquam, neque miſſus eſſet, quin neque omnino eſſet, (*ad quem pertineret oraculum*) oracula fundebat ad ſtuporem hominum inſipientium: quale eſt hoc quoque:

Scire cupisne tuam quis nuptam, Calligeniam,
In ſtratis furtim ſubigat tecto ſub herili?

Servus Protogenes, is, cui tute omnia credis.
Is tibi quod dederat, dat ei rurſus tua conjux,

τὰ ἐπιτήδεια διαρκῆ μὴ ἐχούσης, ἐπινοεῖ τοὺς νυκτερινοὺς καλουμένους χρησμούς. λαμβάνων γὰρ τὰ βιβλία, ἐπεκοιμᾶτο, ὡς ἔφασκεν αὐτοῖς, καὶ ὡς ὄναρ παρὰ τοῦ θεοῦ ἀκούων ἀπεκρίνετο, οὐ μέντοι σαφεῖς τοὺς πολλοὺς, ἀλλὰ καὶ ἀμφιβόλους, καὶ τεταραγμένους, καὶ μάλιστα εἴ ποτε θεάσαιτο περιεργότερον τὸ βιβλίον κατεσφραγισμένον. οὐ γὰρ [f] παρακινδυνεύων τὸ [g] ἐπελθὸν ἄλλως ὑπέγραφε, χρησμοῖς πρέπον καὶ τὸ τοιοῦτον οἰόμενος· καὶ ἦσάν τινες ἐξηγηταὶ ἐπὶ τούτῳ καθήμενοι, καὶ μισθοὺς οὐκ ὀλίγους ἐκλέγοντες παρὰ τῶν τοὺς τοιούτους χρησμοὺς [h] ἀπολαμβανόντων ἐπὶ τῇ ἐξηγήσει καὶ διαλύσει αὐτῶν· καὶ τοῦτο αὐτῶν τὸ ἔργον ὑπόμισθον ἦν. ἐτέλουν γὰρ οἱ ἐξηγηταὶ τῷ Ἀλεξάνδρῳ τάλαντον Ἀττικὸν ἑκάτερος.

Ἐνίοτε δὲ, μήτε ἐρομένου τινὸς, μήτε πεμφθέντος, ἀλλ' οὐδὲ ὅλως ὄντος, ἐχρησμῴδει πρὸς ἔκπληξιν τῶν ἀνοήτων, οἷον καὶ τοῦτο·

Δίζεαι ὅστις σὴν ἄλοχον μάλα πάγχυ λεληθὼς
Καλλιγένειαν ὑπὲρ λεχέων σαλάγει κατὰ δῶμα
Δοῦλος Πρωτογένης, τῷ δὴ σύ γε πάντα πέποιθας.
[i] Ὠπύιες γὰρ ἐκεῖνον, ὅδ' αὖθις σὴν παράκοιτιν,

Ἀν-

f Παρακινδυνεύων] Παρακινῶν P. aut L. (Sic expreſſis verbis ſignante *Solano*) Παρακινδύνων male A. Παρακινδυνεύων *Fl.* Vulgatam habent cett. *g* Ἐπελθὸν] Sic *J.* Ὑπελθὸν reliquae. Ἔδεθλον male A. *h* Ἀπολαμβ.] Ex *Pell.* reſtitutum. Ὑπολαμβ. Edd. priores. *i* Ὠπύιες] Sic reſtitui ex *Fl.* Ὤπυες cett.

72. Πολλῶν ἐπιρρεόντων] Cod. Angl. πολλῶν ἐπὶ πολλοῦ ἐπεσρεόντων. *J.B.*

83. Παρακινδυνεύων τὸ ὑπελθόν] Angl. Cod. παρακίνδηνον τὸ ἔδεθλον. *J.B.*

Ibid. Ἐπελθὸν] Sic recte Ed. *J.* vulgatae vero ὑπελθὸν. Quod nullibi hoc ſenſu reperias, ut ἐπέρχομαι frequentiſſime, cum apud Lucianum tum apud optimos quosque linguae Graecae ſcriptores. *M du S.*

Ἐπελθὸν] Ἐπέρχεσθαι de eo quod mihi in mentem venit uſitatum eſſe, vid. in not. Cl. *Hemſterh.* ad *Prometh.* c. 2. p. 26. T. I. No. 31. *J.F.R.*

98. Σαλάγει] Verbum σαλάγει alibi, credo, non invenitur. Ideo credo id fuiſſe deterioris notæ, ut ſæpe obſcoena verba a ſola viliore plebe uſurpantur. Forte fuit Paphlagonicum & Abonitichitis ſolis familiare: videtur ἀπὸ τοῦ ἄγειν & σαλεύειν deduci. *J.P.* a *G.*

Σαλάγει] At σαλαγεῖ, ταράσσει exponit *Heſych.* Verum id huc nihil facit. *J.F.R.*

3. Ὤπυες] Ὠπύιες. *F.G.*

Ὠπύιες] Notaverat quidem *Solan.* ὠπήιες eſſe in *Fl.* Verum vulgatam intactam reliquerat, quam ego mutavi, tum propter metrum, tum quod vel in proſa ſic ſcribi ſolet. *J.F.R.*

18. Πολ-

'Αντίδοσιν ταύτην ὕβρεως ἰδίας ἀποτίνων.
'Αλλ' ἐπὶ σοὶ δὴ φάρμακ' ἀπ' αὐτῶν λυγρὰ τέτυκται,
Ὡς μήτ' εἰσαίοις, μήτ' εἰσοράας ἃ ποιοῦσιν.
Εὑρήσεις δὲ κάτω ὑπὸ σῷ λέχει ἀγχόθι τοίχου,
Πρὸς κεφαλῆς· καὶ σὴ θεράπαινα σύνοιδε Καλυψώ.

Τίς οὐκ ἂν Δημόκριτος διεταράχθη, ἀκούσας [a] ὀνόματα, καὶ τόπους ἀκριβῶς; εἶτα μετ' ὀλίγον κατέπτυσεν ἄν, συνεὶς τὴν ἐπίνοιαν αὐτῶν;

'Αλλὰ καὶ βαρβάροις πολλάκις ἔχρησεν, εἴ τις τῇ πατρίῳ ἔροιτο φωνῇ Συριστὶ, ἢ Κελτιστὶ, [b] οὐ ῥᾳδίως ἐξευρίσκων τινὰς ἐπιδημοῦντας ὁμοεθνεῖς τοῖς δεδωκόσι. Διὰ τοῦτο καὶ πολὺς [c] ἐν μέσῳ χρόνος ἦν τῆς τε δόσεως τῶν βιβλίων, καὶ τῆς χρησμῳδίας, ὡς ἐν τοσούτῳ κατὰ σχολὴν [d] λύοιντό τε οἱ χρησμοὶ ἀσφαλῶς, καὶ εὑρίσκοιντο οἱ ἑρμηνεῦσαι δυ-

Vindictam is repetit factis pro turpibus istam.
Triſtia jamque tibi per utrosque venena parata,
Ut neque quae faciunt videas, nec ea audiat auris:
Ad murum invenies haec, & ſuppoſta cubili
Ad caput: eſt horum tua conſcia ſerva Calypſo.

Quis non Democritus confundatur auditis nominibus accurate & locis, ac deinde paullo poſt non deſpuat intellectum illorum contentum?

51. Verum reſpondit ſaepe etiam barbaris, ſi quis patria lingua interrogaret, Syriace aut Celtice, non facile inveniens commorantes in urbe ejuſdem gentis, cujus eſſent, qui darent *libellos*. Propterea & multum temporis intercedebat inter datos libellos, & ipſa oracula, ut interea per otium ſolverentur libelli ſecure, invenirenturque qui

a 'Ονόματα] Τὰ ὀνόματα marg. *A1W.* b Οὐ] Deeſt in *Fl.* Adeſt in aliis. c 'Εν μέσῳ] 'Ο ἐν μέσῳ marg. *A1W.* d Λύοιντο] Sic Edd. omn. Δέδοιντο P. A. Δίδοιντο L.

18. Πολλάκις] Παυράκις. *Heſych.* παυράκις, ὀλιγάκις. *F.G.*

24. Λύοιντο] Angl. δέδοιντο. *J.B.*

Λύοιντο] Δέδοιντο, A. & P. Δίδοιντο L. Sed receptam ſcripturam ut meliorem ſequor. *M. du S.*

Λύοιντο — χρησμοὺς] Λύειν χρησμοὺς eſt interpretari oracula. Sed hac de re hic ſermo non eſt, verum de reſignandis caute, & iterum obſignandis libellis eorum, qui oracula poſcerent. Itaque χρησμοὺς, quod jam ab *Eraſmo* factum video, accipio illos libellos, ſ. tabellas, in quibus ſubſcribendum erat interrogationi oraculum. Ita paullo poſt χρησμοὶ ὀκτὼ ſunt *quaeſtiones*, ſive *petitiones oraculorum* octo. *J.M.G.*

28. Μόρφι] Angl. Cod. ſic habet hanc barbariem, ſive, ut ipſe alibi dixit, ἀσαφῆ καὶ ἄσημα.

Μορφεῦ βαργούλω ἰχὶ ἀγχινέχεψι φάος δε. *J.B.*

Μόρφι] Si qui ſint, qui Scythice intelligant, Graece etiam docti, enarrent nobis, quid hoc monſtri ſit. Sed ſi aliquid ſcitu dignum ſub hiſce barbaris vocibus latuiſſet, Luciano non defuiſſent, qui interpretarentur, nec ille nobis invidiſſet. Si Illyrio non Scythae datum fuiſſet, crederem ei promiſſam vitam longaevam, aequalemque vitae Bardylidis illius Illyrici regis, qui memoratur a noſtro in Μακρ. c. 10. *M. du S.*

Μόρφι] Corruptiſſima haec eſſe, ipſa varietas ſatis indicat. Ego aut reponerem lectionem Anglici Codicis prolatam a *Bourdelotio*, aut certe verba εἰς σκιὴν uncinis arcerem: verſum dare qualemcunque, auctori propoſitum fuiſſe apparet. Hunc omiſſis εἰς σκιὴν, & adjuncto ἄλλος vel ἄλλως effici, apparet. Sed forte praeſtat Anglici codicis lectio, quae & ipſa hexametro concluſa eſt. Quid vero ſibi velint verba barbara, & corrupta inſuper, in alterutra certe lectione; non equidem divinaverim. Scythica ſi ſint, quin qualiacunque ſint, modo ſint humana, delegarim meo ſuffragio, Theophilo Sigefrido Bayero, amico veteri, & barbararum etiam linguarum peritiſſimo viro: qui forte in his, & Scythicae linguae apud Ariſtophanem aliosque reliquiis videt, de quo aliis ne hariolandi quidem initium eſt. Verum, quando hic ſum, neque illud diſſimulandum, quod jam ſequitur oraculum, perſonarum nominibus ita diſtinctum, videri cohaerere ſuperiori, quod in Calypſo finit: forte librarii alicujus errore huc relatum, cum paullo ante omiſſum eſſet. *J.M.G.*

Μόρφι &c.] Veſtigia quaedam linguae Scythicae vid. in *Wachteri Gloſſario Germanico*. Vel in ſpecimine ejus ex ampliore farragine decerpto, quod prodiit Lipſiae an. 1727. Ibique in praef. §. XIV. *Mori maruſa* ma-

qui interpretari poſſent ſingula. Quale etiam fuit oraculum Scythae datum:

Morphi ebargulis Chnenchicranc morietur at alter.

52. Rurſus neque praeſenti, neque omnino viventi cuiquam dixit extra verſum, *Retro abi: qui enim te miſit, interfectus eſt a Diocle vicino hodie, accedentibus latronibus Mango, & Celere, & Bubalo*, qui etiam capti jam ſunt & vincti.

53. Pauca etiam eorum quae reddita mihi ſunt, audi. Interrogante me, *An calvus ſit Alexander?* & curioſe obſignante atque manifeſte, ſubſcribitur nocturnum oraculum

Sabardalachu malach Attis alius erat.

Rurſus, cum duobus libris interrogaſſem diverſis, & ſub nominibus diverſis, interrogationem eandem, *Cujas Homerus Poëta fuiſſet?* alteri ſubſcripſit, deceptus a meo puero, qui quaerenti, *Cujus rei cauſſa veniret?* reſponderat, *petitum curationem ad dolorem lateris:* ab hoc igitur inductus, ſcripſit:

νάμενοι ἕκαστα, οἷος καὶ ὁ τῷ Σκύθῃ δοθεὶς χρησμὸς ἦν·

[e] Μόρφι ἐβάργουλις εἰς σκιὴν χνέγχικραγκ [f] λείψει φάος.

[g] Ἄλλως πάλιν, οὔτε παρόντι, οὔτε [h] ὅλως τινὶ ὄντι ἔφη ἄνευ μέτρου, ἀναστρέφειν ὀπίσω. ὁ γὰρ πέμψας σε, τέθνηκεν ὑπὸ τοῦ γείτονος Διοκλέους τήμερον, λῃστῶν [i] προσελθόντων Μάγγου, καὶ Κέλερος, καὶ Βουβάλου, οἳ καὶ ἤδη δέδενται ληφθέντες.

Ὀλίγους δὲ καὶ τῶν ἐμοὶ δοθέντων ἄκουσον. ἐρομένου γάρ μου εἰ Φαλακρός ἐστιν Ἀλέξανδρος; καὶ κατασημηναμένου περιέργως, καὶ προφανῶς, ὑπογράφεται χρησμὸς νυκτερήσιος,

Σαβαρδαλάχου [k] μάλαχ Ἄττις ἄλλος ἦν.

Καὶ πάλιν ἐμοῦ ἐρομένου ἐν δύο βιβλίοις διαφόροις τὴν αὐτὴν ἐρώτησιν, πόθεν ἦν Ὅμηρος ὁ ποιητής; ἐπ' ἄλλου καὶ ἄλλου ὀνόματος, τῷ ἑτέρῳ μὲν ὑπέγραψεν, ἐξαπατηθεὶς ὑπὸ τοῦ ἐμοῦ νεανίσκου, ἐρωτηθεὶς γὰρ ἐφ' ὅ, τι ἧκε, θεραπείαν, ἔφη, αἰτήσων πρὸς ὀδύνην πλευροῦ:

Κυτ-

e Μόρφι] Μορφεῦ βαργύλῳ ἰχὶ ἀγχινέχιψι φάος δὲ. A. *f* Λείψει φάος] Λείψε φᾶος *Fl.* *g* Ἄλλως] Sic *P. Fl. B2. S.* Ἄλλος *J. Ald. H. Fr.* *h* Ὅλως] Ἄλλῳ A. & P. Ἄλλως marg. *A1*. Sed prius Edd. habent omnes. *i* Προσελθόντων] Ἐπαχθέντων marg. *A1W.* & P. Nil variant Edd. in vulgata. *k* Μάλαχ Ἄττις ἄλλος] *Μάλαχα ἀττίαλος Fl.*

40. Σαβαρδαλαχούμαλα] Ἀπόλοιο γόης τῆς ἀπεράντου εὐτραπελίας. *V.*

maro mortuum, quod *mor* iis erat *mare*, & *marvv.* mori. *mork* mors, (unde forſan μορφεὺς & *mors.*) Sed plura rimari per tempus non licet; quia non confido omnia explanari poſſe; tantum tamen forſan adpareret, credo, mortem alicui praedici hoc carmine, nec plane deſperarem ex Perſica lingua & Cimbricae reliquiis pleraque eruere. *J.F.R.*

30. Ἄλλως] Ὅλως. Angl. ἄλλῳ. *J.B.*

38. Προφανῶς] Illud προφανῶς referendum eſt ad κατασημηναμένου. Ita obſignaverat libellum Lucianus, ut ſtatim appareret, difficillimum eſſe reſignatu. Alioqui enim periculum erat, ne illo aperto, & quaeſtione deprehenſa, res male ſcriptori cederet. Quare etiam nocturno illum oraculo deſtinat Alexander, in quo reſignatione non utebatur. Vid. paullo ſupra, c. 49. *J.M.G.*

40. Σαβαρδαλάχου] Hujus quidem oraculi myſterium Lucianus non aperit; ſed haud difficulter aſſequi id conjectura poſſumus: a ſervo enim iterum deceptum Alexandrum, exiſtimo, qui Heri juſſu quaſi invitus dixerit: quaerere dominum an Attis idem fuerit cum rege alio obſcuro Sabardalacho? Solebant enim curioſi & ſuperſtitioſi homines tales quaeſtiunculas oraculo, ut in praecedentibus viſum eſt, proponere. Vel ſecurus jam Alexander quidquid in buccam venerat, effutiebat; quod de eo jam a Luciano eſt obſervatum. *M. du S.*

46. Ἐφ' ὅ, τι ἧκε] Frequentius ἐφ' ᾧ hoc ſignificatu, i.e. quando conſilium denotatur, ut *Ariſtoph.* Plut. 889. ἐπ' ἀγαθῷ οὐδενί. Noſter ſupr. *Hermot.* c. 50. οὐκ ἐπ' ἀγαθῷ ἐξεληλυθῆναι. *Dion. Hal.* Ant. X. p. 638. 19. συνίστασθαί τινας — ἐπὶ καταλύσει τοῦ δήμου. Idem VII. p. 473. 39. Ἐπὶ τιμωρίᾳ θανάτου παραδούς. *Euang. Matth.* XXVI. 50. Ἑταῖρε ἐφ' ᾧ πάρει; ubi tamen nonnulli Codd. habent ἐφ' ὃ, quam lectionem Cl. *Caſaubono* potiorem viſam teſtimoniis *Eurip. Achill. Tat.* & hoc Luciani, firmat Rev. *Jac. Elſner.* ad Euang. Matth. l. c. Sed & dativi exempla addens, ut probet

utro-

[a] Κυτμίδι σε [b] χρίεσθαι κέλομαι, δροσίην
[c] τέ κε Λητοῦς.

Τῷ δὲ ἑτέρῳ, ἐπειδὴ καὶ τοῦτο ἠκηκόει, [d] ὡς ἐρομένου τοῦ πέμψαντος, εἴτε μοι πλεῦσαι ἐπ' Ἰταλίαν, εἴτε πεζοπορῆσαι λῷον; ἀπεκρίνατο οὐδὲν πρὸς τὸν Ὅμηρον·

Μὴ σύ γε πλωέμεναι, πεζὴν δὲ καθ'
οἶμον ὅδευε.

Πολλὰ γὰρ τοιαῦτα καὶ αὐτὸς ἐπεμηχανησάμην αὐτῷ· οἷον καὶ ἐκεῖνο. μίαν ἐρώτησιν ἐπερωτήσας, ἐπέγραψα τῷ βιβλίῳ κατὰ τὸ ἔθος· τοῦ δεῖνος χρησμοὶ ὀκτώ, ψευσάμενός τι ὄνομα, καὶ τὰς ὀκτὼ δραχμὰς, καὶ τὸ γιγνόμενον ἔτι πρὸς ταύταις πέμψας· ὁ δὲ πιστεύσας τῇ ἀποπομπῇ τοῦ μισθοῦ, καὶ τῇ [e] ἐπιγραφῇ τοῦ βιβλίου, πρὸς μίαν ἐρώτησιν (ἦν δὲ αὕτη· πότε ἁλώσεται μαγγανεύων Ἀλέξανδρος;) ὀκτώ μοι χρησμοὺς ἔπεμψεν, οὔτε γῆς, φασιν, οὔτε οὐρανοῦ ἁπτομένους, ἀνοήτους δὲ καὶ δυσνοήτους ἅπαντας. ἅπερ ὕστερον αἰσθόμενος, καὶ ὅτι Ῥουτιλλιανὸν ἐγὼ ἀπέτρεπον τοῦ γάμου, καὶ τοῦ πάνυ προσκεῖσθαι ταῖς τοῦ χρηστηρίου ἐλπίσιν, ἐμίσει, ὡς τὸ εἰκὸς, καὶ ἔχθιστον ἡγεῖτο. καί ποτε περὶ ἐμοῦ ἐρομένῳ τῷ Ῥουτιλλιανῷ, ἔφη·

Νυκτιπλάνοις ὀάροις χαίρει, κοίταις τε
δυσάγνοις.

Cytmide te jubeo ac Latonae roribus ungi.

Alteri autem, cum & hoc audiſſet, interrogare eum qui mitteret, *navigare melius eſſet in Italiam, an pedeſtre iter facere?* reſpondit nihil ad Homerum:

Navibus ire cave, pedibus ſed iter per-
agendum.

Multa enim in eo genere & ipſe illi machinatus ſum, ut illud quoque. Unam modo quaeſtionem cum rogarem, inſcripſi libro ex conſuetudine: *Illius* (ponebam fictum nomen) *oracula octo*, & drachmas octo, quodque inſuper efficitur, miſi. At ille mercedi miſſae credens, & inſcriptioni libelli, ad unam quaeſtionem, erat autem haec: *Quando deprehendetur ut praeſtigiator Alexander?* octo mihi reſponſa miſit, quae neque terram, ajunt, neque caelum tangerent, ſenſu carentia autem & difficilia univerſa. Quae poſtea cum ſenſiſſet, & illud quoque, dehortatum me eſſe Rutilianum a nuptiis, & ne nimis intentus eſſet ſpei ab oraculo oſtenſae, oderat me, ut facile eſt ad exiſtimandum, & inimiciſſimum ſibi putabat: interrogantique aliquando de me Rutiliano reſpondebat:

Noctivago gaudet coitu inceſtoque cubili.

55. Et

a Κυτμίδι] Κυτμίδα marg. *AIW.* *b* Χρίεσθαι] Sic *Fl.* & *P.* Χρίεσθαι *J.* & cett. *c* Τέ κε] Sic *Ald. P. Bt.* Addit & *H. Solanus.* At in ea dubium, ſit ne unum, an duo vocabula. Τέκε quaſi a τίκτω eſſet, *J. Fl.* *d* Ὡς ἐρομένου τοῦ πέμψαντος] Ἐραμένου τοῦτον καὶ πλουσιοῦντος A. *e* Ἐπιγραφῇ] Ἀπογραφῇ male *Fl.*

53. * Οὐδὲν πρὸς τὸν Ὅμηρον] Ἀπὸ παροιμίας παρῳδή) † τῆς, οὐδὲν πρὸς τὸν Διόνυσον. *V.*

Γέννησιν] Ut hic recte ſic ſcribitur, ita infra §. 50. recte γένεσιν. *J. F. R.*

37. Προηγημένον] In M. *Fl.* & *J.* προειρημένον, quod hic longe aptius videtur, quam vulgo receptum προηγημένον— confer Ἐν. Δ. XIV. *M. du S.*

ea iratum Aeſculapio. Porro hoſpitium Paridis, & Helenae raptum, poſt judicium de pomo.

Διὸς ἐπὶ τούτῳ κατ' Ἀσκληπιοῦ ὀργήν. ἔτι δὲ καὶ τὸν Πάριδος ξενισμόν, καὶ τὴν Ἑλένης ἁρπαγήν, μετὰ τὴν ἐπὶ τῷ μήλῳ κρίσιν.

46. Putandum enim, Spartanae hiſtoriae Iliacam quoque connexam eſſe, quae multa eſt & multarum perſonarum: de unoquoque enim eorum qui ibi ceciderunt, actus aliquis ſcenae propoſitus eſt: & meminiſſe horum oportet ſemper, maxime ſtatim inde a rapina usque ad ea, quae in reditu cujusque facta ſunt, & errorum Aeneae & Didûs amorum, a quibus non alieni actus circa Oreſten, & quae in Scythia Heros ille auſus eſt. Nec abhorrent ab hiſce quae ante geſta ſunt, ſed cognata rebus Iliacis, Achillis in Scyro pro virgine commoratio, furor *ſimulatus* Ulyſſis, Philoctetes deſtitutus, & tota, in univerſum, Ulyſſea peregrinatio, & Circe, & Telegonus, & Aeoli in ventos poteſtas, & reliqua ad poenam usque procorum. Et ante haec ſtructae Palamedi inſidiae, & Nauplii irae, & furor Ajacis, & alterius *Ajacis* in ſcopulis interitus.

Νομιστέον γὰρ τῇ Σπαρτιατικῇ ἱστορίᾳ, καὶ τὴν Ἰλιακὴν συνῆφθαι, πολλὴν οὖσαν καὶ πολυπρόσωπον. καθ' ἕκαστον γοῦν τῶν ἐκεῖ πεσόντων, δρᾶμα τῇ σκηνῇ πρόκειται. καὶ μεμνῆσθαι δεῖ τούτων ἀεί, μάλιστα ἀπὸ τῆς ἁρπαγῆς εὐθὺς ἄχρι τῶν ἐν τοῖς νόστοις γεγενημένων, καὶ τῆς Αἰνείου πλάνης καὶ Διδοῦς ἔρωτος, ὧν οὐκ ἀλλότρια καὶ τὰ περὶ τὸν Ὀρέστην δράματα, καὶ τὰ ἐν Σκυθίᾳ τῷ ἥρωϊ τετολμημένα. οὐκ ἀπῳδὰ δὲ καὶ τὰ πρὸ τούτων, ἀλλὰ τοῖς Ἰλιακοῖς συγγενῆ, Ἀχιλλέως ἐν Σκύρῳ παρθένευσις, [h] Ὀδυσσέως μανία, καὶ Φιλοκτήτου ἐρημία, καὶ ὅλως, ἡ πᾶσα Ὀδυσσείου πλάνη, καὶ Κίρκη, καὶ [i] Τηλέγονος, καὶ ἡ Αἰόλου τῶν ἀνέμων δυναστεία, καὶ τὰ ἄλλα μέχρι τῆς τῶν μνηστήρων τιμωρίας· καὶ πρὸ τούτων ἡ κατὰ Παλαμήδους ἐπιβουλή, καὶ ἡ Ναυπλίου ὀργή, καὶ ἡ Αἴαντος μανία, καὶ ἡ θατέρου ἐν ταῖς πέτραις ἀπώλεια.

47. Habet multas occaſiones Elis quo-

Ἔχει πολλὰς [k] ἀφορμὰς καὶ Ἦλις τοῖς ὀρ-

h Ὀδυσσέως] Καὶ Ὀδυσσέως W. *i* Τηλέγονος] Τηλέγωνος *J.* Sed reliqq. cum M. recte, ut edidimus.
k Ἀφορμὰς καὶ Ἦλις] Καὶ ἠδεῖς ἀφορμὰς *Fl.* Καὶ Ἦλις ἀφορμὰς M. Cett. Edd. vulgatam ſervant cum Cod. P.

38. Ὧι οἰκεία καὶ ἡ Αἰθιοπικὴ διήγησις] Vertunt, *cui eſt propria rerum Aethiopicarum narratio*, perquam improprie. cum ſit, *cui affinis, vel ſimilis eſt Aethiopica narratio.* *J.G.G.*

39. Κασσιέπεια] V. Ὑπ. εἰκ. c. 7. In M. & plerisque Edd. ita legitur. P. autem, *S.* & *Vorſtius* Κασσιόπεια reponere jubet. *M. du S.*

Κασσιέπεια] *Vorſt.* in marg. B2. correxerat Κασσιόπ. forſan fruſtra. Etſi enim Latini *Caſſiopea* conſtanter dicunt, in Graecis Codd. tamen eſſe Κασσιέπ. teſtatur *Steph.* in Lex. Hiſtor. Geogr. ab Loydio aucto. ubi etiam animadvertit Graec. Πτολεμαῖος in Latinis Codd. *Ptolomaeus* ſcribi. Κασσιέπεια iterum ſcribitur in optimis Edd. infra de *Imag.* c. 7. Verum tamen in *Apollod.* p. 86. bis editum invenio Κασσιόπεια. Contra autem ap. *Eratoſth. Cyren.* c. 16. Κασσιέπεια. ubi *Th. Gale* etiam *Caſſiepeia* Latine ſcripſit, ne crederes caſu ſic editum in Graecis. *J.F.R.*

49. Τυνδάρεω] Vide *Munkeri* not. ad *Hyg.* 49. ſunt enim qui ob Hippolytum ſuſcitatum, alii ob alios dicant fulmine percuſſum Aeſculapium. V. *Apollod.* III. p. 88. AB. *Lact.* I. 10. noſtrum Θ. δ. XIII. Cum Hercule & Glauco inter eos a *Suida* etiam numeratur, quos revixiſſe fama eſt. *M. du S.*

Ibid. Καὶ τὴν Τυνδάρεω ἀνάστασιν] Jubet in marg. Ed. *Graev. Hemſterhuſius* conſuli *Sext. Empir.* p. 272. i. e. L. I. c. 12. m. Id faciens invenio: Πανύασις δὲ, διὰ τὸ νεκρὸν Τυνδάρεω ἀναστῆσαι. Ad quae verba, haec notavit Cl. *Fabricius*: „ *Plinius* XXIX, 1. *Lucian.* de „ Salt. h. l. *Tzetzes* Chiliad. 10. verſ. 721. Haec ille. At *Hygin.* fab. 78. nihil de hac ſuſcitatione, de qua plura quidem teſtimonia adferre liceret; ſed potius ea de fabulis hujusmodi addere tantum decrevi, quae alii Commentatores adſcripſere, quam omnes illas quae apud Mythographos facile inveniuntur, explicare, quia earum tam plena haec eſt Diſſertatio, ut inutiles notae modum excederent. *J.F.R.*

59. Καὶ Διδοῦς] An ex Marone aut alio illo antiquiore? *F.G.*

63. Ἀχιλ. ἐν Σκύρῳ παρθ.] Hanc falſi arguit *Philoſtratus* p. 731. *M. du S.*

74. Οἰνό-

ὀρχεῖσθαι πειρωμένοις, τὸν Οἰνόμαον, τὸν Μυρτίλον, τὸν Κρόνον, τὸν Δία, τοὺς πρώτους τῶν Ὀλυμπίων ἀγωνιστάς.

Πολλὴ δὲ καὶ ἡ κατ' Ἀρκαδίαν μυθολογία, Δάφνης φυγή, Καλλιστοῦς θηρίωσις, [a] Κενταύρων παροινία, καὶ Πανὸς γοναί, Ἀλφειοῦ ἔρως, καὶ [b] ὕφαλος ἀποδημία.

Ἀλλὰ κἂν εἰς τὴν Κρήτην ἀφίκῃ τῷ λόγῳ, πάμπολλα κἀκεῖθεν ἡ ὄρχησις ἐρανίζεται, τὴν Εὐρώπην, τὴν Πασιφάην, τοὺς Ταύρους ἀμφοτέρους, τὸν Λαβύρινθον, τὴν Ἀριάδνην, τὴν Φαίδραν, τὸν Ἀνδρόγεων, τὸν Δαίδαλον, τὸν Ἴκαρον, τὸν Γλαῦκον, τὴν Πολυΐδου μαντικήν, τὸν Τάλω, τὸν χαλκοῦν τῆς Κρήτης περίπολον.

que pro ſaltare conantibus; Oenomaum, Myrtilum, Saturnum, Jovem, primos Olympiorum certatores.

48. Multa quoque circa Arcadiam fabularum materies, Daphnes fuga, Calliſtus in feram mutatio, Centaurorum ebrii furores, Panis nativitas, amor Alphei & iter ſub mari.

49. Verum etiam in Cretam ſi commemoratione pergat, multa inde quoque ſibi ſaltatio colligit, Europen, Paſiphaën, & utrobique Tauros, Labyrinthum, Ariadnen, Phaedram, Androgeon, Daedalum, Icarum, Glaucum, Polyidi vaticinandi artem, Talum illum aeneum per Cretam erronem.

50. Et

a Κενταύρων] Κενταύρου *Fl.* Nihil mutant cett. nec P. *b* Ὕφαλος] Recte ὕφαλος minore *v. Fl. S. A.* Ceterae male Ὕφαλος, vid. nott.

74. Οἰνόμαον] V. Καλλ. c. 19. *M. du S.*

Ibid. Μυρτίλον] Auriga hic, quo corrupto, Hippodamiam curru vicit Pelops *Hyg.* V. *Schol. Hom.* ad Il. B. 104. & *Eur.* Or. 1550. V. *Philoſtr.* imag. p. 708. & *Muret.* var. lect. I. 12. Aliter rem narrat, Καλλ. c. 19. *M. du S.*

75. Κρόνον τὸν Δία] Quid hi in Elide deſignarint, me latet. *M. du S.*

79. Πανὸς γοναὶ] Vid. ſupra T. I. *Deor. Dial.* XXII. *M. du S.*

80. Ὕφαλος] Lege *Dialogum* III. *Marin.* *M. du S.*

Ὕφαλος] Major litera Υ. a qua in Pariſ. aliisque inchoabatur hoc verbum, fraudi fuit interpreti, qui hinc verterat: *Hyphali peregrinationem*; ſed Benedict. recte, *ſubter mare peregrinatio*: quod notum ex fabula, ad quam Latini poëtae paſſim adludunt, ut *Ovid.* III. Am. 6. 29. *Virg.* III. Aen. 694. — *Alpheum fama eſt huc Elidis amnem Occultas egiſſe vias ſubter mare* &c. *J. F. R.*

84. Ταύρους ἀμφ.] Marathonium nempe, & minotaurum; prior enim e Creta advectus fuerat. Vide *Apollod.* II. p. 48. C. 68. A. Quidam etiam teſte *Apollod.* (I. p. 27. C.) Talum & Taurum eundem putarunt. *M. du S.*

Ibid. Τὸν Λαβύρινθον] Vid. *Plut.* I. 19. 5. *M. du S.*

86. Τὸν Γλαῦκον, τὴν Πολυΐδου μαντικήν] Glaucum Minoïs filium, & Polyidae de illo in mellis dolio ſubmergendo vaticinium, de quo vide *Origenem* contra Celſum. *Claudianus* de Bello Getico:

Cretaque ſi vere narratur fabula, vidit
Minoum rupto puerum prodire ſepulchro:
Quem ſenior vates avium clangore repertum
Gramine reſtituit: mirae nam munere ſortis
Dulcia mella necem, vitam dedit horridus anguis.

Vide & *Apollod.* III. Biblioth. & *Palaephatum* de incredibilibus c. 27. *J. G. G.*

Ibid. Γλαῦκον] Minoïs filius, cujus fabulam narrat *Apoll.* III. p. 69. B. *M. du S.*

86. Πολυΐδου μαντικὴν] Meminit hujus inter augures *Hyginus* noſter etiam Ἠσ. I. nominatim & c. 8. ſine nomine, & *Apoll.* III. 69. B. ubi quo modo Glaucum a mortuis ſuſcitaverit, narrat. *M. du S.*

87. Τάλω] V. Φιλοψ. c. 19. qui locus huic lucem foeneratur, meminit & *Apoll. Rh.* IV. p. 113. & Scholia, quae Sophoclis fabulam cognominem memorant. Adi & jam *Apollod.* I. p. 27. ubi de eo plura. & *Plat.* min. p. m. 510. A. *M. du S.*

88. Περίπολον] Conf. 2. *Ver. Hiſt.* c. 6. *J. F. R.*

91. Τὸν Μελέαγρον, τὴν Ἀταλάντην, τὸν Δάλον] Interpres: *Meleagrum*, *Atalantem*, *Dalum.* foediſſimus error. Nullus Dalus unquam fuit in orbe terrarum. Ex nomine, ut γραμματικῶν παῖδες loquuntur, appellativo fecerunt proprium. ſcribe δαλὸν, & interpretare. *Meleagrum*, *Atalantam*, *& titionem*, nimirum illum fatalem Meleagri, de quo *Ovid.* VIII. Metam. & in Ibin.

Natus ut Althaeae flammis abſentibus arſit
Sic tuus ardeſcat ſtipitis igne rogo.

J. G. G.

Τὸν Μελέαγρον, τὴν Ἀταλάντην, τὸν Δάλον] Vertunt fideliter omnes totidem verbis, *Meleagrum*, *Atalanten*, *Dalum.* Quis credat? Ne talibus nugis obſideamur amplius, intercedit Pater vertendo *torrem.* Torris

50. Et in Aetoliam ſi tranſieris, etiam ibi multa invenit ſaltatio: Althaeam, Meleagrum, Atalantam, *fatalem illum* torrem, Herculis cum fluvio luctam, Sirenum natales, & ortas Echinadas, & furore diſcuſſo Alcmaeonis conſtitutam familiam. Tum Neſſum & Deianirae zelotypiam, ex eaque *Herculis* in Oeta rogum.

Κἂν εἰς Αἰτωλίαν μετέλθῃς, κἀκεῖ πολλὰ ἡ ὄρχησις καταλαμβάνει· τὴν Ἀλθαίαν, τὸν Μελέαγρον, τὴν Ἀταλάντην, τὸν δαλὸν, καὶ ποταμοῦ ϗ Ἡρακλέους πάλην, ϗ Σειρήνων γένεσιν, ϗ Ἐχινάδων [c] ἀνάδοσιν, ϗ μετὰ τὴν μανίαν Ἀλκμαίωνος οἴκησιν. εἶτα Νέσσον ϗ Δηϊανείρας ζηλοτυπίαν, ἐφ' ᾗ τὴν ἐν Οἴτῃ πυράν.

51. Habet etiam Thrace multa ſaltaturo neceſſaria: Orpheum, ejus laniationem, caput illius loquax lyrae innatans; & Haemum, & Rhodopen, & Lycurgi ſupplicium.

Ἔχει ϗ Θρᾴκη πολλὰ τῷ ὀρχησομένῳ ἀναγκαῖα, τὸν [d] Ὀρφέα, τὸν ἐκείνου σπαραγμὸν, ϗ τὴν λάλον αὐτοῦ κεφαλὴν τὴν ἐπιπλέουσαν τῇ λύρᾳ, ϗ τὸν Αἷμον, ϗ τὴν Ῥοδόπην, ϗ τὴν Λυκούργου κόλασιν.

52. Ac Theſſalia multo etiam plura exhibet, Peliam, Jaſonem, Alceſtin, quin-

Καὶ Θεσσαλία δὲ ἔτι πλείω παρέχεται, τὸν Πελίαν, τὸν Ἰάσονα, τὴν Ἄλκηστιν, τὴν τῶν πεν-

c Ἀνάδοσιν] Sic Edd. vett. *S.* & *A.* vero Ἀνάδυσιν.

d Ὀρφέα] Sic *Fl. H. P.* & M. Ὠρφέα *J.*

ris Meleagri nequit ulli eſſe ignotus. Et jam eodem verbo uſus erat auctor in principio Timonis. οὕτω δαλόν τινα αὐτοῖς ἐπανατείνασθαι δοκεῖς. *J.G.*

92. Δαλὸν] Rurſus majore litera Δ ſcriptum erat in Edd. & *Dalum* nomen viri inde factum: repoſui igitur, monente *Graevio*, literam minorem; ſed quod is etiam accentum immutet, δάλον ſcribens, id non ſum ſecutus, quia ſic ſcribere non licet. *J.F.R.*

93. Σειρήνων] Sunt enim qui Acheloi amnis, ex una Muſarum filias tradant. *M. du S.*

Ibid. Ἐχινάδων] Adſcripſerat Cl. *Hemſt.* videndum *Duker.* ad *Thucyd.* II. p. 166. No. 92. Cujus verba, quia huc faciunt, inſeram: *Lucianus* (ait ille) de Saltat. h. l. inter argumenta ſaltationis, quae Aetolia ſuppeditare poſſit, memorat Ἐχινάδων ἀνάδυσιν, ϗ μετὰ τὴν μανίαν Ἀλκμαίωνος οἴκησιν. Adde *Apollodor.* III. 7. 5. Sed is I. 9. 21. non recte easdem facit *Echinadas* & *Strophadas*. Quod autem *Thucydides* Echinadas ἐρήμους eſſe dicit, id de plerisque & minoribus intelligendum eſſe, quia Dulichium quoque inter eas ponit Strabo, putat *Cellarius* II. Geogr. Antiq. 14. Et εὐλιμένας fuiſſe, ex hoc *Callymachi* Hymn. in Delum, v. 155. λιπαρὸν νήεσσιν Ἐχινάδες ὅρμον ἔχουσαι, obſervat ibi *Spanhemius*. *J.F.R.*

Ibid. Ἀνάδοσιν] Mutavit vulgatam lectionem *Salm.* editor, quae tamen in W. etiam reperitur. *M. du S.*

Ἀνάδοσιν] Etſi *Salm.* lectio ἀνάδυσις bona, quia proprie *emerſionem ex mari* ſignificat, quod de *Echinadibus* inſulis adpoſite diceretur; tamen, quum ceterae antiquiores ἀνάδοσιν ſervent, aeque ac ſupra §. 41. Σπαρτῶν ἀνάδοσις, ideo & hic nihil muto. Nam ut ἀνάδοσις ibi aptiſſimum vocabulum de proventu terrae, ut *Aelian.* III. 38. τὴν ἐλαίαν ϗ τὴν σύκην, ἃ ϗ πρῶτον ἡ γῆ ἀνέδωκε, (quia terra *reddit* etiam cum foenore, quod ei mandatum eſt;) ita tamen etiam de quacumque fere *productione*, ac *ſurſum exſurrectione*, *emerſione*, dicitur ἀνάδοσις, ut vid. ap. *Steph.* in Theſ. ac ſaepe prorſus idem eſt quod ἀνάδυσις, & ut ſupra §. 41. Σπαρτῶν ἀνάδοσις conſtanter legitur; ita *Apollod.* ibi in nott. *Solani* adductus de eadem re verbo ἀναδύεσθαι utitur, ideoque & hic parvi intererit, utrum eligas. Interim quia perfacilis eſt aberratio Scribarum in tam exiguo literarum diſcrimine, facile mihi perſuadeo, etiam alibi ab iisdem confuſa eſſe illa vocabula; adeo ut non omnibus teſtimoniis a *Stephano* adductis tuto fidere liceat. Eſt enim ubi differentia in iis ſit obſervanda, quae ex ipſa diverſa origine ſatis patet. *J.F.R.*

94. Ἀλκμαίωνος οἴκησιν] Vide *Thucydidem* fine libri II. *Philoſtr.* VII. vit. Apollon. Tyan. Meminit & *Baſilius* in epiſtola ad Gregorium Theologum: πάντως γὰρ οὐδὲ Ἀλκμαίων ἐχινάδες εὑρὼν ἔτι τῆς πλάνης ἠνέχετο, *neque enim Alcmaeon Echinadibus inventis ullo modo errare amplius ſuſtinuit.* Vides, ſine fabulis, nec ipſos ſcriptores Chriſtianos poſſe intelligi, earumque ignoratione ſaepe viros inſignes eſſe lapſos. *J.G.G.*

Ibid. Οἴκησιν] Fabulam Alcmaeonis fuſe narrat *Apollod.* III. 81. *M. du S.*

1. Ῥοδόπην] V. ſupra c. 1. *M. du S.*

4. Ἄλκηστιν] *Apollod.* 20. *M. du S.*

Ibid. Τὸν τῶν πεντ.] Veroſimillimam Leopardi emendationem, νηῶν in νέων mutantis, nondum tamen recipere auſim: ſi ſequatur forte Lucianus eos, qui non unam Argo navim fuiſſe, ſed principem, ajunt. *Euſtath.* ad Dionyſ. Perieg. 687. Ἱστορεῖ δὲ Χάραξ τοὺς Ἀργοναύτας οὐ μιᾷ νηῒ, κατὰ τὸν πολὺν περὶ τῆς Ἀργοῦς λόγον, ἀλλὰ πολλοῖς πλοίοις εἰσπλεῦσαι τὸν Εὔξεινον κ. τ. λ. Contra *quinquaginta exſulibus* Aſiam penetratam a Jaſone indignatur Aeëtes apud *Valerium Flaccum* 7, 43. add. 8, 274. ubi *quinquaginta animae* vocantur, numero val-

πεντήκοντα [a] νέων στόλον, τὴν Ἀργὼ, τὴν λάλον αὐτῆς τρόπιν.

quaginta juvenum claſſem, Argo, loquacem illius carinam.

Τὰ ἐν Λήμνῳ τὸν Αἰήτην, τὸ Μηδείας ὄνειρον, τὸν Ἀψύρτου [b] σπαραγμὸν, καὶ τὰ ἐν τῷ παράπλῳ γενόμενα· καὶ μετὰ ταῦτα τὸν Πρωτεσίλαον καὶ τὴν Λαοδάμειαν.

53. Ea quae in Lemno acta ſunt, Aeetem, Medeae ſomnium, laceratum Abſyrtum, & geſta in praeternavigando: & poſt iſta Proteſilaum & Laodamian.

Κἂν εἰς τὴν Ἀσίαν πάλιν διαβῇς, πολλὰ κἀκεῖ δράματα. ἡ γὰρ Σάμος εὐθὺς καὶ τὸ Πολυκράτους πάθος, καὶ τῆς θυγατρὸς αὐτοῦ μέχρι Περσῶν πλάνη· καὶ τὰ ἔτι ἀρχαιότερα, ἡ τοῦ Ταντάλου φλυαρία, καὶ ἡ παρ' αὐτῷ θεῶν ἑστίασις, καὶ ἡ Πέλοπος κρεουργία, καὶ ὁ ἐλεφάντινος ὦμος αὐτοῦ.

54. Et ſi in Aſiam rurſus transeas, multae ibi etiam actiones. Statim enim occurrit Samus & Polycratis calamitas, filiaeque ipſius ad Perſas usque error: & antiquiora adhuc, lingua Tantali incontinens, Deorum apud illum epulae, mactatus Pelops, *redditusque illi* humerus eburneus.

Καὶ ἐν Ἰταλίᾳ δὲ ὁ Ἠριδανὸς, καὶ Φαέθων, καὶ Αἴγειροι ἀδελφαὶ θρηνοῦσαι, καὶ ἤλεκτρον δακρύουσαι.

55. In Italia vero Eridanus, & Phaëthon, & ſorores illius populi plorantes electri lacrumas.

Εἴσεται δὲ ὁ τοιοῦτος καὶ τὰς Ἑσπερίδας, καὶ τὸν φρουρὸν τῆς χρυσῆς ὀπώρας δράκοντα, καὶ

56. Norit talis etiam Heſperides, & cuſtodem aurei auctumni draconem, & Atlan-

a Νέων] Reſtitutum ex W. *Fl.* & vera conjectura *Leop.* Νηῶν enim male Edd. priores. *b* Σπαραγμὸν] σπαραγμὸν litera σ minore *H. P. Fl. S.* &c. recte. At *J.* male quaſi nomen proprium eſſet.

valde rotundo & incerto, cum in Catalogo *Burmanniano* Argonautarum ſupra centum commemorentur nomina. *J.M.G.*

5. Νηῶν] Theſſaliam inter alia ſuppeditare ait, τὴν τῶν πεντήκοντα νηῶν στόλον. *quinquaginta navium claſſem.* Dudum eſt quod locum hunc vere & eleganter emendavit magnus ille, & meliore fortuna dignior Leopardus in miſcellaneis, qui legendum oſtendit τὸν τῶν πεντήκοντα νέων στόλον. *quinquaginta juvenum navalem expeditionem*, hoc eſt Argonautarum, qui quinquaginta numero fuiſſe quibusdam dicuntur. vide lib. ix. cap. 24. στόλον autem dici etiam de unica nave, docet in illud Apollonii ὅστις στόλου ἡγεμονεύει, antiquus ejus interpres: στόλος ἐστὶν ἐπὶ πρᾶξίν τινα πορευόμενον πλῆθος, εἴτε ἐπὶ νεῶν, εἴτε καὶ πεζῇ, καὶ σχεδὸν καὶ πάσης ὁρμῆς καὶ μείζονος παρασκευῆς. ἐνταῦθα δὲ στόλον τὸ τῆς μιᾶς νηὸς πλῆθος εἶπε. *J.G.G.*

Νέων] W. Cod. & *Fl.* Ed. uti emendarat etiam *Leopardus* 189. *M. du S.* (licet accentus in W. ſit νεῶν.) *J.F.R.*

6. Λάλον —— τρόπιν] Quam hic λάλον τρόπιν navis appellat noſter, ea eſt εὔλαλος Ἀργὼ apud *Orpheum* ᵥ. 242. Propius ad noſtrum *Apollod.* I, 524. ἤδε καὶ αὐτὴ

> Πηλιὰς ἴαχεν Ἀργὼ, ἐπισπέρχουσα νέεσθαι.
> Ἐν γάρ οἱ δόρυ θεῖον ἐλήλατο, τό ῥ' ἀνὰ μέσσην
> Στεῖραν Ἀθηναίη Δωδωνίδος ἥρμοσε φηγοῦ.

Similia ſunt 4, 580. ſeqq. Λάληθραν κισσαν ipſam appellat Argo, φθογγὴν ἐδώλων χαονιτικῶν ἄπο βροτησίαν ἱεῖσαν Lycophron ᵥ. 1319. ſeqq. Modeſtior, uti decebat Romanum poëtam, *Valerius Flaccus* I, 301.

> *Mox, uti victa gravi ciderunt lumina ſomno,*
> *Viſa coronatae fulgens tutela carinae*
> *Vocibus his inſtare duci* &c. *J.M.G.*

7. Αἰήτην] Solis filius, Medeae pater. *M. du S.*

10. Πρωτεσίλαον] Conf. ſupra *Dial. mort.* XXIII. *M. du S.*

Ibid. Λαοδάμειαν] Uxor ea Proteſilai caſtiſſima, quae propter mariti deſiderium ſe interfecit. V. not. ad N. δ. XXIII. *M. du S.*

13. Πολυκράτους] Hujus hiſtoriam apud *Herod.* habes l. III. p. 130. Sed de filiae exilio nihil reperio. *M. du S.*

16. Πέλοπος —— ἐλεφάντινος ὦμος] Adſcripſit Cl. *Hemſterh. Sext. Empir.* p. 270. & *Fabric.* not. *S.* ait autem *Sext. Emp.* l. c. qui eſt I. 12. Οὕτω καὶ ὁ Γραμματικὸς δύναται ἀπὸ ἐπιστημονικῆς τινος καὶ καθολικῆς θεωρίας ἀπαγγέλλειν, ὅτι ὁ μὲν Πέλοπος ὦμος ἐλεφάντινος ἦν, ὑπὸ τοῦ Ἄρεως, ἢ ὑπὸ Δήμετρος βρωθείς. Ad quae ſic Cl. *Fabric.* „ Nota fabella ex Scholiis ad Pindari Olymp. Od. „ I. v. 41. Et *Lycophron.* v. 152. *Hygino* fab. 83. *Lu-* „ *ciano* de Salt. h. l. *Tibullus* L. I. 4. 57. —— *carmi-* „ *na ni ſint, Ex humero Pelopis non nituiſſet ebur.* „ Caeterum a Cerere (non a Marte) voratum Pelopis „ humerum plerique ſcriptores tradunt ". Non addidiſſem, niſi auctoritas *Hemſterhuſii* permoviſſet.

Com-

lantis laborem, & Geryonem, & boves ex Erytheia abactos.

τὸν Ἄτλαντος μόχθον, καὶ τὸν Γηρυόνην, καὶ τὴν ἐξ [c] Ἐρυθείας ἔλασιν τῶν βοῶν.

57. Neque ignorabat fabuloſas formarum immutationes, quae in arbores, aut beſtias, aut aves mutatae ſunt, & quae ex mulieribus viri factae, Caeneum dico & Tireſiam, & ſimiles.

Οὐκ ἀγνοήσει δὲ καὶ τὰς μυθικὰς μεταμορφώσεις ἁπάσας, [d] ὅσαι εἰς δένδρα, ἢ θηρία, ἢ ὄρνεα ἠλλάγησαν, καὶ ὅσαι ἐκ γυναικῶν ἄνδρες ἐγένοντο, τὸν [e] Καινέα λέγω, καὶ τὸν Τειρεσίαν, καὶ τοὺς τοιούτους·

58. In Phoenice Myrrham, & Aſſyrium illum luctum alternum. Haec, inquam, norit. Inſuper vero etiam recentiora, quae poſt *magnum illud* Macedonum imperium ſuſcepta ſunt ab Antipatro, & a Seleuco amore Stratonices.

Καὶ ἐν Φοινίκῃ δὲ Μύῤῥαν, καὶ τὸ Ἀσσύριον ἐκεῖνο πένθος μεριζόμενον. καὶ ταῦτα εἴσεται· καὶ τὰ νεώτερα δὲ, ὅσα μετὰ τὴν Μακεδόνων ἀρχὴν ἐτολμήθη ὑπό τε [f] Ἀντιπάτρου, καὶ παρὰ Σελεύκου ἐπὶ τῷ Στρατονίκης ἔρωτι.

59. Aegyptiorum illa occultiora ſciet quidem, ſed per ſigna tantum quaedam demonſtrabit: Epaphum dico, & Oſirin, & mutatos in animalia Deos: ante omnia

Τὰ γὰρ Αἰγυπτίων μυστικώτερα ὄντα εἴσεται μὲν, συμβολικώτερον δὲ ἐπιδείξεται, τὸν Ἔπαφον λέγω, καὶ τὸν Ὄσιριν, καὶ τὰς τῶν θεῶν εἰς τὰ ζῶα μεταβολάς. πρὸ πάντων

δὲ

c Ἐρυθείας] Ἐρυθίας W. Nihil noſtram lect. mut. *J. Fl. H. P.* *d* Ὅσαι] Sic *J. H. Fl. B2. P.* & M. *e* Καινέα] Κενέα W. male. *f* Ἀντιπάτρου] Ἀντιγόνου marg. *A1W.*

Compluria enim alia veterum teſtimonia jam collegit *H. Steph.* in Lexico Hiſtorico-Geogr. Sed forſan aliud quid notabilius addidiſſet Cl. *Hemſt.* ſi in adornanda hac Luciani Edit. perexiſſet. *J.F.R.*

27. Ὅσαι] Neſcio quid haeſitarit *Solanus* noſter tam ſollicite in hoc verbum inquirens. Recte enim id ſe habere, & ſignificare *quotquot*, vix quemquam fugiet. Ita enim — ὅσοι Θεοί εἰσ' ἐν Ὀλύμπῳ *Hom.* Il. A. 566. & vel centies aliis locis apud eumdem. *J.F.R.*

29. Τειρεσίαν] (Rex Thebanus primo vir erat, at percuſſis anguibus, quos coëuntes videbat, ſtatim de viro factus erat femina. Poſt annos autem ſeptem iisdem anguibus viſis & iterum percuſſis, forma prior rediit *Ovid.* Met. III. 331.) *Leedes. Heſiod. Apollod.* III. p. 79. B. Vid. N. Δ. XXVIII. *M. du S.*

30. Καὶ τὸ Ἀσσύριον ἐκεῖνο πένθος μεριζόμενον] *Luctumque illum Aſſyrium diviſum.* Quis ſit ille luctus Aſſyrius diviſus non facile reperias apud ſcriptores. Apud Hyginum tamen in Aſtronomico, in capite de lyra legimus, ex quibus qui ſit luctus ille intelligitur: *Non nulli etiam dixerunt Venerem cum Proſerpina ad judicium Jovis veniſſe, cui earum Adonin concederet, quibus Calliopen ab Jove datam judicem, quae Muſa Orphei eſt mater. Itaque judicaſſe, uti dimidiam partem anni earum unaquaeque poſſideret.* Tangit quoque Lucianus ipſe in Veneris & Lunae dialogo, ubi queritur de filio ſuo, quod illam modo cogat Anchiſae cauſſa in Idam deſcendere, ἄρτι δὲ ἐς τὸν Λίβανον ἐπὶ τὸ Ἀσσύριον ἐκεῖνο μειράκιον, ὃ καὶ τῇ Περσεφάττῃ ἐπέραστον ποιήσας, ἐξ ἡμισείας ἀφείλετό με τὸν ἐρώμενον. *Nunc vero in Libanum ad Aſſyrium illum adoleſcentem, qui & ut a Proſerpina amaretur fecit, & me meis amoribus dimidia ex parte privavit.* Vide quoque Theocriti Ἀδωνιαζούσας. Idyll. xv. Patet nunc quis ſit ille dimidius Aſſyrius luctus. *J.G.G.*

Ibid. Ἀσσύριον] Adonis, lege omnino *Apollod.* III. p. 98. C. *M. du S.*

31. Μεριζόμενον] Μεριζόμενον hic *alternum* vertere malui. Adonis, Myrrhae filius, alternis lugetur apud Aſſyrios, quam diu nempe eſt cum Proſerpina, ἐν ᾅδῃ, quam diu latet anni fertilitas, hieme quaſi ſepulta; deinde iterum gaudii materiem praebet, cum eſt cum Venere, fecundam facit naturam &c. Igitur diviſus inter Venerem & Proſerpinam Adonis alternis, quod dixi, apud Aſſyrios lugetur. *J.M.G.*

33. Ἀντιπάτρου] Poſt matrem interfectam ad Lyſimachum, cujus filiam duxerat, confugit; a quo & ipſe ob inſidias ſibi ſtructas interfectus eſt. Vide Ἰκαρ. c. 15. ubi, quoniam pater audit Lyſimachus, nec nominatur filius, de Agathocle potius intelligas, quam ut ego olim, de hoc Antipatro. *M. du S.*

Ἀντιπάτρου] Facilior eſt horum nominum permutatio, tam propter literarum, quam hiſtoriae affinitatem. Turbarum enim ſatis uterque dedit, vid. *Juſtin.* compluribus locis. Facilior certe iſthaec eſt permutatio, quam Κυρηνίου in *Evang. Luc.* cum *Quinctilio Varo*, quem nobis inde effingit Rever. *P. Horreus* in Prooem. Miſcell. Crit. *J.F.R.*

34. Στρατονίκης] Reſpicit hiſtoriam de qua ad Συγγρ. c. 35. & Συρ. c. 17. *M. du S.*

41. Ἑαυ-

δὲ τὰ περὶ τοὺς ἔρωτας αὐτῶν, καὶ αὐτοῦ τοῦ Διὸς, καὶ εἰς ὅσα [a] ἑαυτὸν μετεσκεύασεν.

Εἴσεται δὲ καὶ τὴν ἐν ᾅδου ἅπασαν τραγῳδίαν, καὶ τὰς κολάσεις, καὶ τὰς ἐφ' ἑκάστῃ αἰτίας, καὶ τὴν Πειρίθου καὶ Θησέως ἄχρι τοῦ ᾅδου ἑταιρείαν.

Συνελόντι δὲ εἰπεῖν, οὐδὲν τῶν ὑπὸ τοῦ Ὁμήρου καὶ Ἡσιόδου, καὶ τῶν ἀρίστων ποιητῶν, καὶ μάλιστα τῆς τραγῳδίας λεγομένων, ἀγνοήσει. ταῦτα πάνυ ὀλίγα ἐκ πολλῶν, μᾶλλον δὲ ἀπείρων τὸ πλῆθος ἐξελὼν, τὰ κεφαλαιωδέστερα κατέλεξα, τὰ ἄλλα τοῖς τε ποιηταῖς ᾄδειν ἀφεὶς, καὶ τοῖς ὀρχησταῖς αὐτοῖς δεικνύναι, καὶ σοὶ προσεξευρίσκειν καθ' ὁμοιότητα τῶν προειρημένων, ἅπερ ἅπαντα πρόχειρα καὶ πρὸς τὸν καιρὸν ἕκαστον τῷ ὀρχηστῇ προπεπορισμένα, καὶ προτεταμιευμένα κεῖσθαι ἀναγκαῖον.

Ἐπεὶ δὲ μιμητικός ἐστι, καὶ κινήμασι τὰ ᾀδόμενα δείξειν ὑπισχνεῖται, ἀναγκαῖον αὐτῷ, ὅπερ καὶ τοῖς ῥήτορσι, σαφήνειαν ἀσκεῖν, ὡς ἕκαστον τῶν δεικνυμένων ὑπ' αὐτοῦ δη-

vero amores illorum, ipſiusque adeo Jovis, & in quos ſe habitus mutaverit.

60. Sciet etiam totam illam apud inferos tragoediam, ſupplicia, & ſingulorum cauſſas, & Perithoi atque Theſei ad inferos usque amicitiam.

61. Ut breviter comprehendam, nihil eorum, quae ab Homero & Heſiodo, & optimis poëtis & maxime tragicis dicuntur, ignorabit. Haec pauca ſane de multis, vel potius multitudinem de infinitis numero decerpens, enumeravi praecipua, reliqua tum poëtis canenda relinquens, tum ipſis oſtendenda ſaltatoribus, tibique ad ſimilitudinem praedictorum invenienda, quae omnia in promtu, & unoquoque tempore jam ante praeparata, & in penu quaſi repoſita eſſe ſaltatori neceſſe eſt.

62. Quandoquidem vero imitator eſt, & motibus oſtendere ea quae canuntur promittit, opus eſt illi, quemadmodum & oratoribus, exercere diluciditatem, ut unumquodque eorum, quae oſtenduntur ab illo, de-

[a] Ἑαυτὸν] Sic recte M. L. Bz. P. S. Ἑαυτῶν male *J. Fl. H.*

41. Ἑαυτὸν] M. & L. *Bz. P.* & ſeqq. Edd. In *Fl.* & veteribus pleriſque ἑαυτῶν, prave. *M. du S.*

59. Ἀναγκαῖον & ὅπερ] Utrique adſcripſerat *Solanus*, & *Fl.* ſic legere cum *J.* & *H.* Forſan ὥσπερ quaeſivit, in quo variatur *Tyrannic.* c. 11. 3. quod ὥσπερ ut etiam hic non improbarem, ita vulgatam tamen non moverem, quae utique recte ſe habet, modo verba illa: ὅπερ καὶ τοῖς ῥήτορσι, parentheſi incluſa intelligas, quod *Obſopoeus* in Latina verſione fecit, vertens (*quod & rhetores factitare conſueverunt.*) Sed apertius potuiſſet reddere, *quod & Rhetoribus neceſſarium.* Nam ſi priore modo redditur, ſonat ac ſi ὥσπερ, non ὅπερ legeretur. *J. F. R.*

63. Χρησμὸς] Tangit *Plut.* 910. 1. & *Orig.* c. Celſ. p. 63. 1. Vide *Herod.* in Clio p. 11. f. apud quem pro λαλέοντος, quod in reliquis eſt, legitur φωνεῦντος. *M. du S.*

64. Καὶ κωφοῦ] Tangit vetus oraculum, quod quidem ſic apud *Plut.*

Καὶ κωφοῦ συνίημι, καὶ οὐ λαλέοντος ἀκούω. *J. B.*

Καὶ κωφοῦ συνιεὶν] Laudatur etiam hoc oraculum a Chryſoſtomo in Babyla, & a Luciano in Jove confutato. Extat totum apud Herodotum. *J. G. G.*

Καὶ κωφοῦ] V. *Herodot.* p. 11. f. *M. du S.* Vel Ed. *Baſil.* p. 9. ubi haec legas: ἡ Πυθίη ἐν ἑξαμέτρῳ τόνῳ λέγει τάδε.

Οἶδα δ' ἐγὼ ψάμμου τ' ἀριθμὸν, καὶ μέτρα θαλάσσης.
Καὶ κωφοῦ συνίημι, καὶ οὐ φωνεῦντος ἀκούω. *J. F. R.*

Ibid. Λαλέοντος] Operae pretium videtur exiſtimaſſe *Solanus* in hanc Lectionem inquirere, quia Noſter Attice potius λαλοῦντος dicere ſolet: ſed quia *Herodoti* lectio illius menti obverſabatur, Ionica dialecto hic uſus videtur, licet λαλέοντος ibi ap. *Herodot.* non occurrat. *J. F. R.*

66. Δημήτριον] Hujus, dum alios multos recenſet, non meminit *Diog. Laërt.* in Demet. V. p. 134. Sed in Metrocle p. 161. A. De eo etiam *Seneca* de Benef. VII. 1. & 7. & ep. 20. 62. &c. monente *Menagio* in notis. De Demetrio eodem *Philoſtr.* p. 163. ubi vide notas, & nos ad Τοξ. c. 27. *Suet.* etiam Veſpaſ. c. 13. & noſter Δημων. c. 3. & Ἀπαιδ. c. 19. *M. du S.*

67. Κατηγόρει] Conſtantiam hujus lectionis probe notarat *Solanus* noſter, quam praeter Edd. ab eo notatas etiam ſervant *Ald. Par. Salm.* Ac tamen ἐκατηγόρει edendum juſſerat; ſic enim in *Junt.* adſcripſit. Sed

declaretur, neque interprete opus habeat: ſed quod dixit oraculum Pythicum, oportet a ſpectatore ſaltationis & mutum intelligi, & audiri nihil loquentem ſaltatorem.

63. Quod etiam Cynico Demetrio accidiſſe aiunt. Cum enim & ipſe ſimilibus argumentis, quibus tu, uſus accuſaret ſaltatoriam, dicens tibiae & fiſtularum & percuſſionum acceſſionem eſſe ſaltatorem, qui nihil ipſe ad actionem conferat, ſed moveatur temere, motu quodam irrationabili atque vano, quippe cui intellectus nullus inſit, faſcinatis interim hominibus per ea quae adjuncta rei ſunt, veſtem Sericam, & perſonam decentem, & tibiam atque cantillationes, bonaſque canentium voces, quibus exornari *diceret* opus ſaltatoris, quod per ſe nihil eſſet: ſaltator qui tum floreret, Neronis temporibus, non imprudens, ut aiunt, ſed ſi quis alius, & hiſtoriae memoria, & motus decentia, praeſtans, petiit a Demetrio rem aequiſſimam, puto, ut ſal-

λοῦσθαι, μηδενὸς ἐξηγητοῦ δεόμενον. ἀλλ' ὅπερ ἔφη ὁ Πυθικὸς χρησμὸς, δεῖ τὸν θεώμενον ὄρχησιν, καὶ κωφοῦ συνιέναι, καὶ μὴ [b] λαλέοντος (τοῦ ὀρχηστοῦ) ἀκούειν.

Ὃ δὴ καὶ Δημήτριον τὸν Κυνικὸν παθεῖν λέγουσιν. ἐπεὶ γὰρ καὶ αὐτὸς ὅμοιά σοι [c] καληγόρει τῆς ὀρχηστικῆς, λέγων τοῦ αὐλοῦ, καὶ τῶν συρίγγων καὶ τῶν κτύπων, παρεργόν τι τὸν ὀρχηστὴν εἶναι, μηδὲν αὐτὸν πρὸς τὸ δρᾶμα συντελοῦντα, κινούμενον δὲ ἄλογον ἄλλως κίνησιν καὶ μάταιον, οὐδενὸς αὐτῇ νοῦ προσόντος· τῶν δ' ἀνθρώπων τοῖς περὶ τὸ πρᾶγμα [d] γοητευομένων, ἐσθῆτι Σηρικῇ καὶ προσωπείῳ εὐπρεπεῖ, αὐλῷ τε καὶ [e] τερετίσμασι, καὶ τῇ τῶν ᾀδόντων εὐφωνίᾳ, οἷς [f] κοσμεῖσθαι μηδὲν ὂν τὸ τοῦ ὀρχηστοῦ πρᾶγμα. ὁ τότε κατὰ τὸν Νέρωνα εὐδοκιμῶν ὀρχηστὴς, οὐκ ἀσύνετος, ὥς φασιν, ἀλλ' εἰ καί τις ἄλλος, ἔν τε ἱστορίας μνήμῃ, καὶ κινήσεως κάλλει διενεγκὼν, ἐδεήθη τοῦ Δημητρίου εὐγνωμονεστάτην, οἶμαι, τὴν δέησιν, ἰδεῖν ὀρχου-

b Λαλέοντος] Et ſic cum *J. Fl.* & *H.* habere M. notat *M. du S.* *c* Καληγόρει] Nihil mutare *J. Fl. H. B2.* nec M. notat idem. Sed ἐκαληγόρει volebat. male, vid. not. *d* Γοητευομένων] Sic reſtitutum ex L. P. ut *Jenſ.* recte conjecit. Γοητευομένοις enim Edd. priores & M. *e* Τερετίσμασι] Τερετίσμαλι *Fl.* Prius eſt in aliis & M. *f* Κοσμεῖσθαι] Κοσμεῖται L. Nil mut. Edd.

66. Δημήτριον] Δημήτριος οὗτος ἐπὶ τοῦ Σεβαστοῦ ἤκμαζεν. οὗ Μάρκος ἐν τοῖς ἠθικοῖς αὐτοῦ μέμνηται. M.

Sed ſemel in errorem ſe abduci paſſus, & bis, ter alibi eundem errorem ſequitur; nam καληγόρει verum, ἐκαληγόρει falſum eſſe, vid. nos ſupra ad 2. *Ver. Hiſt.* c. 7. ubi teſtimonia compluria dedimus. *J. F. R.*

73. — — — περὶ τὸ πρᾶγμα γοητευομένοις,] Diu, fateor, hic locus me torſit, ut bono inde ſenſu fruerer. Tamdem decerno, eum eſſe corruptum, reſtituendumque id, quod quantum proſpicio, genuinum eſt; nempe γοητευομένων pro vulgato γοητευομένοις. Eſt oratio Demetrii Cynici continua & obliqua, qua ille arguit, ſaltatorem prorſus nihili eſſe faciendum. Quam orationem quia non modo non intellexit Interpres, ſed plane neſcio quod ἀνακόλουθον dedit, operae pretium erit, eam vertiſſe. Ait ergo Demetrius: *Saltatorem eſſe ſupervacaneam quamdam tibiae, fiſtularum, & pulſationum acceſſionem, qui nihil ipſe ad fabulam conducat; at moveat inſulſum, ſtolidum, nihilque ingenioſi habentem motum; dum homines faſcinentur iis, quae actioni extrinſecus accedunt, veſte* nimirum *ſerica, larva decora, tibiaque & laſcivis cantibus, cantorumque ſuavitate; quibus exornari actionem ſaltatoris, ubi ipſa per ſe ſit prorſus nihil.* Quam diverſus hinc abit Benedictus! Immo ſi verſionem inſpicias, nullum plane inde ſenſum eruas: quod in poſteriore hujus periodi parte jam oſtendit Cl. *Gronovius.* *J. J.*

74. Γοητευομένων] Em. Cl. *Jenſii*, quam confirmant P. & L. Reliqui libri & ipſe M. γοητευομένοις. *M. du S.*

76. Οἷς κοσμεῖσθαι μηδὲν ὂν τὸ τοῦ ὀρχηστοῦ πρᾶγμα] Opſopœus: *quibus exornaretur, nequaquam ſaltatoris eſſe officium.* Benedictus: *quibus exornari ſaltatorem nihil eſt opus*, ac ſi legiſſet hic μὴ δέον. Sed temere. Et illi non hactenus accuſaverunt, tanquam ornamenta ſaltatori non convenirent, ſed ipſum ſaltatorem eſſe rem nullius momenti ac boni. Debuerunt Latine dare ſenſum clarum, quem præbet Lucianus in Græcis, nempe: *quibus exornari actionem ſaltatoris, quum ipſa in ſe nihil prorſus eſſet.* *J. G.*

81. Ἐδεήθη τοῦ Δημητρίου εὐγνωμονεστάτην, οἶμαι, τὴν δέη-

χόμενον, ἔπειτα κατηγορεῖν αὐτοῦ, καὶ ὑπέσχετό γε ἄνευ αὐλοῦ, καὶ ᾀσμάτων ἐπιδείξεσθαι αὐτῷ· καὶ οὕτως ἐποίησεν· ἡσυχίαν γὰρ τοῖς τε κτυποῦσι, καὶ τοῖς αὐλοῦσι, καὶ αὐτῷ παραγγείλας τῷ χορῷ, αὐτὸς ἐφ' ἑαυτοῦ ὠρχήσατο τὴν Ἀφροδίτης καὶ Ἄρεος μοιχείαν, Ἥλιον μηνύοντα, καὶ Ἥφαιστον ἐπιβουλεύοντα, καὶ τοῖς δεσμοῖς ἀμφοτέρους, τήν τε Ἀφροδίτην, καὶ τὸν Ἄρη σαγηνεύοντα, καὶ τοὺς ἐφεστῶτας θεοὺς ἕκαστον αὐτῶν, καὶ αἰδουμένην μὲν τὴν Ἀφροδίτην, [a] ὑποδεδοικότα δὲ καὶ ἱκετεύοντα τὸν Ἄρη, καὶ ὅσα τῇ ἱστορίᾳ ταύτῃ πρόσεστιν, ὥστε τὸν Δημήτριον ὑπερησθέντα τοῖς γιγνομένοις, τοῦτον ἔπαινον ἀποδοῦναι τὸν μέγιστον τῷ ὀρχηστῇ. ἀνέκραγε γὰρ, καὶ μεγάλῃ τῇ φωνῇ ἀνεφθέγξατο· Ἀκούω ἄνθρωπε ἃ ποιεῖς, οὐχ ὁρῶ μόνον, ἀλλά μοι δοκεῖς ταῖς χερσὶν αὐταῖς λαλεῖν.

Ἐπεὶ δὲ κατὰ τὸν Νέρωνα ἐσμὲν τῷ λόγῳ, βούλομαι καὶ βαρβάρου ἀνδρὸς τὸ ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ ὀρχηστοῦ γενόμενον εἰπεῖν, ὅπερ [b] μέγιστος ἔπαινος ὀρχηστικῆς γένοιτ' ἄν. τῶν γὰρ ἐκ τοῦ Πόντου βαρβάρων [c] βασιλικός τις ἄν-

tantem ſe videret, deinde accuſaret: promiſitque, ſe abſque tibia & canticis copiam ſui facturum. Idque fecit. Imperato enim *ſcamilla* pulſantibus & inflantibus tibias, choroque ipſi, ſilentio, ipſe per ſe ſaltavit Martis atque Veneris adulterium, ſolem indicantem, inſidiantem Vulcanum, & vincula utriſque, Veneri ac Marti, injicientem, adſtantiumque Deorum unumquemque: & Venerem quidem pudore ſuffuſam, aliquantum metuentem vero & ſupplicantem Martem, & quaecumque inſunt in hac hiſtoria; adeo ut ſupra modum his quae fierent delectatus Demetrius, hanc ſaltatori laudem maximam tribueret. Exclamavit enim & maxima voce: *audio*, inquit, *homo, quae facis, non ſolum video: ſed ipſis mihi manibus loqui videris.*

64. Quando vero circa Neronem noſtra verſatur oratio, volo etiam, quid barbaro homini in eodem ſaltatore acciderit, commemorare, quae quidem maxima ſaltatoriae artis laus fuerit. Regii generis homo de Barbaris ad Pontum, qui negotii cujuſdam ſui

a Ὑποδεδοικότα] Ὑποδεδυκότα W. Nil mut. *J. Fl. H. P.* b Μέγιστος] *Μέγιστον* male *Bz.* c Βασιλικὸς] Sic *J. H. Fl. S. Bz.* &c. & M. Leg. βασιλίσκος adſcripſit *M. du S.*

δέησιν] *Petiit a Demetrio aequiſſimam, ut mihi videtur, petitionem*, rem aequiſſimam poſtulavit. Sic Æſchines κατὰ κτησιφῶντος δεησόμεθα ὑμῶν μετρίαν δέησιν. *rem non magnam a vobis petemus.* *J.G.G.*

86. Κτυποῦσι] Interpoſitum *ſcamilla* (fluctuant libri inter *ſcamilla*, *ſcabilla*, *ſcabella*) non aegre ferent, qui legerint *Rubenium* de re veſt. 2, 16. & quae viri docti ad *Sueton.* Calig. 54. Σιδηροῦν ὑπόδημα ad eundem uſum laudat noſter infra §. 83. *J.M.G.*

95. Δημήτριον] Vid. Phil. Caroli obſ. in *A. Gell.* c. 5. L. I. Animadv. III. p. 41. *M. V. la Croze.*

1. Ταῖς χερσὶν] Hinc Lesbonax Mitylenæus vocavit eos χειροσόφους, & Lexiphanes *Luciani* pag. 534. leg. *Athen.* c. 8. & 16. lib. 1. & cap. ult. lib. 4. cætera quæ ad ſaltationem ſpectant, ut de Baucíſmo, Betarmo, Hormo, & aliis fuſius alibi. *J.B.*

6. Βασιλικός τις ἄνθρωπος] Bene monet Cl. *Hemſterh.* in marg. adeundum *L. Bos* in Euang. Joan. IV. 46. Ibi enim legas: καὶ ἦν τις βασιλικὸς, &c. Ad quae *Boſius* ita commentatur: „ Non putem per βασιλικὸν „ intelligi *aulicum* quendam, ſive *miniſtrum regium*, „ ut Belgae Interpretes & plerique alii volunt; ſed „ potius *quempiam ex genere regio*, *agnatum aliquem* „ *Herodis.* Nam βασιλικοὶ Graecis dicuntur vel filii „ vel agnati regum, quales Latinis *Regales* appellan- „ tur. *Lucianus* de Salt. (h. l. ut vides) *Achilles Ta-* „ *tius* L. VII. p. 447. dixit: ἦν τοῦ βασιλικοῦ γένους. „ Sic & *Herodot.* I. c. 35. Φρὺξ μὲν γενεῇ, γένεος δὲ βα- „ σιληΐου. *Ammian.* XVI. c. 12. *Hos ſequebantur po-* „ *teſtate proximi Reges numero quinque, regalesque de-* „ *cem.* Ad quem locum videatur *Valeſius*". Addo *Chryſoſt.* Homil. 35. in Joan. p. 697. Ed. Eton. qui utrumque deſignari poſſe ait, his verbis: Ἤτοι τοῦ γένους ὢν τοῦ βασιλικοῦ, ἢ ἀξίωμά τι ἀρχῆς ἕτερον οὕτω καλούμενον ἔχων. *J. F. R.*

10. Ἡμιέλλην γάρ τις ὢν, ἐτύγχανε συνεῖναι] Peſſime ſic noſtra ex editione Salmurienſi, quum optime Baſileenſis (ἡμιέλλην γάρ τις ὢν ἐτύγχανε) συνεῖναι. *J.G.*

11. Συνιέναι] W. recte. Reliqui συνεῖναι. *M. du S.*

Συνιέναι] Vix dubitaſſem ſic ſcribere vel ſine codice. Sic enim recte ſupra §. 62. Edd. habebant. Conf. ſuperius *Quom. Hiſt.* c. 37. ubi συνεῖναι quoque Edd. priores pro συνιέναι. Sed recte συνιέναι ib. c. 44. Et *Abdic.* c. 15. atque alibi. Licet rurſus pro eo συνεῖ-

ναι

ſui cauſſa ad Neronem venerat, ſpectabat cum aliis ſaltatorem illum ſaltantem ita dilucide, ut, licet ea quae cantabantur non aſſequeretur, ſemi-Graecus enim erat, omnia tamen intelligeret. Itaque cum reditum jam pararet, Nerone illum complectente, &, quidquid vellet, jubente petere, atque dare pollicente, *Beaveris*, inquit, *ſi ſaltatorem illum mihi dederis.* Interrogante autem Nerone, *Quî nam tibi utilis ibi eſſe poſſit? Accolas*, inquit, *habeo barbaros linguae diverſae, & difficile eſt interpretes ad illos nanciſci: ſi quid igitur opus habuero, hic nutibus ſuis omnia mihi explicabit.* Adeo in animum illius deſcenderat imitatio ſaltationis, quae inſignis & dilucida illi videretur.

θρωπος κατά τι χρέος ἥκων ὡς τὸν Νέρωνα, ἐθεᾶτο μετὰ τῶν ἄλλων τὸν ὀρχηστὴν ἐκεῖνον, οὕτω σαφῶς ὀρχούμενον, ὡς καίτοι μὴ ἐπακούοντα τῶν ᾀδομένων (ἡμιέλλην γάρ τις ὢν ἐτύγχανε) [d] συνιέναι ἁπάντων. καὶ δὴ ἀπιὼν ἤδη ἐς τὴν [e] οἰκίαν, τοῦ Νέρωνος δεξιουμένου, καὶ ὅ, τι βούλοιτο αἰτεῖν κελεύοντος, καὶ δώσειν ὑπισχνουμένου, Τὸν ὀρχηστὴν, ἔφη, δοὺς τὰ μέγιστα εὐφρανεῖς. τοῦ δὲ Νέρωνος ἐρομένου, Τί ἄν σοι χρήσιμος γένοιτο ἐκεῖ; Προσοίκους, ἔφη, βαρβάρους ἔχω, οὐχ ὁμογλώττους, καὶ ἑρμηνέων οὐ ῥᾴδιον εὐπορεῖν πρὸς αὐτούς. ἢν οὖν τινος δέωμαι, διανεύων οὗτος ἕκαστά μοι ἑρμηνεύσει. τοσοῦτον ἄρα καθίκετο αὐτοῦ ἡ μίμησις τῆς ὀρχήσεως, ἐπίσημός τε καὶ σαφὴς φανεῖσα.

65. Caeterum maxima occupatio & ſcopus ſaltatoriae artis eſt actionis aſſimilatio, uti dixi, cui eodem modo rhetores dant operam, & illi maxime, qui eas quas declamationes vocamus, perſequuntur. Solet enim in illis quoque laudari vehementer, cum congruunt perſonis ſubjectis, eaque quae dicuntur non abhorrent ab his, qui

Ἡ δὲ πλείστη διατριβὴ καὶ ὁ σκοπὸς τῆς ὀρχηστικῆς ἡ ὑπόκρισίς ἐστιν, ὡς ἔφην, κατὰ [f] τὰ αὐτὰ καὶ τοῖς ῥήτορσιν ἐπιτηδευομένη, καὶ μάλιστα τοῖς τὰς καλουμένας ταύτας μελέτας διεξιοῦσιν. [g] οἶδε γοῦν καὶ ἐν ἐκείνοις μᾶλλον ἐπαινουμένη, τῷ ἐοικέναι τοῖς ὑποκειμένοις προσώποις, καὶ μὴ ἀπῳδὰ

d Συνιέναι] Reſtitutum ex W. Συνεῖναι Edd. priores. *e* Οἰκίαν] Sic eſſe in *J. H. Fl. S.* & M. notat *M. du S.* Eſt & in *P.* aliiſque. Quid tum? *f* Τὰ αὐτὰ] Ταὐτὰ P. *g* Οἶδε] Sic Edd. *Fl. H. P.* aliaeque pleraeque. Οἱ δὲ *J.* Οἶδεν M.

ναι legas in Edd. infra *Jov. Trag.* §. 27. quod ibi videbimus. *J. F. R.*

21. Καθίκετο αὐτοῦ] Sic ſupra Ἑρμ. c. 83. *M. du S.*

25. Κατὰ τὰ α. τ.] Ut Πρ. λ. c. 2. Τιμ. c. 33. & paſſim. *M. du S.*

27. Οἶδε] Interpres *Obſopoeus* legit ἡ δὲ, vertit enim *At haec.* *F. G.*

Οἱ δὲ] Nemo haec, quid velint adſequatur. Ed. *J.* pro οἶδε vulgato legit οἱ δε. M. οἶδεν, legendum οἱ δὲ γοῦν καὶ ἐν ἐκείνοις ἐπαινούμενοι &c. i. e. Qui itaque in hac arte laudantur, eo nomine reliquis praeſtare exiſtimantur, quod &c. Intactus locus eſt, nec mihi mea valde placent. Proferant alii meliora. Forſan ſatius fuerit legere ἤδε. *M. du S.*

Οἶδε] Puto dediſſe Lucianum εἴωθε, quod deinde inter dictantem atque excipientem in οἶδε tranſiſſe potuit. Certe ita interpretatus ſum. *J. M. G.*

Οἶδε] Illud οἶδε certe intolerabile videtur, ſed quia variis modis corrigi poteſt, & aeque in οἶδε — ἐπαινούμενοι ac in αἱ δὲ — εναι. Aeque inquam in εἴωθε, quam in ἡ δὲ mutari, ideo nihil muto, quia incertum eſt quid Lucianus reliquerit. Cl. *Geſneri* εἴωθε optimum videretur, ſi cum ἐπαινουμένη ſatis commode cohaerere poſſet. Etſi enim alias participium pro infinitivo uſitatum, cum hoc verbo id noſter ſaltem adhibere non ſolet. *J. F. R.*

28. Τῷ ἐοικέναι ταῖς ὑποκειμένοις προσώποις] Benedictus, *ut propoſitis perſonis geſtu reſpondeat.* Opſopœus *ut perſonis in ſcenam introductis ſaltator per omnia geſtu reſpondeat.* At nec id agit Lucianus, ut oſtendat id etiam in ſaltatoribus laudari, quod in quaque re laudatur, ut picturâ, cœlaturâ &c. ut nempe reſpondeant perſonis propoſitis, ſed mens ejus eſt, eamque in interpretando ſic exprimere debuerant. *Novit enim* (n. ὑπόκρισις) *ſe in illis magis laudari eo, quod ſimilis plane ſit ſubjectis perſonis.* Innuit vim ὑποκρίσεως maxime curari & valere in iſtis ſaltatoribus, quum non ita pulchritudo ejus in aliis artibus exſeratur. *J. G.*

Τῷ ἐοικέναι] Id eſt quaſi ἐν vel ἐπὶ τῷ ἐοικέναι. *dum*, vel *propter ea quod ſimiles ſe gerant.* Sic *Herodian.* III. 1. 5. τῷ μὴ ἔχειν μισθοφόρους. *Si quidem mercenarios milites non habent.* Plura ſimilia dedi alibi. Adde &

Abdic.

δὰ εἶναι τὰ λεγόμενα τῶν εἰσαγομένων [a] ἀριστέων, ἢ τυραννοκτόνων, ἢ πενήτων, ἢ γεωργῶν, ἀλλ' ἐν ἑκάστῳ τούτων τὸ ἴδιον καὶ τὸ ἐξαίρετον δείκνυσθαι.

Ἐθέλω γοῦν σοι καὶ ἄλλου βαρβάρου ῥῆσιν ἐπὶ τούτοις εἰπεῖν. ἰδὼν γὰρ πέντε πρόσωπα τῷ ὀρχηστῇ παρεσκευασμένα (τοσούτων γὰρ μερῶν τὸ δρᾶμα ἦν) ἐζήτει, ἕνα ὁρῶν τὸν ὀρχηστήν, τίνες οἱ ὀρχησόμενοι καὶ ὑποκρινούμενοι τὰ λοιπὰ προσωπεῖα εἶεν; ἐπεὶ δὲ ἔμαθεν ὅτι [b] ὁ αὐτὸς [c] ὑποκρινεῖται, καὶ ὑπορχήσεται τὰ πάντα, Ἐλελήθεις, ἔφη, ὦ βέλτιστε, σῶμα μὲν τοῦτο ἕν, πολλὰς δὲ τὰς ψυχὰς ἔχων. ταῦτα μὲν ὁ βάρβαρος.

Οὐκ ἀπεικότως δὲ καὶ οἱ Ἰταλιῶται τὸν ὀρχηστὴν παντόμιμον καλοῦσιν, ἀπὸ τοῦ δρωμένου σχεδόν. καλὴ γὰρ καὶ ἡ ποιητικὴ παραίνεσις ἐκείνη, τό, ὦ παῖ, Ποντίου θηρὸς πετραίου νόον [d] ἴσχων, πάσαις πολίεσσιν ὁμίλει, καὶ τῷ ὀρχηστῇ ἀναγκαία. καὶ δεῖ προσφύντα τοῖς πράγμασι συνοικειοῦν ἑαυτὸν ἑκάστῳ τῶν δρωμένων. τὸ δὲ ὅλον, ἤθη καὶ πάθη δείξειν καὶ ὑποκρινεῖσθαι ἡ ὄρχησις ἐπαγγέλλεται, νῦν μὲν ἐρῶντα, νῦν δὲ ὀργιζόμενόν τινα εἰσάγουσα, καὶ ἄλλον μεμηνότα, καὶ ἄλλον λελυπημένον, καὶ ἅπαντα ταῦτα

introducuntur viris fortibus, aut tyrannicidis, aut pauperibus, aut agricolis; ſed in unoquoque horum, quod proprium eſt, quod eximium, demonſtratur.

66. Volo autem tibi etiam alterius Barbari de hiſce rebus dictum referre. Videns enim quinque perſonas ſaltatori paratas, tot nempe partium erat actio, & unum modo videns ſaltatorem, interrogavit, *Quinam ſaltaturi & acturi reliquas perſonas eſſent?* Cum vero audiſſet, eundem acturum, & modos praeiturum omnes, *Neſciebam*, inquit, *vir optime, te corpus quidem hoc unum, animas autem multas habere.* Haec Barbarus.

67. Non abſurde autem Itali ſaltatorem appellant Pantomimum, (*imitatorem omnium*) ab eo quod fit fere. Pulchra enim illa quoque poëtica adhortatio: *Fili, beluae in ſaxis marinae* (Polypi) *modo adhaerens urbes populoſque frequenta*, & ſaltatori neceſſaria, oportetque rebus adhaereſcentem *familiarem* ſe *& quaſi* domeſticum unicuique eorum, quae aguntur, reddere. Atque in univerſum mores atque affectus ſe demonſtraturam atque actione expreſſuram, ſaltatio pollicetur, nunc amantem, nunc iraſcentem aliquem inducens, & furentem alium, affectum alium triſtitia, & ſua unum-

a Ἀριστέων] Et ſic cum *J.* habere *Fl.* & *H.* notat *Solanus.* b Ὁ αὐτὸς] Illud ὁ inſerui ex W. Aberat enim ab Edd. c Ὑποκρινεῖται] Ὑπερκρινεῖται. male erat in *P.* Recte ὑποκρ. in cett. d Ἴσχων] Ἔχων W. Prius vero *J. Fl. H. P. Ald.* &c.

47. Ποντίου θηρὸς] Θέογνίς φησι, πολύπου ὀργὴν ἴσχε πολυπλόκου ὃς ποτὶ πέτρῃ, τῇ προσομιλήσει τοῖος ἰδεῖν ἐφάνη. Quin & *Phocylides* idem dicit, ſi recte memini. *G.*

Abdic. c. 5. οὐ τῷ μισεῖν ἐμέ. *J.F.R.*

30. Ἀριστέων] Non ſatis aſſequitur una vox Latina vim quae ſubjecta eſt τοῖς ἀριστεῦσι. Sunt enim, qui inſigne & eminens fortitudinis documentum edidere, quod praemio dignum leges judicant, qui non *bene* tantum ſed *optime*, comparatione aliorum, geſſerunt rempublicam. Latina declamatorum ſchola *fortes* vocat ſimpliciter, aut *fortiter feciſſe* dicit. *J.M.G.*

40. Ὁ] Ita W. ſolus, vulgatam qui ſequuntur *ſolum* vertant neceſſe eſt. Qui *eundem* vertunt, ita legant, uti nos ſcribimus, ſi Graece ſciunt. *M. du S.*

47. Ὦ παῖ] Ex *Pindaro* habet, inter cujus fragmenta reperies p. 493. paulo aliter ſcriptum.

Ποντίου θηρὸς χρωτὶ
Μάλιστα νόον προσφέρων
Πάσαις πολίεσσιν ὁμίλει.

Ex *Plut.* 1690, 1. & 1801. 2. *M. du S.*

Ὦ παῖ] *O fili Polypi*, Theognis. *M.V. la Croze.*

48. Ἴσχων] Illud ἔχων quod W. ſuppeditat nihili eſſe, patet ex archetypo ex quo Lucianus hoc petiit. Deſumſit enim ex *Theognidis* verſu illo quem *Plutarch.* περὶ πολυφιλίας citat, (teſte *Sylburgo* in nott. ad Theogn.

numquodque menſura. Quod enim in primis admirabile eſt, eodem die jam quidem Athamas furens, jam perterrita Ino oſtenditur: & alias idem eſt Atreus, ac paullo poſt Thyeſtes, tum Aegiſthus, aut Aërope, & omnia haec unus homo eſt.

68. Igitur ſpectacula quidem reliqua & acroamata, unius cujusdam operis ſpecimen edunt: aut enim tibia eſt aut cithara, aut vocis cantus, aut tragica actionis repraeſentatio, aut comica riſus affectatio: & ſaltator omnia complexus habet, & licet varium illius & mixtum ex omnibus apparatum videre, tibiam, fiſtulam, pedum percuſſionem (*ſcamillum*) cymbali ſtrepitum, actoris vocalitatem, canentium concentum.

69. Porro reliqua alterius utrius partis in homine opera ſunt, partim animae, partim corporis: at in ſaltatione commixta ſunt utraque. Nam & intellectus demonſtrationem habent, quae ibi fiunt, & corporalis exercitationis efficaciam: maximum autem *eſt* ſapientia in his quae aguntur, & nihil extra rationem. Lesbonax igitur Mytilenaeus, vir honeſtus & bonus, manu ſapientes vocabat ſaltatores, atque ad ſpectacula eorum ibat, tanquam melior e theatro

μεμετρημένως. τὸ γοῦν παραδοξότατον, τῆς αὐτῆς ἡμέρας ἄρτι μὲν Ἀθάμας μεμηνὼς, ἄρτι δὲ Ἰνὼ φοβουμένη δείκνυται· καὶ ἄλλοτε Ἀτρεὺς ὁ αὐτός· καὶ μετὰ μικρὸν Θυέστης, εἶτα Αἴγισθος, ἢ Ἀερόπη· καὶ πάντα ταῦτα εἷς ἄνθρωπός ἐστι.

Τὰ μὲν οὖν ἄλλα θεάματα καὶ ἀκούσματα ἑνὸς [e] ἑκάστου ἔργου τὴν ἐπίδειξιν ἔχει. ἢ γὰρ αὐλός ἐστιν, ἢ κιθάρα, ἢ διὰ φωνῆς μελῳδία, ἢ τραγικὴ δραματουργία, ἢ κωμικὴ γελωτοποιΐα. ὁ δὲ ὀρχηστὴς τὰ πάντα ἔχει συλλαβών. καὶ ἔνεστι ποικίλην καὶ παμμιγῆ τὴν παρασκευὴν αὐτοῦ ἰδεῖν, αὐλὸν, σύριγγα, ποδῶν κτύπον, κυμβάλου ψόφον, ὑποκριτοῦ εὐφωνίαν, ᾀδόντων ὁμοφωνίαν.

Ἔτι δὲ τὰ μὲν ἄλλα θατέρου τῶν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ ἔργα ἐστί· τὰ μὲν ψυχῆς, τὰ δὲ σώματος. ἐν δὲ τῇ ὀρχήσει ἀμφότερα συμμέμικται. καὶ γὰρ διανοίας ἐπίδειξιν τὰ γιγνόμενα ἔχει, καὶ σωματικῆς ἀσκήσεως ἐνέργειαν. τὸ δὲ μέγιστον ἡ σοφία τῶν δρωμένων, καὶ μηδὲν ἔξω λόγου. Λεσβώναξ γοῦν ὁ Μιτυληναῖος, ἀνὴρ καλὸς καὶ ἀγαθὸς, χειροσόφους τοὺς ὀρχηστὰς ἀπεκάλει, καὶ ᾔει ἐπὶ τὴν θέαν αὐτῶν, ὡς βελτίων ἀναστρέψων ἀπὸ

e Ἑκάστου] Nihil mutant Edd. nec M. Ἕκαστον *Graev.*

78. Λεσβώναξ..] Τοῦτον λέγει Λεσβώνακτα οὗ καὶ ἄλλαι μελέται ῥητορικαὶ φέρονται θαυμάσιαι καὶ ἐνάμιλλοι Νικοστράτου καὶ Φιλοστράτου τῶν * ἐν τῖν ἑτερ. σοφισταῖς διαπρεπόντων, μάλιστα δὲ αἱ ἐρωτικαὶ ἐπιστολαὶ πολλὴν τὴν ἐκ τῶν λόγων ἀποστάζουσαι ἡδονήν. M.

* Ἐν τῖν ἑτερ.] Lege τιμιωτέροις. *M. du S.* An potius ἐν τοῖς τῶν νεωτέροις; *T. H.*

Theogn. p. 150.) Πουλύποδος νόον ἴσχε πολύφρονος. ubi certe ἔχε in verſu locum non haberet. At in ipſo *Theognide*, verſ. 216. ſic legas:

Πουλύπου ὀργὴν ἴσχε πολύπλοκον, ὃς ποτὶ πέτρῃ
Τῇ προσομιλήσει, τοῖος ἰδεῖν ἐφάνη.

Quod quidem nihil refert; verbum ἴσχε tamen eodem modo ibidem ponitur. *J. F. R.*

57. Ἀθάμας] Conf. ſupra §. 42. *J. F. R.*

60. Ἀερόπη] Vid. c. 43. & Συγγρ. c. 8. Agamemnonis mater. *M. du S.*

62. Τὰ μὲν οὖν ἄλλα θεάματα καὶ ἀκούσματα ἑνὸς ἑκάστου ἔργου τὴν ἐπίδειξιν ἔχειν] Interpres: *Alia quidem quae ſpectanda vel audienda exhibentur, unam quampiam rem oſtendunt.* ἕκαστος non eſt *quispiam.* Legendum ἑνὸς ἕκαστον ἔργου τὴν ἐπίδειξιν ἔχει. *Cetera quidem quae ſpectantur vel audiuntur, unam rem unumquodque oſtendit.* ἕκαστον ſc. ἄκουσμα vel θέαμα. *J. G. G.*

78. Λεσβώναξ γοῦν ὁ Μιτυληναῖος, χειροσόφους τοὺς ὀρχηστὰς ἀπεκάλει] Hoc damnat ipſe Lucianus in Rhetorum magiſtro. *J. G. G.*

Λεσβώναξ] Lesbonacti cuidam ſcribit *Apollonius Tyanenſis* Ep. XXII. & LXI. ſed alius ſit oportet. *Philoſtr.* p. 391. & 404. *M. du S.*

ἀπὸ τοῦ θεάτρου. Τιμοκράτης δὲ ὁ διδάσκαλος αὐτοῦ ἰδών ποτε ἅπαξ οὐκ ἐξεπίτηδες ἐπιστὰς, ὀρχηστὴν τὰ αὐτοῦ ποιοῦντα, Οἵου με, ἔφη, θεάματος ἡ πρὸς φιλοσοφίαν αἰδὼς ἀπεστέρηκεν.

Εἰ δ' ἔστιν ἀληθῆ ἃ περὶ ψυχῆς ὁ Πλάτων λέγει, τὰ τρία μέρη αὐτῆς καλῶς ὁ ὀρχηστὴς δείκνυσι, τὸ θυμικὸν, ὅταν ὀργιζόμενον ἐπιδείκνυται, τὸ ἐπιθυμητικὸν, ὅταν ἐρῶντας ὑποκρίνηται, τὸ λογιστικὸν, ὅταν ἕκαστα τῶν παθῶν χαλιναγωγῇ· τοῦτο [a] μέν γε ἐν ἅπαντι μέρει τῆς ὀρχήσεως, καθάπερ ἡ ἁφὴ ἐν ταῖς αἰσθήσεσι, παρέσπαρται. κάλλους δὲ προνοῶν, καὶ τῆς ἐν τοῖς [b] ὀρχήμασιν εὐμορφίας, τί ἄλλο, ἢ τὸ τοῦ Ἀριστοτέλους ἐπαληθεύει, τὸ κάλλος ἐπαινοῦντος, καὶ μέρος [c] τρίτον ἡγουμένου τἀγαθοῦ καὶ τοῦτο εἶναι. ἤκουσα δέ τινος καὶ περιττότερόν τι νεανιευομένου ὑπὲρ τῆς τῶν ὀρχηστικῶν προσωπείων σιωπῆς, ὅτι καὶ [d] αὐτὴ Πυθαγορικόν τι δόγμα αἰνίττεται.

Ἔτι δὲ καὶ τῶν ἄλλων ἐπιτηδευμάτων, τῶν μὲν τὸ τερπνὸν, τῶν δὲ τὸ χρήσιμον [e] ὑπισχνουμένων, μόνη ἡ ὄρχησις ἄμφω ἔχει. καὶ πολύ γε τὸ χρήσιμον ὠφελιμώτερον, ὅσῳ μετὰ τοῦ τερπνοῦ γίγνεται. πόσῳ γὰρ τοῦτο ὁρᾶν ἥδιον, ἢ πυκτεύοντας νεανίσκους, καὶ αἵματι ῥεομένους, καὶ παλαίοντας ἄλλους ἐν κόνει, οὓς ἡ ὄρχησις πολλάκις ἀσφαλέστερον ἅμα καὶ εὐμορφότερον καὶ τερπνότερον

reverſurus. Timocrates autem illius magiſter, cum vidiſſet ſemel, non dedita opera adſtans, edentem opus ſuum ſaltatorem; *Quali*, dixit, *ſpectaculo philoſophiae me verecundia privavit?*

70. Si vera ſunt, quae de anima dicit Plato; tres partes illius pulchre ſaltator oſtendit; iram, cum irati perſonam gerit, cupiditatem cum amantes agit; rationem, cum paſſionem unamquamque frenis quaſi moderatur, quod quidem in unaquaque ſaltatione, quemadmodum in ſenſibus tactus, diſſeminatum eſt. Pulchritudini vero dum proſpicit, & ſpeciei in ſaltationibus, quid aliud quam verum eſſe Ariſtotelis illud demonſtrat, laudantis pulchritudinem, & tertiam hanc quoque boni partem eſſe dicentis. Audivi etiam, qui juveniliter laſciviret de perſonarum ſaltatoriarum ſilentio, *etiam hoc Pythagoricum quoddam dogma innui.*

71. Praeterea cum ſtudia alia partim quidem jucunditatem, partim vero utilitatem promittant, ſola utrumque habet ſaltatio. Ac tanto plus prodeſt utilitas, quatenus cum jucunditate contingit. Quanto enim hoc videre jucundius, quam pugnis contendentes juvenes, & ſanguine fluentes, luctanteſque alios in pulvere, quos ſaltatio ſaepe tutius ſimul, & formoſius repraeſentat

a Μέν γε] Hanc eſſe Edd. lectionem & Cod. M. notat *M. du S.* *b* Ὀρχήμασιν] De hoc idem notat Idem. *c* Τρίτον] *Marcil.* δεύτερον. At nil varietatis invenio. *d* Αὐτὴ] Αὕτη W. *e* Ὑπισχνουμένων] Ὑπισχουμένων *J. Ald.* & *H.* At prius recte cett.

82. Τιμοκράτης] Heracleota. Δημων. c. 3. memoratur hic etiam apud *Philoſtr.* (p. m. 265.) 535. & deſcribitur ut & Philoſophus, & vir diſertus, qualem etiam *Lucianus* hic tradit fuiſſe. Aetas etiam & patria conveniunt. Sola errat Chronologia Sophiſtarum *Philoſtrati*, in qua circa annum 130. floruiſſe dicitur. Vide totam *Polemonis* vitam, & mecum ſenties. *M. du S.*

87. Πλάτων] *Plat.* Polit. p. 506. A. *M. du S.*

92. Τοῦτο μέν γε] An τὸ χαλιναγωγεῖν τὰ πάθη? *F. G.*

96. Ἀριστοτέλους] Felicitatem *Ariſtoteles* tribus in rebus ſitam eſſe vult, in animi, corporis & fortunae bonis. Vid. Ἠθ. Νικ. I. *M. du S.*

98. Καὶ μέρος τρίτον] Imo καὶ μέρος δεύτερον. Nam τρίτον, τὰ χρήματα. Ipſe in *Eunucho*: καὶ μὴ σφόδρα καταφρονεῖν χρημάτων, ἀλλὰ τρίτον τι ἀγαθὸν καὶ τοῦτο οἴεσθαι. *Th. M.*

Καὶ μέρος τρίτον] Locus Luciani in *Eun.* quem *Marcilius* ob oculos habuit, eſt §. 3. non longe a fine. *J. F. R.*

99. Ἤκουσα δέ τινος καὶ περιττότερόν τι νεανιευομένου ὑπὲρ

tat & jucundius. Contentior ergo ille motus ſaltatoriae, & converſiones, & circumductiones, & ſaltus, & reſupinati flexus corporis, aliis videntibus jucunda viſu accidunt; ipſis vero efficientibus ſaluberrima. Exercitationum quippe omnium pulcherrimam ſimul hanc & maxime concinnam eſſe, equidem dixerim, quae ſubigat corpus, & flectat, & levius reddat, & ad omnem mutationem expeditum eſſe doceat, roburque non parvum conciliet.

72. Quidni ergo res undique conveniens ſaltatio, animum acuens, exercens corpus, oblectans videntes, multaque antiqua docens, inter tibias, & cymbala, & canticorum concinnitatem oculos aureſque demulcens. Si igitur vocis oblectationem quaeris, ubi alias invenias? aut quem audias vocum plurium modulatioremque concentum? ſive tibiae fiſtulaeque argutiores ſonos; ſatis etiam his frui in ſaltatione tibi datur. Omitto dicere, te meliorem etiam quod ad mores futurum, tali in ſpectaculo ſi verſeris, cum videas theatrum odiſſe, quae male fiunt, illacrimare autem his qui opprimuntur injuria, & in univerſum mores ſpectantium regere.

73. Quod autem maxime in ſaltatoribus laudandum eſt, illud jam dicam. Quod robori ſimul & mobilitati membrorum ſtudere hic licet, aeque admirabile mihi vide-

ἐπιδείκνυται, τὴν μὲν οὖν γε σύντονον κίνησιν τῆς ὀρχηστικῆς, καὶ στροφὰς αὐτῆς, καὶ περιαγωγὰς, καὶ πηδήματα, καὶ ὑπτιασμοὺς, τοῖς μὲν ἄλλοις τερπνὰ εἶναι συμβέβηκεν ὁρῶσι· τοῖς δὲ ἐνεργοῦσιν αὐτοῖς, ὑγιεινότατα. γυμνασίων γὰρ τὸ κάλλιστόν τε ἅμα καὶ εὐρυθμότατον τοῦτο φαίην ἂν ἔγωγε εἶναι, μαλάττον μὲν τὸ σῶμα, καὶ κάμπτον, καὶ κουφίζον, καὶ [f] εὐχερὲς εἶναι πρὸς μεταβολὴν διδάσκον, ἰσχύν τε οὐ μικρὰν περιποιοῦν τοῖς σώμασι.

Πῶς οὖν οὐ παναρμόνιόν τι χρῆμα ἡ ὄρχησις, θήγουσα μὲν τὴν ψυχὴν, ἀσκοῦσα δὲ καὶ τὸ σῶμα, τέρπουσα δὲ τοὺς ὁρῶντας, διδάσκουσα δὲ πολλὰ τῶν πάλαι ὑπ᾽ αὐλοῖς, καὶ κυμβάλοις, καὶ μελῶν εὐρυθμίᾳ, καὶ κηλήσει, διά τε ὀφθαλμῶν, καὶ ἀκοῆς; εἰ γοῦν φωνῆς εὐμοιρίαν [g] ζητεῖς, ποῦ ἂν ἀλλαχόθι εὕροις, ἢ ποῖον πολυφωνότερον ἄκουσμα, ἢ ἐμμελέστερον; εἴ τε αὐλοῦ καὶ σύριγγος τὸ λιγυρώτερον, ἅλις καὶ τούτων ἐν ὀρχήσει ἀπολαῦσαί σοι πάρεστιν, ἐῶ λέγειν ὡς ἀμείνων τὸ ἦθος, ὁμιλῶν τῇ τοιαύτῃ θέᾳ, γενήσῃ, ὅταν ὁρᾷς [h] μὲν τὸ θέατρον μισοῦν μὲν τὰ κακῶς γιγνόμενα, ἐπιδακρύον δὲ τοῖς ἀδικουμένοις· καὶ ὅλως τὰ ἤθη τῶν ὁρώντων παιδαγωγοῦν.

Ὃ δ᾽ ἐστὶ μάλιστα ἐπὶ τῶν ὀρχηστῶν ἐπαινέσαι, τοῦτο ἤδη ἐρῶ, τὸ [i] γὰρ ἰσχύν τε ἅμα καὶ ὑγρότητα τῶν μελῶν ἐπιτηδεύειν, ὁμοίως παράδοξον εἶναί μοι δοκεῖ, ὡς εἴ τις ἐν

f Εὐχερὲς] Εὐχερεῖς *Pell.* *g* Ζητεῖς] Sic reddidi Luciano ex *Fl.* & M. Ζητοῖς Edd. vulgo. *h* Μὲν] Inſeruit *Solan.* ex W? Aberat ab Edd. *i* Γὰρ] Reſtitutum hoc ex L. P. Καὶ erat in Edd. prioribus.

ὑπὲρ τῆς τῶν ὀρχηστικῶν προσώπων σιωπῆς, ὅτι καὶ αὐτὰ Πυθαγορικόν τι δόγμα αἰνίττεται] *Ceterum quendam audivi magis etiam ſubtilia quaedam de ſaltantium perſonarum ſilentio juveniliter affirmantem, eam etiam Pythagoricum dogma ſubobſcure ſignificare.* ſic vertendus hic locus. de re ipſa *Athenaeus* lib. 1. Deipnoſoph: ἦν οὗτος (Μέμφις) τὴν Πυθαγόρειον φιλοσοφίαν ἐπιδεικνύουσιν ἥτις ἐστὶ, μετὰ σιωπῆς πάνθ᾽ ἡμῖν ἐμφανίζων σαφέστερον, ἢ οἱ τὰς τῶν λόγων τέχνας ἐπαγγελλόμενοι διδάσκειν. *Enim vero hic* (Memphis pantomimus) *aperte demonſtravit, quanta Pythagoricae philoſophiae vis ſit, ut qui tacens omnia nobis manifeſtius indicaret, quam qui artem dicendi ſe docere profiterentur.* *J.G.G.*

Ibid. Περιττότερόν τι νεανιευόμενον] *Magnificentius quid dicentem.* F.G.

17. Γυμνασίων γὰρ τὸ κάλλιστόν τε ἅμα καὶ εὐρυθμότατον τοῦτο φαίην ἂν ἔγωγε εἶναι] Interpres abſurdiſſime: *Etenim illud ego Gymnaſiorum pulcherrimum & aptiſſimum eſſe affirmaverim*, cum vertendum ſit, *Ex omnibus gymnicis exercitiis illud pulcherrimum & venuſtiſſimum eſſe equidem dixero.* *J.G.G.*

26. Ὑπ᾽ αὐλοῖς] Conf. ſupra §. 16. hujus Diſſert. *J.F.R.*

ἐν τῷ αὐτῷ καὶ Ἡρακλέους τὸ καρτερὸν, καὶ Ἀφροδίτης τὸ ἁβρὸν δεικνύοι.

tur, ac ſi quis eodem momento Herculis robur, & delicatos Veneris motus oſtendat.

Ἐθέλω δὲ ἤδη καὶ ὑποδεῖξαί σοι τῷ λόγῳ, ὁποῖον χρὴ εἶναι τὸν ἄριστον ὀρχηστὴν ἔν τε ψυχῇ καὶ σώματι. καίτοι τὰ μὲν ψυχῆς προεῖπον τὰ πλεῖστα· μνημονικόν τε γὰρ, καὶ εὐφυᾶ, καὶ ξυνετὸν, καὶ ὀξὺν ἐπινοῆσαι, καὶ καιροῦ μάλιστα ἐστοχάσθαι φημὶ δεῖν αὐτόν· ἔτι δὲ κριτικόν τε ποιημάτων, καὶ ᾀσμάτων, καὶ μελῶν τῶν βελτίστων διαγνωστικὸν, καὶ τῶν κακῶς πεποιημένων ἐλεγκτικόν.

74. Volo jam illud oratione tibi declarare, qualem eſſe optimum ſaltatorem anima pariter & corpore oporteat. Quamquam animae pleraque jam dixi. Nam & memoria praeſtare, & ingenioſum eſſe, & prudentem, & acutum in cogitando, & opportunitatibus recte uti oportere illum, aio: ad haec judicare poſſe de poëmatibus, & cantica atque modulos optimos dignoſcere, & male facta redarguere.

Τὸ δὲ σῶμα, κατὰ τὸν Πολυκλείτου κανόνα ἤδη ἐπιδείξειν μοι δοκῶ· μήτε γὰρ ὑψηλὸς ἄγαν ἔστω, καὶ πέρα τοῦ μετρίου ἐπιμήκης, μήτε ταπεινὸς, καὶ νανώδης τὴν φύσιν, ἀλλ᾽ ἔμμετρος ἀκριβῶς· οὔτε πολύσαρκος, ἀπίθανον [a] γὰρ, οὔτε λεπτὸς εἰς ὑπερβολήν· σκελετῶδες γὰρ τοῦτο καὶ νεκρικόν.

75. Quantum vero ad corpus, ad Polycleti regulam illum jam demonſtraturus mihi videor. Neque enim procerus ſit nimium, & ultra modum longus, neque humili ſtatura & nano ſimilis; ſed juſtae exactaeque menſurae; neque carnoſus, neque enim probari ſic poteſt, neque ad exceſſum usque tenuis, ut ſceleton referat aut mortuum.

Ἐθέλω γοῦν σοι καὶ δήμου τινὸς οὐ φαύλου τὰ τοιαῦτα ἐπισημαίνεσθαι βοὰς εἰπεῖν. οἱ γὰρ Ἀντιοχεῖς εὐφυεστάτη πόλις, καὶ ὄρχησιν μάλιστα πρεσβεύουσα, οὕτως [b] ἐπιτηρεῖ τῶν λεγομένων, καὶ τῶν γιγνομένων ἕκαστα, ὡς μηδένα μηδὲν αὐτῶν διαλανθάνειν. μικροῦ

76. Volo tibi etiam populi cujusdam, non mali ad talia notanda, clamores narrare. Antiochenſes enim ingenioſiſſima civitas, & maxime ſaltationem commendans, ita quae dicuntur & fiunt ſingula obſervat, ut neminem illorum quidquam effugiat. Par-

a Γὰρ] Inſeruit *Solanus*. non addens unde. Deerat in Edd. & M. b Ἐπιτηρεῖ] Ἐπιτ. *Jenſ.* At vulg. ſervant *J. Fl. H. P.* & M.

49. Εὐφυᾶ] Alibi erat εὐφυῆ. Sed hic jam recte & conſtanter εὐφυᾶ invenio. Vid. ſupra *Alex*. c. 5. *J. F. R.*

54. Τὸν Πολυκλ. καν.] Confer infra *de Mort. Peregr.* §. 9. *J. F. R.*

59. Γὰρ] Illud γὰρ quod ſententia poſtulabat ante τοῦτο, inſerendum duxi. Non agnoſcit tamen M. *M. du S.*

62. Οἱ γὰρ Ἀντιοχεῖς] *Jul.* Imp. Miſop. *J. B.*

67. Τὸν Ἕκτορα] Extat epigramma in ſtatuam Helladiae Hectorem ſaltantis. V. *Anthol.* IV. 25. *Meurſ.* Orch. *M. du S.*

69. Ὡς Ἀστύαναξ] Legendum omnino οὗτος Ἀστύαναξ. Corruptio orta ex compendio, quo pronomen illud ſcribere ſolebant antiqui librarii; quod quam facile in ὡς transire potuerit, conſiderantibus illius formam apparet. *J. M. G.*

Ὡς Ἀστύαναξ] An οἷος Ἀστύαναξ; ſic cogitabam ante. Sed viſa conjectura Cl. *Geſneri*, ei facile concedo: Nam vulgata ſenſum commodum non habere videtur; licet ὡς etiam nominibus ſubſtantivis addatur, ut in fragm. *Menand.* 38. 2. Ὡς ἔργον εὖ ζῆν ἐν πονηροῖς ἤθεσιν· pro *quantum opus*, vel *quam difficile est* &c. Et Latini quoque adverbia ſic adjungant nominibus ſubſtantivis, ut eſt in Terentiano illo: *ne parum leno ſies.* Tamen ὡς Ἀστύαναξ vix ita ſubſiſtere poterit, & ſi per ironiam ſic interpretere: *o quam ille* (pro qualis vel quantus) *eſt Aſtyanax!* ſcilicet. habebit quidem ſenſum aliquem, ſed minus commodum, quam ſi οὗτος legeris. *J. F. R.*

71. Καπανέα] V. *Auſon.* epigr. 83. & *Anthol.* II. 38. *Meurſ.* Orch. Et *Eur.* Phoen. 185. 1180. *M. du S.*

Ibid. Προσβάλλειν τοῖς Θηβαίων τείχεσιν] Eſt *impetum facere in Thebanorum moenia.* nobis beſtürmen. *Herodianus* in v, καὶ προσέβαλλε τοῖς τείχεσιν. Idem in VII. προσέβαλλόν τε ταῖς πύλαις καὶ τοῖς τείχεσιν. *Xenophon* in III. Hellenicon: ξενικῷ μὲν ἑλληνικῷ προσβαλοῦσα τοῖς

Parvo enim ingreſſo ſaltatore & ſaltante Hectorem, una voce exclamarunt omnes, *Hic Aſtyanax, Hector autem ubi?* Alio vero tempore cum ultra modum longiſſimus aliquis ſaltare Capaneum inciperet, & invadere Thebanorum moenia, *Transſcende murum* dicebant, *ſcalis nihil opus habes.* Ac de craſſo pinguique ſaltatore, magnos tentante ſaltus, *Debemus*, aiunt, *parcere thymelae.* Contra vehementer attenuato ſucclamarunt velut aegrotanti, *Bene habeas!* Horum non ridiculi cauſſa mentionem feci, ſed ut videas, populos quoque integros magnum in ſaltatoria arte ſtudium poſuiſſe, ut etiam quae deceant illam, quae dedeceant, quaſi ad normam poſſent exigere.

77. Mobilis deinde omnino ſit *ſaltator*, & corpore ſoluto pariter & compacto, ut & inflecti opportune, & firmiter conſiſtere, ubi opus eſt, poſſit.

78. Non abhorrere autem ſaltationem nec ab illa uſitata in ſacris certaminibus manuum geſticulatione, ſed partem habere eorum, quae in Mercurii pariter & Pollucis & Herculis certaminibus pulchra ſunt, videas, ſi unicuique harum imitationum at-

μὲν γὰρ ὀρχηστοῦ εἰσελθόντος καὶ τὸν Ἕκτορα ὀρχουμένου, μιᾷ φωνῇ πάντες ἀνεβόησαν, ὡς Ἀστυάναξ, Ἕκτωρ δὲ ποῦ; ἄλλοτε δέποτε μηκίστου τινὸς ὑπὲρ τὸ μέτριον ὀρχεῖσθαι τὸν Καπανέα ἐπιχειροῦντος, καὶ προσβάλλειν τοῖς Θηβαίων τείχεσιν, Ὑπέρβηθι ἔφασαν τὸ τεῖχος, οὐδέν σοι δεῖ κλίμακος. καὶ ἐπὶ τοῦ παχέος δὲ καὶ πιμελοῦς ὀρχηστοῦ, πηδᾶν μεγάλα πειρωμένου, Δεόμεθα ἔφασαν [c] φεῖσαι τῆς θυμέλης. τὸ δὲ ἐναντίον τῷ πάνυ λεπτῷ ἐπεβόησαν, Καλῶς ἔχε, ὡς νοσοῦντι. τούτων οὐ τοῦ γελοίου ἕνεκα ἐπεμνήσθην, ἀλλ' ὡς [d] ἴδῃς, ὅτι καὶ δῆμοι ὅλοι μεγάλην σπουδὴν ἐποιήσαντο ἐπὶ τῇ ὀρχηστικῇ, ὡς καὶ ῥυθμίζειν τὰ καλὰ, καὶ τὰ αἰσχρὰ αὐτῆς δύνασθαι.

Εὐκίνητος δὲ τὸ μετὰ τοῦτο πάντως ἔστω, καὶ τὸ σῶμα λελυμένος τε ἅμα, καὶ συμπεπηγὼς, ὡς λυγίζεσθαί τε ὅπῃ καιρὸς, καὶ συνεστάναι καρτερῶς, εἰ τοῦτο δέοι.

Ὅτι δὲ οὐκ ἀπήλλακται ὄρχησις καὶ τῆς ἐναγωνίου χειρονομίας, ἀλλὰ μετέχει καὶ τῆς Ἑρμοῦ καὶ Πολυδεύκους καὶ Ἡρακλέους ἐν [e] ἀθλήσει καλῶν, ἴδοις ἂν ἑκάστῃ τῆς μιμήσεων

c Φεῖσαι] Φᾶσθαι W. Πεφεῖσθαι P. L. Φεῖσαι *J. Fl. Ald. H.* &c.– d Ἴδῃς] Εἰδῇς W. e Ἀθλήσει] Αὐλήσει male *B2.* & 3. Ἀσκήσει *Palm.* At vulgatam noſtram recte tuentur *J. Fr. Fl. Ald. H. P. S.* & M.

71. Καὶ προσβαλεῖν] Προσελθεῖν ἢ προσέρχεσθαι. *V.*

18. Θυμέλης] Θυμέλη, ὁ βωμὸς, ἀπὸ τοῦ θύειν. θυμελικὴ δὲ αὐλητική. *V.*

τοῖς τείχεσιν! *J.G.G.*

76. Τῆς θυμέλης] Thymelen, orcheſtrae partem mediam, locum proprium, & in centro totius theatri poſitum, eorum, qui ſpectaculo eſſe deberent, ſatis eleganter ac dilucide declaravit *Boindinus* in Commentt. Acad. Inſcriptt. Tom. I. p. 186. Edit. Holland. *J.M.G.*

88. Χειρονομίας] Χειρονομία diverſa a ſaltatione. *F.G.*

Χειρονομίας] At quis hoc neſcit aut negat *Gujete?* Accedit tamen & conjungitur inprimis cum ſaltatione *Pyrricha* vocata, aliisque, nec minimum ejus ornamentum habetur. Etſi ego cum Cicerone potius dico: *Nemo ſaltat ſobrius.* *J.F.R.*

89. Καὶ Ἡρακλέους ἐν αὐλήσει καλῶν] Lego en ἀσκήσει, & ſic etiam legiſſe videtur Interpres. Aliquis poſſet etiam jure ſuſpicari legendum eſſe κακῶν; nam pugillatus, in quo plagas multas pati neceſſe erat, potius videtur dici debere ἄσκησις κακῶν. • *J.P.a G.*

Καὶ Ἡρακλέους ἐν ἀθλήσει καλῶν] Non procul a vero abibat *Palmerii* conjectura, quum αὐλήσει ſic corrigebat; verum quum Edd. cett. habeant ἀθλήσει, ejus emendatione nihil opus eſt. At κακῶν hic locum non habet, quia Mercur. Pollux, Hercules, vincere ſueti in pugillatu non tam plagas accipiebant, quam dabant. Robur enim Herculeum etiam in ſaltatione exprimi, vid. ſupra §. 73. Cur itaque ad ejus & reliquorum facta heroica non reſpiceretur, cauſſae nihil video. τὸ καλὸν autem pro *laudabili, glorioſo* uſurpari, *Stephanus* in Theſ. dudum docuit. *J.F.R.*

90. Ἀθλήσει] Veriſſima lectio, quam non vidit *Palmerius.* Extat autem in M. & omnibus impr. excepta *B2.* & 3. *M.du S.*

91. Ἡσ-

σεων ἐπιχών. Ἡροδότῳ μὲν οὖν τὰ δι' ὀμμάτων φαινόμενα, πιςότερα εἶναι τῶν ὤτων δοκεῖ· ὀρχήσει δὲ καὶ τὰ ὤτων καὶ ὀφθαλμῶν πρόσεςιν.

Οὕτω δὲ θέλγει ὄρχησις, ὥςε ἂν ἐρῶν τις, εἰς τὸ θέατρον παρέλθοι, ἐσωφρονίσθη ἰδὼν ὅσα ἔρωτος κακὰ τέλη, καὶ λύπῃ ἐχόμενος, ἐξέρχεται τοῦ θεάτρου φαιδρότερος, ὥσπερ τι φάρμακον ληθεδανὸν, καὶ κατὰ τὸν ποιητὴν, νηπενθές τε καὶ ἄχολον πιών. σημεῖον δὲ τῆς πρὸς τὰ γιγνόμενα οἰκειότητος, καὶ τοῦ γνωρίζειν ἕκαςον τῶν ὁρώντων τὰ δεικνύμενα, [a] τὸ δακρύειν πολλάκις τοὺς θεατὰς, ὁπόταν τι οἰκτρὸν καὶ ἐλεεινὸν φαίνηται. ἡ μὲν γε Βακχικὴ ὄρχησις, ἐν Ἰωνίᾳ μάλιςα, καὶ ἐν Πόντῳ σπουδαζομένη, καίτοι Σατυρικὴ οὖσα, οὕτω κεχείρωται τοὺς ἀνθρώπους τοὺς ἐκεῖ, ὥςε κατὰ τὸν τεταγμένον ἕκαςοι καιρὸν ἁπάντων ἐπιλαθόμενοι [b] τῶν ἄλλων, κάθηνται δι' ἡμέρας, Τιτᾶνας καὶ Κορύβαντας, καὶ Σατύρους καὶ βουκόλους ὁρῶντες. καὶ ὀρχοῦνταί γε ταῦτα οἱ εὐγενέςατοι, καὶ πρωτεύοντες ἐν ἑκάςῃ τῶν πόλεων, οὐχ ὅπως αἰδούμενοι, ἀλλὰ καὶ μέγα φρονοῦντες ἐπὶ τῷ πράγματι μᾶλλόν περ, ἢ ἐπ' εὐγενείαις καὶ λειτουργίαις καὶ ἀξιώμασι προγονικοῖς.

tendere animum volueris. Herodoto quidem ea, quae per oculos ad ſenſum perveniunt, fideliora eſſe auribus videntur: at ſaltationi aurium pariter & oculorum perceptiones adſunt.

79. Ita vero ſaltatio mulcet, ut ſi quis amans in theatrum veniat, reſipiſcat viſis multis adeo malis amoris finibus. Et triſtitia aliquis affectus exit theatro hilarior, quaſi epoto oblivionis quodam poculo, aut ſecundum poëtam, *luctus bilisque medela.* Quam vero familiaria ſint *naturae noſtrae*, quae fiunt *in ſaltatione*, & quam agnoſcat unusquisque, quae demonſtrantur, illud ſignum eſt, quod lacrumantur ſaepe ſpectatores, quum triſte aliquid & miſerabile apparet. Bacchica quidem ſaltatio, cui in Ionia praeſertim & in Ponto ſeria datur opera, Satyrica licet ſit, ita tamen qui ibi ſunt homines ſubegit, ut ſtato tempore univerſi reliquorum omnium obliti, totos dies ſedeant, ac Titanas & Corybantes, Satyrosque, & paſtores ſpectent: ſaltantque iſta etiam generoſiſſimi & principes uniuscujusque civitatis, quos tantum abeſt ut pudeat *ejus rei*, ut potius ſibi valde in ea placeant, magis quidem, quam nobilitate, aut muneribus, aut dignitatibus majorum.

80. Quan-

a Τὸ] Τῷ καὶ W. b Τῶν ἄλλων] Deſunt haec duo verba in W.

17. Λειτουργίαις] *Λειτουργία κυρίως ἡ δημοσία ὑπηρεσία. V.*

Ibid. Τοῦτο οὐ παροιμία, ἀλλ' ἐκ παροιμίας * μετείληπται τὸ, οὐδὲν φασὶ πρὸς τὸν Διόνυσον. *V.*

* Μετείληπται] Παρείληπται C.

91. Ἡροδότῳ] Vid. *Herodot.* I. 8. *M. du S.*

Ibid. Τὰ δι' ὀμμάτων] Hinc Plautinum illud, *pluris oculatus teſtis unus, quam auriti decem. ὁ λογοποιὸς ὁ Θούριος ὦτα εἰπεῖν ἀνθρώποις ὀφθαλμῶν ἀπιςότερα. Jul.* Imp. ad Leontium. *A V.*

1. Νηπενθές τε καὶ ἄχολον] Vid. *Hom.* Od. Δ. 221. *M. du S.*

Νηπενθές τε καὶ ἄχολον] De hoc Homerico *nepenthe* vid. eruditam Cl. G. *E. Stahlii* Diſſertationem. Item *Petr. Petiti* Diſſert. de nepenthe Homeri, ſive de medicamento Helenae luctum omnemque animi aegritudinem abolente, opera Cl. *Graevii* editam Trajecti an. 1689. ut refert Ampliſſ. ac Doctiſſ. civit. noſtrae Senator *Caſp. Burman.* in Trajecto Erudito p. 120. *J. F. R.*

8. Κεχείρωται] Rurſus paſſivum praeteritum active intelligendum. Vid. *Jenſ.* ad *Tyrannic.* c. 12. No. 24. Et nos alibi non ſemel. *J. F. R.*

23. Σολοικίας — ἐν τῇ ὀρχήσει] Sic eleganter etiam apud *Philoſtr.* p. 541. Cum Tragicus actor ὦ Ζεῦ, o Jupiter exclamans, manu terram oſtenderet, & ὦ γᾶ o terra, vultu in caelum erecto diceret, praeſidens Polemon exegit virum, οὗτος τῇ χειρὶ ἐσολοίκισε dicens. Alium hujus vocis elegantem uſum vidiſti jam ſupra in Νιγρ. c. 18. *M. du S.*

Σολοικίας] Quod *Solanus* monet conferendum c. 18. *Nigr.* id jam eſt §. 31. ſive p. 74. T. I. *J. F. R.*

24. Ἀλο-

80. Quandoquidem vero virtutes dixi ſaltatorias, audi nunc etiam vitia. Ac corporis quidem *quae ſint*, jam oſtendi: mentis vero, ſic puto obſervare poſſis. Multi enim illorum prae inſcitia, (neque vero fieri poteſt, ut omnes ſint ſapientes) etiam graves Soloeciſmos in ſaltatione committunt: alii quidem irrationabiliter moventes ſe, & nihil, aiunt, ad chordam: alia enim pes illorum, alia rhythmus indicat. Alii numeroſe quidem illi, ſed res ipſae aut poſt tempus *juſtum* aut ante fiunt. Quale quid ego quondam videre me memini. Jovis enim natales ſaltans aliquis, & Saturni in liberis ſuis vorandis crudelitatem, aberrabat ſaltatione in Thyeſtis mala, ſimilitudine abductus: & alius Semelen agens dum feritur fulmine, Glaucen illi aſſimilavit tempore poſteriorem. Sed non puto tales propter ſaltatores, ipſam damnandam eſſe ſaltationem, neque odio ipſum opus eſſe proſequendum, ſed illos quidem pro imperitis, quales ſunt, habendos, laudandos vero, qui legitime, & concinno artis ordine omnia faciunt.

Ἐπεὶ δὲ τὰς ἀρετὰς ἔφην τὰς ὀρχηστικὰς, ἄκουε καὶ τὰς κακίας αὐτῶν. τὰς μὲν οὖν ἐν σώματι ἤδη ἔδειξα· τὰς δὲ τῆς διανοίας, οὕτως ἐπιτηρεῖν, οἶμαι, δύναιο ἄν. πολλοὶ γὰρ αὐτῶν ὑπ' ἀμαθίας (ἀμήχανον γὰρ ἅπαντας εἶναι σοφοὺς) καὶ σολοικίας δεινὰς ἐν τῇ ὀρχήσει [c] ἐπιδείκνυνται· οἱ μὲν ἄλογα κινούμενοι, καὶ μηδὲν, ὥς φασι, πρὸς τὴν χορδήν. ἕτερα μὲν γὰρ ὁ πούς, ἕτερα δ' ὁ ῥυθμὸς λέγει. οἱ δὲ εὔρυθμα μὲν, τὰ πράγματα δὲ μετάχρονα ἢ πρόχρονα, οἷον ἐγώ ποτε ἰδὼν μέμνημαι. τὰς γὰρ Διὸς γονὰς ὀρχούμενός τις, καὶ τὴν τοῦ Κρόνου τεκνοφαγίαν, παρωρχεῖτο τὰς Θυέστου συμφορὰς, τῷ ὁμοίῳ παρηγμένος. καὶ ἄλλος τὴν Σεμέλην ὑποκρινόμενος βαλλομένην [d] τῷ κεραυνῷ, τὴν Γλαύκην [e] αὐτῇ εἴκαζε, μεταγενεστέραν οὖσαν. ἀλλ' οὐκ ἀπό γε τῶν τοιούτων ὀρχηστῶν, ὀρχήσεως αὐτῆς, οἶμαι, καταγνωστέον, οὐδὲ τὸ ἔργον αὐτὸ μισητέον, ἀλλὰ τοὺς μὲν, ὥσπερ εἰσιν, [f] ἀμαθεῖς νομιστέον. ἐπαινετέον δὲ τοὺς ἐννόμως καὶ κατὰ ῥυθμὸν τῆς τέχνης ἱκανῶς ἕκαστα δρῶντας.

81. In univerſum autem oportet undi-

Ὅλως δὲ τὸν ὀρχηστὴν δεῖ πανταχόθεν ἀπη-

c Ἐπιδείκνυνται] Ἐπιδείκνηται male *J*. Cett. recte ut edidimus. *d* Τῷ] Ex W. inſertum. Aberat in Edd. *e* Αὐτῇ] Αὐτῶν W. *f* Ἀμαθεῖς] Ἀμαθῶς male *B2*. Prius eſt in *J. H. Fl. P.* & M.

25. *Μηδὲν, ὥς φασι, πρὸς τὴν χορδὴν*] *G.*

24. Ἄλογα] Pluralis adverbii vice. Conf. ſupra dicta ad *Quom. Hiſt.* §. 48. *J.F.R.*

27. Οἱ δὲ εὔρυθμα μὲν τὰ πράγματα δὲ μετάχρονα ἢ πρόχρονα] Obſcure interpres: *illi vero concinne quidem, ſed res prioris vel poſterioris temporis ſaltationi accommodat?* Quid in hoc vitii, ſi ſuo tempore illa ſaltat? Verte: *illi vero concinne, ſed tempore tamen tum poſteriora vel priora repraeſentat.* dum quod tempore poſterius eſt, prius ſaltat, vel vice verſa. *J.G.G.*

29. Τὰς γὰρ Διὸς γονὰς ὀρχούμενός τις] Interpres vertit: *quidam enim Jovis parentes — repraeſentans*, & videtur legiſſe, τοὺς γὰρ Διὸς γονέας. Sed multo melior vulgata lectio γονὰς, id eſt *nativitatem*, *natalitia*. *J.P.aG.*

33. Γλαύκην] V. c. 42. *M.du S.*

Ibid. Τὴν Γλαύκην] Cognatae nempe hic etiam fabulae, ut modo Saturni τεκνοφαγία atque epulae Thyeſteae. Ponamus, quia non nimis vulgatum eſt, ex *Apollodoro* I, 28. Miſit Medea inductae ſibi a Jaſone Glaucae πέπλον μεμιγμένον φαρμάκῳ ὃν ἀμφιεσμένη μετὰ τοῦ βοηθοῦντος πατρὸς πυρὶ λάβρῳ καταφλέγει. Perit itaque ſimili fere modo Glauce Medeae pellex, ac Semele Junonis, quae res fraudi fuit Pantomimo, ut utramque fabulam miſceret. *J.M.G.*

41. Ὅλως δὲ τὸν ὀρχηστὴν δεῖ πανταχόθεν ἀπηκριβῶσθαι, ὡς εἶναι τὸ πᾶν εὔρυθμον· εὔμορφον· σύμμετρον· αὐτὸ ἑαυτῷ ἐοικός. ἀσυκοφάντητον· ἀνεπίληπτον· μηδαμῶς ἐλλιπές· ἐκ τῶν ἀρίστων κεκραμένον τὰς ἐνθυμήσεις. ὀξὺν τὴν παιδείαν. βαθὺν τὰς ἐννοίας· ἀνθρώπινον μάλιστα.] Locus fuit integer exhibendus, ut vitioſae diſtinctionis naevi conſpici & corrigi poſſint. Patet, omnia illa adjectiva ad τὸ πᾶν eſſe referenda. Sed quid, quaeſo, eſt, ἐκ τῶν ἀρίστων κεκραμένον τὰς ἐνθυμήσεις? Malae diſtinctionis vitio haec laborant; quae (neque enim ulla mutatione alia opus eſt) ſi reſtituatur, priſtino haec decori erunt reſtituta. Ita ergo diſtingue, Ἐκ τῶν ἀρίστων κεκραμένον· τὰς ἐνθυμήσεις ὀξύν. τὴν παιδείαν βαθύν· τὰς ἐννοίας ἀνθρώπινον μάλιστα. Scilicet abſolverat Lucianus, quae, ca-

que

ἀπηκριβῶσθαι, ὡς εἶναι τὸ πᾶν εὔρυθμον, εὔμορφον, σύμμετρον, αὐτὸ αὐτῷ ἐοικὸς, ἀσυκοφάντητον, ἀνεπίληπτον, μηδαμῶς [a] ἐλλιπὲς, ἐκ τῶν ἀρίστων κεκραμένον· τὰς ἐνθυμήσεις ὀξὺν· τὴν [b] παιδείαν βαθὺν· τὰς ἐννοίας ἀνθρώπινον μάλιστα. ὁ γοῦν ἔπαινος αὐτῷ τότ' ἂν γίγνοιτο ἐντελὴς παρὰ τῶν θεατῶν, ὅταν ἕκαστος τῶν ὁρώντων γνωρίζῃ τὰ [c] αὑτοῦ· μᾶλλον δὲ ὥσπερ ἐν κατόπτρῳ, τῷ ὀρχηστῇ ἑαυτὸν βλέπῃ, καὶ ἃ πάσχειν αὐτὸς, καὶ ἃ ποιεῖν εἴωθε. τότε γὰρ οὐδὲ κατέχειν ἑαυτοὺς οἱ ἄνθρωποι ὑφ' ἡδονῆς δύνανται, ἀλλ' ἀθρόοι πρὸς τὸν ἔπαινον ἐκχέονται, τὰς τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς ἕκαστος εἰκόνας ὁρῶντες, καὶ [d] αὑτοὺς γνωρίζοντες. ἀτεχνῶς γὰρ τὸ Δελφικὸν ἐκεῖνο τὸ ΓΝΩΘΙ [e] ΣΕΑΥΤΟΝ ἐκ τῆς θέας ἐκείνης αὐτοῖς περιγίγνεται. καὶ ἀπέρχονται ἀπὸ τοῦ θεάτρου, ἅτε χρὴ αἱρεῖσθαι, καὶ ἃ φεύγειν, μεμαθηκότες, καὶ ἃ πρότερον ἠγνόουν διδαχθέντες.

Γίγνεται δὲ ὥσπερ ἐν λόγοις, οὕτω καὶ ἐν

que perfectum exactumque eſſe ſaltatorem; ut omnia ſint concinna, formoſa, menſuris ſibi reſpondentibus, omnia ſibi ſimilia, calumnia & reprehenſione ſuperiora, deficiant nuſquam, temperata ſint ex optimis. *Saltatorem ipſum oportet eſſe* acutum in cogitando, profunda eruditione, humaniſſimo praeſertim animo. Nam tum denique laus ipſi perfecta a ſpectatoribus contigerit, cum ſpectantium unuſquiſque ſua *quaedam* agnoſcet, vel potius tanquam in ſpeculo, ſic in ſaltatore, ſe ipſum videbit, quaeque ſentire ipſe, & quae ſolet facere. Tunc enim ne continere quidem ſe poſſunt prae gaudio homines, ſed confertim in laudes effunduntur, ſuae quiſque animae videntes agnoſcenteſque imaginem. Plane enim Delphicum illud *NOSCE TE IPSUM* ex hoc illis ſpectaculo paratur: abeuntque e theatro, quae eligenda ſint, quae fugienda, moniti, edoctique quae ante ignoraverant.

82. Exiſtit autem quemadmodum in ora-

a Ἐλλιπὲς] Ἐλλιπῆ W. Sed a recentiore manu. nihil mutant *J. Fl.* *b* Παιδείαν] Sic recte *Fl. H. P.* & M. Παιδίαν *J.* *c* Αὐτοῦ] *Αὑτοῦ* Edd. priores. Correxit *M. du S.* *d* Αὐτοὺς] Hoc jam bene *H. Fl. P.* Αὑτοὺς *J.* *e* ΣΕΑΥΤΟΝ] Ex W. dedi. Σαυτὸν Edd. priores, excepta *Fl.* quae σεαυτὸν.

que bene multa, ingenioſiſſime ad ſaltandi artis commendationem diſputarat, ſingulis enumeratis, quorum gnarum oporteret eſſe ſaltatorem. Jam vero coronidis loco addit ea, quae poſuimus. Quoniam vero & in his vertendis neſcio quid potius, quam fidum interpretem egit Benedictus, ea ſic transfero: *Ut autem ſummatim dicam, oportet ſaltatorem undiquaque eſſe terſum & limatum, ut omne ſit ſuis numeris abſolutum; pulchrum; juſtis partibus conſtans; ſibi ipſum per omnia conveniens; reprehenſione & caſtigatione nulla dignum; nequaquam defectum; ex optimis mixtum ac temperatum; inventionibus acutum; ſubactae eruditionis*; (ſic verto τὴν παιδείαν βαθύν. Eleganter βαθὺς τὴν παιδείαν dicitur is, qui longo uſu eſt exercitatus. Sic Βαθὺς τῆς ἡλικίας apud *Ariſtophanem* in Nubibus p. 156. edit. Allobr. vſ. 5. cujus aetas provecta eſt. Video obſervaſſe id etiam *H. Stephanum*, cujus ſententiam in voce Ἐμβαθυνὸς, mire confirmat hic Luciani locus, ita reſtitutus. Βαθύγλωσσοι quoque ab *Heſychio* exponuntur ἐλλόγιμοι καὶ ἀνδρείας. Conjiciunt Eruditi ἀνδρεῖοι.) *cogitationes homini maxime convenientes habens.* Eleganter ſane ὀξὺν τὰς ἐνθυμήσεις dicitur ab Luciano id, quod quodam inventionis acumine valeat. Sic alibi dicit ὀξὺν ἐπινοῆσαι in eodem hoc libello §. 74. Μνημονικόν τε γὰρ καὶ εὐφυᾶ, καὶ ξυνετὸν, καὶ ὀξὺν ἐπινοῆσαι, καὶ καιροῦ μάλιστα ἐστοχάσθαι φημὶ δεῖν αὐτόν. Sic in *Jove Tragoedo* c. 27. συνιέναι ὀξύς. Sic qui acerrimo odoratu valet, dicitur, ὀξὺς τὴν ῥῖνα ab Noſtro in *Bis Accuſato* c. 1. Sic ὀξὺς τὰ ὦτα poteſt vocari is, qui diſtincte & acute audit; quamvis Noſter in *Deor. Concilio* c. 4. ubi Satyros vocat ὀξεῖς τὰ ὦτα, alio ſenſu id accipiat, nimirum pro eo qui arrectas & in acutum deſinentes aures habeat: quemadmodum hunc locum intelligendum eſſe docuit *Turnebus* XVIII. Adverſar. cap. 8. componens illud Horatii, *Aures capripedum Satyrorum acutas.* (addo *Long. Paſt.* L. 2.) Commode aſſerendus hic eſt locus *Aeliani* contra tentationem eruditiſſimi *Kuhnii*. Verba *Aeliani* ſunt XI. Ποικιλ. cap. 13. Ἄνδρα φασὶ Σικελιώτην οἷον βλέπειν ὀξὺν γένεσθαι, ὥστε, &c. Kühnius *legeret* ὀξύ. ὀξὺ βλέπειν enim *eſſe, quod Horatius dixerit* cernere acutum. Longe aliter ſentiam hic ego, aliterque fere haec Aeliani intelligam, ac videtur intellexiſſe Vir Doctiſſimus. Etenim ut verum ſit, ὀξὺ βλέπειν Graecis eſſe ſatis frequens (quod multis probari poſſet exemplis: ita & δριμὺ βλέπειν apud Ariſtophanem, & iſtiusmodi locutiones aliae ſunt frequentiſſimae) non tamen video, quid ſibi vellet, γενέσθαι ὀξὺ βλέπειν. ita namque foret haec

ratione, ſic in ſaltatione etiam ea quae cacozelia vulgo dicitur, eorum qui egrediuntur modum imitationis, & ultra quam par eſt contendunt, & ſi quid magnum oſtendendum ſit, immenſum oſtendunt; & ſi molle, ad exceſſum usque effeminatum; eaque, quae virilia ſunt, ad agreſtem usque feritatem producunt.

ὀρχήσει ἡ πρὸς τῶν πολλῶν λεγομένη κακοζηλία, ὑπερβαινόντων τὸ μέτρον τῆς μιμήσεως, καὶ πέρα τοῦ δέοντος ἐπιτεινόντων, καὶ εἰ μέγα τί δεῖξαι δέοι, ὑπερμέγεθες ἐπιδεικνυμένων· καὶ εἰ ἁπαλὸν, καθ᾽ ὑπερβολὴν θηλυνομένων· καὶ τὰ ἀνδρώδη, ἄχρι τοῦ ἀγρίου καὶ θηριώδους προαγόντων.

83. Quale quid ego quondam memini facientem videre ſaltatorem, qui ante haec florebat laudibus, prudentem illum quidem de caetero, & admiratione vere dignum, ſed qui neſcio quo fato in indecentem actionem per exceſſum imitationis incidiſſet. Saltans enim Ajacem furentem, cum primum victus eſſet, adeo modum omnem egreſſus eſt, non ut ageret jam furentem, ſed furere ipſe facile alicui videretur. Unius enim eorum qui ferrea ſolea humum feriebant, veſtimenta laceravit, modos autem tibia accinentium uni ereptam tibiam, Ulyſſis prope adſtantis & victoria ſibi placentis ca-

Οἷον ἐγώ ποτε μέμνημαι ἰδὼν ποιοῦντα ὀρχηστὴν, εὐδοκιμοῦντα πρότερον, συνετὸν μὲν τἄλλα, καὶ θαυμάζεσθαι ὡς ἀληθῶς ἄξιον, οὐκ οἶδα δὲ [f] ἧ τινι τύχῃ εἰς ἀσχήμονα ὑπόκρισιν δι᾽ ὑπερβολὴν μιμήσεως ἐξοκείλαντα. ὀρχούμενος γὰρ τὸν Αἴαντα, μετὰ τὴν ἧτταν εὐθὺς μαινόμενον, εἰς τοσοῦτον ὑπερεξέπεσεν, ὥστε οὐχ ὑποκρίνασθαι μανίαν, ἀλλὰ μαίνεσθαι αὐτὸς εἰκότως ἄν τινι ἔδοξεν. ἑνὸς γὰρ τῶν τῷ σιδηρῷ ὑποδήματι κτυπούντων, τὴν ἐσθῆτα κατέρρηξεν. ἑνὸς δὲ τῶν ὑπαυλούντων τὸν αὐλὸν ἁρπάσας, τοῦ Ὀδυσσέως πλησίον ἑστῶτος καὶ ἐπὶ τῇ νίκῃ μέγα φρονοῦντος διεῖλε τὴν κεφαλὴν καταενεγκών·

καὶ

f Ἧ τινι] Εἴ τινι *Fl.* & M. Ceterae vulgatam bene ſervant.

63. *Λεγομένη κακοζηλία*] Ὅτι κακόζηλον τὸ ὑπερτεῖνον τὸ μέτρον βούλεται. ὅπερ ἄλλοι ψυχρολογίαν ἔφασαν. *V.*

79. Ἑνὸς γὰρ . .] Τοιοῦτό τι καὶ ἐπὶ τῶν καθ᾽ ἡμᾶς γέγονε χρόνων δαιμονῶντα γάρ τινες τῶν ἀκρατῶν * νέων ἐκμιμούμενοι οὕτως ἑάλωσαν τῷ πάθει, ὥστε τὸ λοιπὸν τῆς ζωῆς μὴ ἀνενεγκεῖν τοῦ πάθους, ἀλλὰ συναπελθεῖν τῇ ὀλεθρίῳ † ταυτῇ μιμήσει. M.

* Νέων] Νεῶν ſcripſerat *Solanus.* Ego mutavi. *J. F. R.*

† Ταυτῇ] Sic legebatur, ſine dubio pro τῇ αὐτῇ, veluti ταὐτὸν Attice, pro τὸ αὐτό. Malim tamen ταύτῃ. *J. F. R.*

haec dictio, ſi audiretur Vir Cl. At perſpicuum eſt, haec Aeliani ita interpretanda eſſe, *Homo quidam Siculus tanta oculorum acie dicitur fuiſſe praeditus, ut,* &c. hoc eſt, *tam acutus dicitur fuiſſe, quantum ad viſum, ut,* &c. Nempe ὀξὺς βλέπειν apud Aelianum eodem modo, quo apud Lucianum ὀξὺς ἐπινοῆσαι, συνιέναι, dicitur; quod idem ac ὀξὺς τὴν βλέψιν, ἐπίνοιαν, σύνεσιν· ut ὀξὺς τὰς ἐνθυμήσεις, τὴν ῥῖνα, &c. quae vidimus. Prorſus ita Homerus quoque Il. Ξ, 344. — οὐδ᾽ ἂν νῶϊ διαδράκοι ἠέλιός περ, οὗ τε καὶ ὀξύτατον πέλεται φάος εἰσοράασθαι. *Cujus oculus acutus eſt ad perſpiciendum.* *J. J.*

Ὅλως — — βαθὺν] Clariſſ. *Jenſii* interpunctionem omnino neceſſariam & quam *Solanus* quoque in *Juntina* ex ejusdem animadverſione correxerat, hic expreſſimus. In *Pariſina* quidem priore membro hujus periodi commata tantum erant, inter ſingula adjectiva, eaque ſufficere potuiſſent. Sed quia in Edd. antiquioribus puncta aderant, quae uterque retinuit, & ego ea ſervavi. In poſteriore vero parte eadem confuſio diſtinctionum alieno loco collocatarum erat in Pariſ. quae in aliis, etſi haec alioqui ceteris aliquanto accuratior eſt in periodis dividendis. *J. F. R.*

50. Ὥσπερ ἐν κατόπτρῳ] Ad partes haec Luciani verba vocat Cl. *L. Bos* ad 2. Ep. ad Corinth. c. 3. 18. ibique κατοπτρίζεσθαι, & ἀποβλέπειν πρός τι ὥσπερ κάτοπτρον docet ſignif. *probe conſiderare, & ex eo exemplum ſumere*, auctoritatumque ſatis adducit, quae hic non repetam. *J. F. R.*

83. Διεῖλε τὴν κεφαλὴν] Exemplum huic ſimillimum de Aeſopo lege apud *Plut.* in Cicer. non longe ab initio. *M. du S.*

καὶ εἴγε μὴ ὁ πῖλος ἀντέσχε, καὶ τὸ πολὺ τῆς πληγῆς ἀπεδέξατο, ἀπολώλει ἂν ὁ κακοδαίμων Ὀδυσσεὺς, ὀρχηστῇ παραπαίοντι περιπεσών· ἀλλὰ τόγε θέατρον ἅπαν συνεμεμήνει τῷ Αἴαντι, καὶ ἐπήδων καὶ ἐβόων, καὶ τὰς ἐσθῆτας ἀπερρίπτουν· οἱ μὲν συρφετώδεις, καὶ αὐτὸ τοῦτο ἰδιῶται, τοῦ μὲν εὐσχήμονος οὐκ ἐστοχασμένοι, οὐδὲ τὸ χεῖρον ἢ τὸ κρεῖττον ὁρῶντες, ἄκραν δὲ μίμησιν τοῦ πάθους τὰ τοιαῦτα οἰόμενοι εἶναι· οἱ ἀστειότεροι δὲ, συνιέντες μὲν, καὶ αἰδούμενοι ἐπὶ τοῖς γιγνομένοις, οὐκ ἐλέγχοντες δὲ σιωπῇ τὸ πρᾶγμα, τοῖς δὲ ἐπαίνοις καὶ αὐτοὶ τὴν ἄνοιαν τῆς ὀρχήσεως ἐπικαλύπτοντες, καὶ ἀκριβῶς ὁρῶντες ὅτι οὐκ Αἴαντος, ἀλλ' ὀρχηστοῦ μανίας τὰ γιγνόμενα ἦν. οὐ γὰρ ἀρκεσθεὶς τούτοις ὁ γενναῖος, ἀλλὰ καὶ μακρῷ τούτου γελοιότερον ἔπραξε. καταβὰς γὰρ εἰς τὸ μέσον, ἐν τῇ βουλῇ, δύο ὑπατικῶν μέσος ἐκαθέζετο, πάνυ δεδιότων μὴ καὶ αὐτῶν τινα ὥσπερ κριὸν [a] μαστιγώσῃ λαβών· καὶ τὸ πρᾶγμα οἱ μὲν ἐθαύμαζον, οἱ δὲ ἐγέλων, οἱ δὲ ὑπώπτευον, μὴ ἄρα ἐκ τῆς ἄγαν μιμήσεως εἰς τὴν τοῦ πάθους ἀλήθειαν ὑπηνέχθη.

piti ita impegit, ut divideret, & niſi obſtitiſſet pileus, majoremque plagae partem excepiſſet, perierat nobis infelix Ulyſſes, qui in inſanientem ſaltatorem incidiſſet. Verum totum adeo theatrum cum Ajace furebat; exſultabant, clamabant, abjiciebant veſtes. Nempe de plebe homines, & plane idiotae, decorum ipſum non aſſecuti pejus aut melius quid eſſet, non videbant, ſed talia perfectiſſimam perturbationis eſſe imitationem putabant: urbaniores autem, licet intelligerent, & puderet eos illorum quae fierent, ſilentio tamen non arguebant factum, ſed laudibus ipſi quoque tegebant ſaltatoris amentiam, cum diſtincte viderent, non Ajacis furores, ſed ſaltatoris eſſe, quae fiebant. Nec enim ſatis habebat vir fortis iſta feciſſe, ſed *aliquid* multo magis ridiculum hiſce deſignabat. Deſcendens enim in medium, in Senatu, medius inter Conſulares duos aſſidebat, valde metuentes, ne de ipſis etiam aliquem ut arietem arreptum flagellaret. Eamque rem alii quidem admirari, videre alii, alii ſuſpicari, num quid nimio imitandi ſtudio, in verum furorem delatus eſſet.

84. Ipſum

[a] Μαστιγώσῃ] Sic una cum Edd. legit M.

86. Παραπαίοντι] Accidit hic quoque, quod ſaepe apud hunc ſcriptorem, ut dictionis ſuavitatem aſſequi Latina lingua, certe quanta in me eſt illius facultas, non poſſit. Παραπαίειν proprie & ad verbum eſt pulſando aberrare, ferire, quod non deſtinaveras: ponitur deinde, ut inſanire, delirare certe, & a recta ratione aberrare ſignificet. Hic Pantomimus dum nimium εὐφαντασίωτος eſt, & furoris non imaginem tantum, ſed ipſum quaſi corpus animo concipit, ferit quod non debebat, παραπαίει, propria ſimul & tranſlata ſignificatione. *J.M.G.*

2. Καταβὰς] In theatro Romano ſedent in Orcheſtra Senatores, in quam facilis de ſcena proprie dicta deſcenſus. Vid. *Boindinus* l. c. *J.M.G.*

5. Μαστιγώσῃ] Vide *Sophoclis* Ajacem, ubi furens oves concluſas, quos Graecos homines eſſe putabat, flagris caedebat, praecipue arietem Ulyſſem. Unde & titulus Αἴας μαστιγοφόρος, qui tamen antiquus ſcholiaſtae non videtur. *M. du S.*

12. Ἐπὶ μανίᾳ καταγνωσμένων] *Vere ob inſaniam notandum*, vertit Rever. *Jac. Elſner.* ad Ep. ad Gal. 2. 11. (*notatum* voluit) atque *Bezam* durius vertiſſe illa Apoſtoli, ὅτι κατεγνωσμένος ἦν, quod condemnandus eſſet: cum Latini Patres & Vulgata rectius dederint, *reprehenſione*, *vituperatione dignus.* Quod ut non improbo, ita tamen *condemnandi* notionem ſaepe parum differre ab *improbandi*, *vituperandi* ſignificatu, facile quoque probare poſſem, & utrovis modo καταγνωσμένον poni. Nam cum καταγινώσκομαι proprie ſit, *cognita cauſſa judicor*, & pleiumque de eo dicatur, qui cauſſam habet deteriorem; condemnatio autem non omnis ſit aeque gravis; hinc nihil mirum, ſi modo in mitiorem, modo in vehementiorem partem hoc verbum ſit interpretandum. Sic active pro *condemnare*, & pro *deridere*, *perſtringere*, accipi, monet *Scholiaſt.* ad 2. *Ver. Hiſt.* c. 20. ubi *Luciani* verba: καταγίνωσκον — γραμματικῶν ψυχρολογίαν, *damnabam* &c. quoque vertit Cl. *Geſn.* & recte; licet *improbabam*, *reprehendebam* ibi eodem fere rediiſſet. Vid. quae ibi noto. plures auctoritates in verbo ſatis noto addere non vacat. Adeat *Scheid.* in Ind. *Herodian.* qui teſtimoniis indiget, ac dijudicet, anne recte dicat: καταγινώσκοντες τινὸς ἀνανδρίαν eſſe, *condemnantes*, vel *vituperantes alicujus imbellem animum?* At hic in Luciano verte-

84. Ipſum quidem ajunt, cum reſipuiſſet, adeo poenituiſſe factorum ſuorum, ut etiam in morbum ex aegritudine incideret, ſeque veri ipſe furoris damnaret. Et ſatis aperte hoc declaravit ipſe. Cum enim rurſus Ajacem ut ſibi ſaltaret, factionis illius homines peterent, & actorem *alium* commendans dixit ad theatrum: *Satis eſt ſemel inſaniiſſe.* Maxima vero illum moleſtia adfecit adverſarius in certamine & artis aemulus. Cum enim ſimilis illi ſcriptus eſſet Ajax; adeo decenter, modeſte adeo ſimulavit furorem, ut laudaretur, quod manſiſſet intra terminos ſaltationis, nec ebrioſo quaſi furore actionem violaſſet.

Καὶ αὐτὸν μέντοι, φασὶν, ἀνανήψαντα οὕτω μετανοῆσαι ἐφ' οἷς ἐποίησεν, ὥστε καὶ νοσῆσαι ὑπὸ λύπης, ὡς ἀληθῶς ἐπὶ μανίᾳ κατεγνωσμένον· καὶ ἐδήλωσέ γε τοῦτο σαφῶς αὐτός. αἰτούντων γὰρ αὖθις τῶν συστασιωτῶν αὐτὸν τὸν Αἴαντα ὀρχήσασθαι αὐτοῖς, [b]παραστησάμενος τὸν ὑποκριτὴν, ἔφη πρὸς τὸ θέατρον· Ἱκανόν ἐστιν ἅπαξ μανῆναι. μάλιστα δὲ αὐτὸν ἠνίασεν ὁ ἀνταγωνιστὴς, καὶ ἀντίτεχνος· τοῦ γὰρ ὁμοίου Αἴαντος αὐτῷ [c]γραφέντος· οὕτω κοσμίως καὶ σωφρόνως τὴν μανίαν ὑπεκρίνατο, ὡς ἐπαινεθῆναι, μείνας ἐντὸς τῶν τῆς ὀρχήσεως ὅρων, καὶ μὴ παροινήσας εἰς τὴν ὑπόκρισιν.

85. Haec tibi, amice, pauca de plurimis propoſui ſaltationis opera atque ſtudia, ne omnino aegre feras me cupide illa ſpectare. Si vero in partem venire ſpectaculi mecum volueris, bene novi captum te iri, & inſuper ad furorem uſque amaturum ſaltationem. Itaque non opus habebo Circes illud apud te dicere:

Miror, nec puto demulctum te te eſſe veneno.

Ταῦτά σοι ὦ Φιλότης, ὀλίγα ἐκ παμπόλλων παρέδειξα ὀρχήσεως ἔργα καὶ ἐπιτηδεύματα, ὡς μὴ πάνυ ἄχθοιό μοι ἐρωτικῶς θεωμένῳ αὐτά. εἰ δὲ βουληθείης κοινωνῆσαί μοι τῆς θέας, εὖ οἶδα ἐγὼ πάνυ ἁλωσόμενόν σε, καὶ [d]ὀρχηστομανήσοντά γε προσέτι. ὥστε οὐδὲν δεήσομαι τὸ τῆς Κίρκης ἐκεῖνο πρὸς σὲ εἰπεῖν· τὸ,

Θαῦμά μ' ἔχει, ὡς [e]οὔτι πιὼν τάδε
φάρμακ' ἐθέλχθης.

Θελ-

b Παραστησάμενος] Παραιτησάμενος L. Nihil mutant *J. H. Fl. P.* c Γραφέντος] Sic *J. H. Fl. B2. P. S.* &c. d Ὀρχηστομαν.] Hoc ex W. reſtitutum. Ὀρχηστομανήσοντα Edd. priores. e Οὔτι] Sic Edd. & M. Sed οὔτε in *Hom.* eſſe ait *M. du S.* vid. notas.

terem: ὡς ἀλ. ἐ. μ. κατεγνωσμένον. *tamquam qui ſe vere* (juſte) *inſanum judicatum*, vel *inſaniae damnatum*, *accuſatum*, ſentiret. *J. F. R.*

14. Αἰτούντων γὰρ αὖθις τῶν συστασιωτῶν] Interpres rurſus ita vertit: *ſiquidem poſtulantibus iterum aequalibus*; ſed male: συστασιωτῶν enim hoc loco aliud ſignificat, & uno quidem verbo Latine dici vix poteſt ejus vocis ſignificatus, *fautor* tamen maxime accedit, ſed generalius ſumitur. Συστασιώτης ille eſt, qui a partibus ſaltatoris ſtat, qui illi favet, & eſt ex ejus factione. Nam diverſae erant in theatro, ut & in circo, factiones, alii Bathyllo, alii Mneſteri, alii Paridi favebant, & ſæpe ea de cauſſa in theatro στάσεις fiebant, unde vox στασιώτης, & compoſita συστασιώτης. Verte igitur: *Poſtulantibus iterum partium ejus fautoribus.* *J. P. a G.*

Αἰτούντων γὰρ αὖθις τῶν συστασιωτῶν] Sed *Benedict.* jam ſic dedit, vertens: *Rogantibus enim factionis ſociis.* *J. F. R.*

16. Παραστησάμενος τὸν ὑποκριτὴν] Benedictus *hiſtrionem in theatro agens*, idque verborum ſerie multis modis commutata. At Opſopoeus ſequutus Luciani ordinem *adhibito repræſentatore*, quem ſenſum ſane probem, modo Latine efferatur. Et cur Benedictus in præcedentibus voces illas οἱ δὲ ἐγέλων interpretatus eſt *alii laudabant*, nec maluit retinere Opſopœanum *alii ridebant*? quod omnino debuerat reponi. *J. G.*

Παραστησ. τὸν ὑποκρ.] In L. παραιτησάμενος ſed nihil muto, elegans enim eſt ſenſus Vulgatae; Ἰκαρ. c. 17. Ζ. τρ. c. 29. & paſſim ap. Noſtrum. *M. du S.*

30. Κίρκης] Apud *Homer.* pro οὔτι legitur οὔτε, quod reducendum exiſtimo. *M. du S.*

32. Θαῦμα μ' ἔχει] *Homer.* Od. K. 326. *M. du S.* Uſus noſter etiam ſupra T. I. *Catapl.* c. 14. quam dictionem & Germani ſic uſurpant, caſune an ex traditione, quis dixerit? Potuiſſet tamen frater *Belgae Graeciſſanti* inſerere. *J. F. R.*

Ibid. Οὔτι] Non modo adſcripſerat *Solanus* οὔτε eſſe in *Homeri* l. c. Sed & addiderat Editiones Luciani male οὔτι habere. mirabar utrumque. Nam aeque ut in

Θελχθήσῃ γὰρ, καὶ μὰ Δί’ οὐκ ὄνου κεφαλὴν, ἢ συὸς καρδίαν ἕξεις· ἀλλ’ ὁ μὲν [a] νόος σοι ἐμπεδώτερος ἔσται, σὺ δὲ ὑφ’ ἡδονῆς οὐδὲ ὀλίγον τοῦ Κυκεῶνος ἄλλῳ μεταδώσεις πιεῖν. ὅπερ γὰρ ὁ Ὅμηρος περὶ τῆς Ἑρμοῦ ῥάβδου τῆς χρυσῆς λέγει· ὅτι καὶ ἀνδρῶν ὄμματα θέλγει δι’ αὐτῆς, ὧν ἐθέλει, τοὺς δ’ αὖτε καὶ ὑπνώοντας ἐγείρει, τοῦτο ἀτεχνῶς ὄρχησις ποιεῖ, καὶ τὰ ὄμματα θέλγουσα καὶ ἐγρηγορέναι ποιοῦσα, καὶ ἐπεγείρουσα τὴν διάνοιαν πρὸς ἕκαστα τῶν δρωμένων. ΚΡΑΤ. Καὶ μὴν ἤδη ἐγὼ, ὦ Λυκῖνε, πείθομαί τέ σοι, καὶ ἀναπεπταμένα ἔχω καὶ τὰ ὦτα καὶ τὰ ὄμματα. καὶ μέμνησό γε, ὦ Φιλότης, ἐπειδὰν εἰς τὸ θέατρον ἴῃς, καὶ ἐμοὶ παρὰ σεαυτῷ θέαν καταλαμβάνειν, ὡς μὴ μόνος ἐκεῖθεν σοφώτερος ἡμῖν ἐπανίοις.

Demulceberis enim, & medius fidius non aſini caput, aut ſuis cor habebis; ſed ſtabilior tibi mens erit, tuque prae voluptate non parum de poculo illo alii quoque bibendum imperties. Quod enim de aurea Mercurii virga Homerus:

— Virorum hac dulci lumina ſomno
Mulcet quum lubuit, ſomnos diſpellit eadem:

Hoc planiſſime facit ſaltatio, tum demulcens oculos, tum vigilare illos faciens, & mentem ad ſingula quae fiunt excitans. CRAT. Quin nunc jam, Lycine, in ſententiam tuam traductus ſum, apertosque & hiantes habeo cum auribus oculos. Ac memineris, amice, cum in theatrum ieris, etiam mihi juxta te occupare ſpectaculum, ne ſolus inde nobis ſapientior revertaris.

LEXI-

a Νόος] Ita habere *J.* cum *Fl.* notat idem. Sed habent & aliae, nec immerito.

in Luciani Edd. ita & in *Homero* inveniebam illud οὔτι, tam in Ed. *Amſt.* an. 1650. quam in antiqua Argentoratina. Verum in *Hervagiana* anni 1511. οὔτι quidem eſt. At in *Frobeniana* anni 1559. οὔτι etiam conſpicitur, quod in *Euſtathii* commentariis quoque repoſitum; quare id Luciano non abrogo, ſed οὔ τι diviſim ſcribo. *J. F. R.*

36. Ἐμπεδώτερος] Vid. *Homer.* Il. Z. 352. Et Od. K. 240. *M. du S.*

39. Καὶ ἀνδρῶν ὄμματα θέλγει] *Homer.* Od. E. 47. *M. du S.*

ΛΕΞΙΦ.] Per Lexiphanem in dialogo, qui hoc nomine inſcribitur, intelligi *Pollucem*, qui onomaſticon ſcripſit, in quo omnia illa, quae hic irridet obſoleta verba inveniri, memini olim in Scholiaſte Luciani ἀνεκδότῳ legere apud *Iſaacum Voſſium*, τὸν πάνυ. *J. G. G.*

ΛΕΞΙΦ.] (Hic liber ingenioſiſſime confectus velut laterculum quoddam eſt omnium dictionum ἀδοκίμων, quas ſemidocti homines Athenaei & Luciani temporibus magno cum eruditorum faſtidio, ſoliti uſurpare.) *Caſ.* ad Ath. 168. 18. De hoc opuſculo ego non tam magnifice ſentio. Librum deridet, in quo tot & tanta ridicula congeſta erant. Quod non res tantum ipſa indicat, ſed diſerte ipſe ait, cum *Lexiphanis* librum eſſe dicit. Sed an non quae ipſe αὐτοπρόσωπος loquitur, inſulſa & inficeta prorſus videntur? Si ergo Luciani opus ſit, a juniore ſcriptum cenſeo; & *Athenaei* magni illud opus deriſum. Viderint alii, mihi neque lubet, neque vacat nunc Athenaeum ipſum eo conſilio perlegere, ut de re tantilla pronuntiem. Hoc tantum monebo, Athenaei opus *M. Aurelio* imperante prodiiſſe. Vid. 2. C. in eoque omnia fere reperiri, quae hoc in opuſculo ridentur, Platonis vanam imitationem, voces exoletas; farraginem iſtam verborum ad convivium pertinentium, & quid non? ſola perſonarum nomina diſcrepant, quae ridiculi cauſa a noſtro conficta ſunt. Unde liquet, aut eundem riſiſſe utrumque, aut Athenaeum ipſum a Luciano hic deriſum. *M. du S.*

ΛΕΞΙΦ.] Dubitabam initio, aggrederemne verſionem hujus Dialogi, an deprecarer potius provinciam, qua me, immo quemquam bene fungi poſſe deſperarem. Cum enim totus prope ſit in eo, ut ridenda proponatur affectatio eorum, qui verba antiquata, ficta, poëtica, a puro & ſimplici ſermone aliena, conſectantur, & tum mirifice ſe credunt eſſe locutos, cum ſermo illorum a communi ratione maxime abhorret: fruſtra fuerit, ſi quis ſperet, ea ſic poſſe quacunque alia lingua reddi, ut quid auctor ſibi voluerit, aliquis Graece non doctus adſequatur. Itaque, quod de Pollucis, quem hic perſtringi putabant viri docti (poſt *Hemſterhuſianam* praefationem equidem putare deſii, & poſtquam vidi bonam partem verborum, quae hic reprehenduntur, non eſſe in Pollucis Onomaſtico) quod igitur de Pollucis Onomaſtico ſentiunt, ut quisque eſt magis judex idoneus, plane non debuiſſe ad verbum verti: idem magis etiam de hoc libello exiſtimem, quem non magis bene quisquam interpretetur, quam imperitos illos humilium convivarum in Trimalchionis coena ſermones, quam obſcurorum virorum epiſtolas, aut quemcunque in eo genere librum, ubi verba alterius quaſi quadam parodia

LEXIPHANES.

LYCINUS.

LExiphanes ille pulcher cum libro *quid ſibi vult?* LEX. Per Jovem, Lyci-

ΛΕΞΙΦΑΝΗΣ.

ΛΥΚΙΝΟΣ.

1 ΛΕξιφάνης ὁ καλὸς μετὰ βιβλίου. ΛΕΞ. Νὴ Δί᾽, ὦ Λυκῖνε, γράμμα ἐστι τη-

(1) Νέος τις] Φασὶν ὡς εἰς (2) Πολυδεύκη τὸν ὀνοματολόγον, ἀποτεινόμενον Λουκιανὸν, τοῦτον γράψαι τὸν λόγον. τέχνην μὲν οὐδ᾽ ἥν τινα (3) λόγων παραδιδόντα, σωρὸν δὲ λέξεων ἀδιάκριτον ὑφιστάντα, καὶ ἴσως οὐκ ἀπὸ σκοποῦ ταῦτα τοῖς φήσασιν εἴρηται. ἐπεὶ καὶ συγχρόνω ἄμφω Λουκιανὸς καὶ Πολυδεύκης. ἐπὶ γὰρ Μάρκου τοῦ Αὐτοκράτορος. *V.*

(1) Huc omnino transferendum exiſtimavi hoc Scholion, quod ad Ῥητ. διδ. primum in Impreſſis erat; huic enim Opuſculo melius convenire videtur. Probabit factum, qui utrumque legerit, ſat ſcio. *M. du S.*
Ubi idem Scholion bis occurrit, paucis mutatis, nec additur ex quo Cod. Id ſciat Lector ex altero *Voſſiano* petitum; nam duo in Ed. *Cler.* exhibentur codices, alterum in *Quarto*, alterum in *Fol.* Plerumque tamen addidi unde deſumſerim. Ubi vero ad diverſa verba referuntur, ita ut unus tantum id habeat, de quo alter nihil, ibi ſubſcripta Litera V. ſine diſcrimine utrumvis deſignat *Voſſianum.* *J. F. R.*

(2) Πολυδεύκη] *Pollux* non tantum ſcripſit Onomaſticon, de quo hic noſter, ſed etiam declamationes, aliosque ejusmodi libellos, inter quos fuit oratio contra Socratem, ut auctor eſt *Suidas*, unde ſibi Sophiſtae, quatenus in malam partem ea vox ſumitur, nomen meruit. At ſi eidem Suidae crederemus, tempora non convenirent, cum Lucianus ſub Trajano, ut ait, vixerit; Pollux vero ſub Marco & Commodo Impp. Verum *Suidam* erraſſe oſtendit *Voſſius* de Hiſt. Graecis Lib. II. c. 15. cujus rationibus in poſterum addetur Scholiaſtae noſtri auctoritas. *J. C.*

(3) Λόγων] Λόγον in Ed. *Cler.* mutavit *Solan.* Sed mox etiam συγχρόνω in σύγχρονοι mutarat idem. At in eo non obſecundavi. *J. F. R.*

dia deridentur. Interea tamen cum quibuſdam certe in locis videretur propius, quam adhuc factum eſt, ad ſententiam auctoris poſſe accedi: non defugi laborem, parum licet facilem, & ob id ipſum vehementer moleſtum, quod omni labore parum ſcirem effici; ſed hircum mulſiſſe ſuperiores, me cribrum ſupponere. Satis tamen effectum putabo, ſi unus alterque ſtudioſorum, qui Graece nondum ſatis ſciat, naturam hujus ſcriptionis utcunque inde intelligat: *Utcunque* inquam. Qui enim velit efficere, ut recte omnia intelligantur ab omnibus, illum oportet verba, quae hic occurrunt, omnia ab emendato, ſed ſimplici eodem, naturali, & minime affectato genere orationis aliena, primo e poëtis eorumque ſcholiaſtis antiquis, atque undecunque demum conquiſita, tum alia audacter nimis & abſurde novata, explicare, utriſque ea ſubſtituere, quibus homines urbani, & neque obſoleti neque novatores, utebantur: oportet, quoties ludit, ut ſtatim ab initio aliquoties, Lucianus, alliterationem illam enucleare, & v. g. dicere, cum νεοχμὸς, *novus*, illo tempore in uſu communi non eſſet, ſed affectaret illam, ut antiquam & Atticam *Lexiphanes* aliquis, quaſi tu *verborum oſtentatorem* dicas; ſimulat Lycinus, ſibi non bene perceptam vocem, ſed, neſcio quid, de αὐχμῷ putare illum voluiſſe dicere. Nempe αυ ea aetas ſono ad ο inclinato debet pronuntiaſſe. Qui autem hoc ad verbum interpretabimur? quis dabit nobis vocabulum, quod *novum* ſignificet, aeque κακόζηλον, quod ſimilem luſum habeat, cui ita affine ſit aliud nomen, *ſqualorem*, *ſiccitatem* ſignificans. Invenit aliquid Micyllus, ſimilem nempe luſum inter *calidus* & *ſqualidus:* lepide: niſi quod *calidus* pro novo neſcio an auctoritate idonea dicatur? licet *calor inventionis* me non fugiat. Poſui ego *muſteum*, ut alter de *muſto* agi intelligere ſe ſimulet. Sed ut Micyllus *novi* notionem non ſatis lucide expreſſit, ita ipſius *ſqualor* multo melius ad αὐχμὸν, quam noſtrum *muſtum* accedit. Sed ferat forte haec aliquis. De reliquis quid fiet multis, ubi ungues omnes ſi derodas, fruſtra quaeras Latina idem ſignificantia, aeque κακόζηλα. Quin ſunt, ἅπαξ λεγόμενα quaedam, in quibus omnis etiam conjectura deficit. Ut autem hominis eruditi eſſet, &, nobis certe, non injucunda animi adverſio, de ſingulis diſputare accuratius, quod fecit de pluſculis *Iſ. Caſaubonus* in Athenaeum libro 3. cap. 18, 19. & 20. conferendus omnino, ſi quis amas talia, & Lucianum recte cupis intelligere; ita illud nunc facere tanto minus placebat, quod merito verebar, ne viri doctiſſimi, quorum obſervata ſimul eduntur cum noſtris, pleraque omnia jam occupaſſent. Illud modo meminerint lectores, totum prope locum, quem e ſympoſio ſuo recitat Lexiphanes, compoſitum & conſarcinatum eſſe verbis vel licenter fictis, vel ex antiquitate repetitis poëtica, vel alioqui κακοζήλοις. *J. M. G.*

1. Λεξιφάνης] Cogor longiores in hunc Dialogum diatribas componere ut cacozeli & antiquarii iſtius Lexiphanis quaequae vocabula ponderentur: de ſimilibus, *Horat. Martial. Suet.* Aug. c. 86. & ibi interpr. *J. B.*

τηλινόν τι τῶν ἐμῶν [a] κομιδῆ νεοχμόν. ΛΥΚ. Ἤδη γὰρ τι περὶ αὐχμῶν ἡμῖν γράφεις; ΛΕΞ. Οὐ δῆτα, οὐδὲ αὐχμὸν εἶπον, ἀλλ' ὥρα σοι τὸ ἀρτιγραφὲς οὕτω καλεῖν, σὺ δὲ [b] κυψελόβυστα ἔοικας ἔχειν ὦτα. ΛΥΚ. Σύγγνωθι, ὦ ἑταῖρε. πολὺ γὰρ τοῦ αὐχμοῦ τὸ [c] νεοχμὸν μετέχει. ἀλλ' εἰπέ μοι, τίς ὁ νοῦς τῷ συγγράμματι; ΛΕΞ. Ἀντισυμποσιάζω [d] τὸν Ἀρίστωνος ἐν αὐτῷ. ΛΥΚ. Πολλοὶ μὲν οἱ Ἀρίστωνες· σὺ δὲ ὅσον ἀπὸ τοῦ συμποσίου, τὸν Πλάτωνά μοι δοκεῖς λέγειν. ΛΕΞ. Ὀρθῶς ἀνέγνως· τὸ δὲ λεγόμενον, ὡς ἄλλῳ παντὶ ἀνόητον ἂν ἦν. ΛΥΚ. Οὐκοῦν ὀλίγα μοι αὐτοῦ ἀνάγνωθι τοῦ βιβλίου, ὅπως μὴ παντάπασιν ἀπολει-

ne, ſcriptum eſt hornum quoddam de meis, muſteum. LYC. Nempe de muſto aliquid nobis ſcribis? LEX. Minime equidem; neque muſtum nominavi: ſed memineris muſteum vocare quod modo ſcriptum eſt. At tu ſordibus (*Gr.* Cypſeli) obturatas habere aures mihi videris. LYC. Ignoſce mihi, ſodalis, multum enim de muſto habet muſteum. Sed dic mihi quod ſcripti conſilium eſt? LEX. Convivio inſtruendo aemulor *filium* Ariſtonis. LYC. Multi ſunt Ariſtones: tu vero, quantum e convivii *mentione ſuſpicor*, dicere mihi Platonem videris. LEX. Recte agnoviſti: ſed quam iſtud dictum ignorabile fuit cuivis alii! LYC. Ergo mihi pauca lege de libro, ne omnino convivio illo excludar. Vi-

a Κομιδῆ] Aberat ab Edd. Inſertum nunc ex B. & W. *b* Κυψελόβυστα] Sic Edd. omnes. Κυψελοῦντα Mſ. RG. *c* Νεοχμὸν] Νεχμὸν *S.* male. Recte aliae νεοχμ. *d* Τὸν] Τῷ *Fl.* & W.

3. Τητινόν τι] Χρόνου δηλωτικὰ τὰ τρία ταῦτα ἐπιρρήματα, πέρυσιν. τῆτες. νέωτα. ὡς οὖν ἀπὸ τοῦ χθὲς (1) γίνεται χθεσινὸν, οὕτως ἀπὸ τοῦ τῆτες, τητινόν. Σημαίνει δὲ τὸ ἐπέτειον, ἤτοι (2) τοῦ αὐτοῦ ἔτους. τὸ δὲ [νεοχμὸν] τὸ καινὸν σημαίνει, ἀφ' οὗ (3) καὶ ῥῆμα τὸ νεοχμῶ. καὶ ἔστιν ἀπὸ τοῦ νεὸν καὶ τοῦ ἔχω, νεοχὸν, καὶ νεοχμὸν πλεονασμοῦ τοῦ μ. χρῆται τῇ λέξει Θουκυδίδης. *V.*

7. Κυψελόβυστα] Κυψέλη λέγεται καὶ ὁ τῶν (4) ὤτων ῥύπος. λέγεται καὶ τὸ (5) κεραμεοῦν στενόστομον ἀγγεῖον τὸ ἀπίστωτον. νῦν δὲ τὸν ῥύπον ἀκουστέον. *V.*

14. (6) Ἀνέγνως] Ἀνελογίσω. *V.*

(1) Γίνεται] Γράφεται editum erat, correxit *M. du S.*
(2) Τοῦ αὐτοῦ] Ita dedit Idem, pro vulgato τὸ ἀπὸ αὐτοῦ.
(3) Καὶ ῥῆμα τὸ] Et hoc reſtituit idem ex M. & B. Τὶς χρῆται enim erat in Ed. *Cler.* Καὶ τὸ νεοχμῷ ῥῆμα C. *Abb.* & V.
(4) Ὤτων] Antea miſere legebatur αὐτῶν.
(5) Κεραμεοῦν] Sic reſcripſerat *Solanus* pro vulgato κεραμέως.
(6) Ἀνέγνως] Sic C. *Abb.* recte. Idem ἀνελογίσω pro vulgato ἀνελόγισε. Ἀνελογήσω. M.

3. Τητινόν τι] Ὡς ἀπὸ τοῦ χθὲς, χθεσινὸν, οὕτως ἀπὸ τοῦ τῆτες, τητινὸν, σημαῖνον τὸ ἐπέτειον ἤτοι τοῦ αὐτοῦ ἔτους, ex quo οἱ Δωριεῖς dicunt σατὲς, unde σατάνιοι πυροὶ leg. *Scholiaſt. Ariſtoph.* ad Nub. *J. B.*

Τητινόν τι] Τῆτες, τητινός. *F. G.*

Τητινὸν] De hodierno die uſurpatum ab imperitis, evincunt quae *Athenaeus* habet 98. B. ἡ τῆτες ἡμέρα, apud quem tot ſunt iis ſimilia quae in hoc libro ridentur, ut aut eoſdem riſerint uterque neceſſe ſit, aut ipſum Athenaeum Lucianus hiſce petiiſſe cenſendus eſt. *M. du S.*

Ibid. Νεοχμόν] MS. Regius auctior voce una, nempe κομιδῆ: per νεοχμὸν autem intelligit νεωστὶ εἰργασμένον, ἀφ' οὗ καὶ ῥῆμα τὸ νεοχμῶ νέον ἔχω unde νέοχον. Hæc dictio etiam *Thucydidi* frequens, qua uti ſolet ἀντὶ τοῦ νέου, προσφάτου, hanc Lexiphanes poſtea vult ſignificare τὸ ἀρτιγραφές. *J. B.*

7. Κυψελόβυστα] MS. Regius habet κυψελοῦντα, ſed recepta lectio melior eſt, magisque alludit ad illud pag. ſequentis ἐπιβύστρα ἡ Κυψελὶς κυψέλη κυψελὶς & κυψελλὶς (ſic enim apud *Heſych.* & Interp. *Ariſtoph.* ad Pacem) ὁ τῶν ὤτων ῥύπος λέγεται, dicitur etiam τὸ ὀστρακεοῦν ἀγγεῖον ἐν ᾧ τοὺς ἄρτους ἀποτίθενται), ſic dictum διὰ τὸ κεκρύφθαι τὴν ἔλιν, ut vult doctiſſimus Chriſtianus ad *Ariſtoph.* εἰρη. ſic etiam vocabant alveos e vitilibus, unde Cypſellus rex Corinthiorum Æthionis filius, ſic dictus, quod ἀρτιγέννητος παρὰ τῆς μητρὸς κέκρυπται ἐν τῷ κυψέλῳ. Cujus poſteritas diu poſtea Corinthi regnum tenuit, dico ad *Pauſan.* Tangit Lucian. pag. ſeq. dum ait οὔτε Κύψελός τις οὔτε Περίανδρος. Vid. Scal. ad *Euſeb.* *J. B.*

9. Τὸ νεχμὸν] Corrige νεοχμὸν. *F. G.*

Νεοχμὸν] Vox *Euripidi* familiaris, vid. p. 344. Ed. *J.* (non invenio ibi) *M. du S.*

57. Ῥᾴων ἔσῃ] Vertebatur olim: *minus difficilis eris*, non inepte quidem; nam atrabilarii ſunt moroſi. Proprie tamen ῥᾴων ἔσῃ ſignif. *ſanaberis*, *melius te habebis.* Supra in *Abdic.* c. 32. f. T. 2. p. 186. οὔποτε ῥᾷον ἕξει (ἡ γυνὴ) κἂν μυριάκις πίῃ τοῦ φαρμάκου. Sic *levare* pro ſanare vel minuere, Latinis uſitatiſſimum. Ut contra *gravior factus* dicitur, cujus valetudo in deterius ruit, vid. C. *Celſ* praef. p. 10. *J. F. R.*

64. Ἐγγαστρ. τινα &c.] Alludit ad *Euriclem*, cujus *Ariſtoph.* mentionem facit his verſibus:

Μιμησάμενος τὴν Εὐρικλέους μαντείαν καὶ διάνοιαν
Εἰς ἀλλοτρίας γαστέρας ἐνδὺς κωμῳδικὰ πολλὰ χέασθαι.

Euricles autem ventriloquus fuit Athenis, qui vera ariolari cenſebatur, quod genium haberet intra viſcera: ab eo arioli ἐγγαστρῖται & Εὐρυκλῖται vocabantur. *Suid. Plut.* in Libello de Defect. Orac. *G. C.*

Ἐγγαστρίβυθον] Sic Edd. pleraeque habent, pro ἐγγαστρίμυθον. *F. G.*

Ἐγγαστρ.] Lege ἐγγαστρίμυθον. Quod a *Vorſtio* etiam animadverſum fuiſſe video. Et adi *Clem. Alex.* p. 9. A. Καὶ τοὺς εἰσέτι παρὰ τοῖς πολλοῖς τετιμημένους ἐγγαστριμύθους. *M. du S.*

Ἐγγαστρίβυθον] Ἐγγαστρίμυθον, puto, in mentem venit, quiſquis vocem hanc inſolentem & forte ἅπαξ λεγομένην inſpicit, & eſt facilis admodum μ & β literarum in libris ſemiveteribus permutatio. Verum meminerimus, quis loquatur: eſt ille Lexiphanes, verborum faber abſtruſorum, qui emoveri ſibi ima ventriculi queritur. Luſit igitur, & ex ἐγγαστριμύθῳ concinnavit ἐγγαστρίβυθον, quaſi tu dicas, in ventris ima, & fundum ipſum, ſe penetrantem. *J. M. G.*

Ἐγγαστρίβ.] *Solanus* correxerat ἐγγαστρίμυθον; merito quidem; ſed quia barbarizans loquitur, ſtudio corrupta pronuntiatio videtur ab Auctore expreſſa. Multa de his impoſtoribus ἐγγαστριμύθοις *Brod.* Miſc. IX. c. 19. Theſaur. Crit. T. IV. p. 72. 73. Ubi ex *Hippocr.* Ἐπιδημ. έ. adfert: καὶ ἐκ τοῦ στήθεος ὑπεψόφεεν, ὥσπερ αἱ ἐγγαστρίμυθοι λεγόμεναι. Quod *Galenus* ediſſerens ait: ἐγγαστρίμυθοι, οἱ κεκλεισμένου τοῦ στόματος φθεγγόμενοι, διὰ τὸ δοκεῖν ἐκ τῆς γαστρὸς φθέγγειν. *Engaſtrimantis* (pergit ille) autem & *ſternomantis*

ΣΩΣΤ. Ἄρξαι δὴ ἐμεῖν βαβαί. πρῶτον τουτὶ τὸ μῶν. εἶτα μετ' αὐτὸ, ἐξελήλυθε τὸ, κᾆτα· εἶτα ἐπ' αὐτοῖς, τὸ, ἦ δ' ὃς, καὶ ἀμηγέπη, καὶ λῷστε, καὶ δήπουθεν, καὶ συνεχὲς τὸ ἄττα. βίασαι δ' ὅμως, καὶ κάθες εἰς τὴν φάρυγγα τοὺς δακτύλους, οὐδέπω τὸ ἴκταρ ἐμήμεκας, οὐδὲ τὸ σκορδινᾶσθαι, οὐδὲ τὸ τευτάζεσθαι, οὐδὲ τὸ [a] σκύλλεσθαι, πολλὰ ἔτι ὑποδέδυκε, καὶ μεστή σοι αὐτῶν ἡ γαστήρ. ἄμεινον δὲ εἰ καὶ κάτω διαχωρήσειεν ἂν ἔνια. ἡ γοῦν [b] σιληπορδία, μέγαν τὸν ψόφον [c] ἐργάσεται συνεκπεσοῦσα μετὰ τοῦ πνεύματος. ἀλλ' ἤδη μὲν καθαρὸς οὑτοσὶ, πλὴν εἴ τι μεμένηκεν ὑπόλοιπον ἐν τοῖς κάτω ἐντέροις· σὺ δὲ τὸ μετὰ τοῦτο, παραλαβὼν αὐτὸν, ὦ Λυκῖνε, μεταπαίδευε, καὶ δίδασκε ἃ χρὴ λέγειν.

ΛΥΚ. Οὕτω ποιήσομεν, ὦ Σώπολι, ἐπειδήπερ ἡμῖν [d] προωδοποίηται τὰ παρὰ σοῦ· καὶ πρὸς σὲ τὸ λοιπὸν, ὦ Λεξίφανες, ἡ συμβουλή. εἴπερ ἄρ' ἐθέλεις ὡς ἀληθῶς ἐπαινεῖσθαι ἐπὶ λόγοις, κἂν τοῖς πλήθεσιν

21. SOST. Incipe ergo vomere. Vah, primum hoc *μῶν*, deinde poſt illud exiit *κᾆτα*. Tum poſt illa, *ἦ δ' ὅς* & *ἀμηγέπη*, & *λῷστε*, & *δήπουθεν*, & frequens illud *ἄττα*. Attamen vim tibi adhibe, demitte in gulam digitos. Nondum enim *ἴκταρ* evomuiſti, neque *σκορδινᾶσθαι*, neque *τευτάζεσθαι*, neque *σκύλλεσθαι*. Multa adhuc ſubiere, plenusque tibi illis venter. Melius fuerit, ſi deorſum etiam quaedam decedant. *Σιληπορδία* enim magnum crepitum edet cum ſpiritu una elabens. Sed jam purus hic eſt, niſi ſi quid manſit reliquum in inferioribus inteſtinis. Verum tu poſtea aſſumtum, Lycine, aliter inſtitue & doce quae dicenda ſunt.

22. LYC. Sic faciemus, Sopoli, quandoquidem via nobis a te munita eſt. Ac tuum de caetero eſt conſilium, Lexiphanes. Si volueris vere laudari ab oratione, & in multitudine celebrari, talia quidem omnia

a Σκύλλεσθαι] Σκύλεσθαι W. *b* Σιληπορδία] Ex W. & *Schol.* Σιλληπ. Edd. *c* Ἐργάσεται] Sic A. Ἐργάζεται. Edd. *d* Προωδοπ.] Sic W. Προοδ. ſine augmento Edd. priores.

72. Ἴκταρ ἐμήμεκας] Πλατωνικὸν τοῦτο, καὶ σημαίνει τὸ ἐγγύς. καὶ τὸ σκορδινᾶσθαι, σημαίνει τὸ μετὰ χάσμης * διατανύεσθαι. V.

76. Σιληπορδία] † Σιληπορδεῖν παρὰ Σώφρονι τὸ στρηνιᾶν καὶ ἁβρύνεσθαι. ἔοικε δὲ οὗτος ἀπὸ τῆς λέξεως ἐπὶ τὸ κακέμφατον αὐτὸ μεταλαβεῖν. ὡς ἂν διὰ τὴν εὐπορίαν τῆς λέξεων, καὶ τὸ μέγα ἐπὶ ταύταις ‡ φρονεῖν, ἐξωγκῶσθαι αὐτῷ τὴν γαστέρα, καὶ ἐπὶ § τῷ ἀποπνεῦσαι ἤδη τὸν ὄγκον ἐπείγεσθαι. πολλῷ δὲ τῷ ὄγκῳ ἀποθλιβομένῳ εἰκὸς καὶ τὸν ψόφον οὐ μέτριον ἔσεσθαι. V.

* Διατανύεσθαι] Sic etiam C. *Abb.* *M. du S.*
† Σιληπορδεῖν] Σιλιπορδεῖν M.
‡ Φρονεῖν] Sic reſtituit *Solan.* Nam φορεῖν habebant edita.
§ Τῷ ἀποπν.] Τὸ ἀποπν. M.

tis proprie eſt, qui daemonem quempiam aut Pythonem in ventre aut pectore habere creditur, cujus monitis atque impulſu vaticinatur. falluntur qui putant engaſtrimantas pelvibus uti, ac vaſe quodam, quod *γαστὴρ* appellaretur. Graeci vero Auctores *engaſtrimythum* cum *engaſtromante* confundunt, cum tamen haec re vera diverſa ſint. *Pollux:* καὶ στερνόμαντιν Σοφοκλῆς, τὴν ἐγγαστρίμυθον καλουμένην. *Ariſtophanis* in fucis commentator, οὗτος ὁ ἐγγαστρίμυθος λέγεται Ἀθήνησι τ' ἀληθῆ μαντευόμενος διὰ τοῦ ἐνυπάρχοντος αὐτῷ δαίμονος. *Plutarch* περὶ τῶν ἐκλελοιπ. χρηστηρ. ὥσπερ τοὺς ἐγγαστριμύθους εὐρυκλέας πάλαι, νυνὶ πύθωνας προσαγορευομένους &c. Subjungit ibidem facetam hiſtoriam, quomodo ejusmodi impoſtor fictione vocis aliunde profectae divitem argento emunxerit; ſed longiorem quam ut inſeratur. *J. F. R.*

67. Μῶν] Vid. *Themiſtii* Or. I. in Soph. laudatam a *Creſſolio* III. 23. §. 6. AG. X. 146. 161. *M. du S.*

70. Ἄττα] Sic ſupra c. 14. At c. 5. & infra in *Rhet. praec.* c. 16. ἄττα non ἅττα ſcribitur, quod ibi diſquiremus. Qui autem *frequens* id ἄττα ait, quod bis tantum occurrit hoc Dial.? *J. F. R.*

72. Σκορδινᾶσθαι] I. e. *pandiculari.* F. G.

73. Τευτάζεσθαι] *Heſych.* Τευτάζοντες, πλανώμενοι. F. G.

76. Ἡ γοῦν σιλληπορδία] Scribendum puto σιληπορδία per unum λ. ſic certe apud *Heſychium*, Σιληπορδεῖν.

omnia fuge, & averſare. Facto autem initio a poëtarum optimis, cum magiſtrorum opera eos cognoveris, ad oratores tranſi, eorumque linguae innutritus, ad Thucydidis & Platonis libros tempeſtive tranſi, multum in pulchra etiam Comoedia & Tragoedia gravi exercitandus. Ab his enim ſi pulcherrima quaeque florum inſtar decerpſeris, eris aliquid in eloquentiae ſtudio, qui nunc imprudens ſimilis fuiſti his, quae a figulis in forum finguntur, rubrica quidem ac caeruleo pictus, cum intra luteus ſis & fragilis.

εὐδοκιμεῖν, τὰ μὲν τοιαῦτα πάντα φεῦγε, καὶ ἀποτρέπου, ἀρξάμενος δὲ ἀπὸ τῶν ἀρίστων ποιητῶν, καὶ [e] ὑπὸ διδασκάλοις αὐτοὺς ἀναγνοὺς, μέτιθι ἐπὶ τοὺς ῥήτορας, καὶ τῇ ἐκείνων φωνῇ συντραφεὶς, ἐπὶ τὰ Θουκυδίδου καὶ Πλάτωνος ἐν καιρῷ μέτιθι. πολλὰ καὶ τῇ καλῇ κωμῳδίᾳ, καὶ τῇ σεμνῇ τραγῳδίᾳ ἐγγυμνασάμενος. παρὰ γὰρ τούτων ἅπαντα τὰ κάλλιστα ἀπανθισάμενος, ἔσῃ τις ἐν λόγοις· ὡς νῦν γε ἐλελήθεις σαυτὸν τοῖς ὑπὸ τῶν κοροπλάθων εἰς τὴν ἀγορὰν πλαττομένοις ἐοικὼς, κεχρωσμένος μὲν τῇ μίλτῳ καὶ τῷ κυανῷ, τὸ δ᾽ ἔνδοθεν, πήλινός τε καὶ εὔθρυπτος ὤν.

23. Haec ſi feceris, & pauxillo tempore inſcitiae reprehenſionem ſuſtinueris, neque diſcere de novo te pudeat: cum fiducia multitudinem alloqueris, neque deridebere ut nunc, neque in deteriorem partem in ore eris praeſtantiſſimorum, Graecum te Atticumque per contemtum vocantium, qui neque in barbarorum diſertiſſimis numerari dignus ſis. Ante omnia vero hoc

Ἐὰν ταῦτα ποιῇς, πρὸς ὀλίγον τὸν ἐπὶ τῇ ἀπαιδευσίᾳ ἔλεγχον ὑπομείνας, καὶ μὴ αἰδεσθεὶς μεταμανθάνων, θαῤῥῶν ὁμιλήσεις τοῖς πλήθεσι, καὶ οὐ καταγελασθήσῃ, ὥσπερ νῦν, οὐδὲ διὰ στόματος ἐπὶ τῷ [f] χείρονι τοῖς ἀρίστοις ἔσῃ, Ἕλληνα καὶ Ἀττικὸν ἀποκαλούντων σε, τὸν μηδὲ [g] βαρβάρων ἐν τοῖς σαφεστάτοις ἀριθμεῖσθαι ἄξιον. πρὸ πάντων δὲ

e Ὑπὸ διδασκ.] Ὑποδιδ. unica voce W. *f* Χείρονι] Χείρονος marg. *A1W.* *g* Βαρβάρων] Ex emend. *Gron.* Βάρβαρον Edd. & M.

δεῖν, & *Athenaeum* lib. V. Σιληπορδῶν. Nec aliter apud Scholiaſten, Σιληπορδία & Σιληπορδεῖν. In quo ſcholio vitioſiſſime legitur, ὡς ἂν διὰ τὴν εὐπορίαν τῶν λέξεων καὶ τὸ μέγα ἐπὶ ταύταις φορεῖν. Emendo φρονεῖν. *J.J.*

Ibid. Σιληπορδία] *Heſych.* Σιληπορδεῖν, σιδηροπορδῆσαι, στρηνιᾷν. ἀβρύνεσθαι, θρύπτεσθαι, χλιδᾷν. *F.G.*

84. Προοδοποίηται] An προωδοποίηται; *F.G.*

Προωδοποίηται] Sic W. Cod. Impreſſi omnes προοδ. *M. du S.*

Προωδοποίηται] Vulgo editum προοδοποίηται, ſecunda brevi; quod corrigendum monuerat Cl. *Jenſ.* ad *Hermot.* §. 2. Id correxi, eoque lubentius, quia & Codex adſentitur, etſi ſupra in *de Salt.* ſimilem ſcripturam in alio verbo non correxi, ob rationes nimis ſaepe jam dictas. Conf. c. 24. *J.F.R.*

86. Ὡς ἀληθῶς] Vid. de hoc pleonaſmo infra *Amor.* c. 48. *J.F.R.*

87. Κἂν] Leve eſt quod monendum habeo. Κἂν cum puncto ſubſcripto erat in Edd. quod ego delevi; nam ſine *jota* ſcribere id ſoleo, quando pro καὶ ἐν poſitum invenio, uti hic, & ap. *Long.* in *Paſt.* I. p. 13. κἂν τοῖς ὄρεσι, κἂν τοῖς πεδίοις. Idem L. 2. p. 47. κἂν ταῖς πηγαῖς ταύταις λούομαι. Idem III. p. 118. ἣν κἂν τῷ αὐλῶνι σιγῇ. At ubi pro καὶ ἂν ſumitur, differentiae cauſſa jota addo. *J.F.R.*

98. Τοῖς ὑπὸ τῶν κοροπλάθων εἰς τὴν ἀγορὰν πλαττομένοις] Sane interpretes *quæ a lutifigulis ad forum finguntur.* Neſcio quid velint. Sed opinor intelligit *ad vendendum.* *J.G.*

5. Μεταμανθάνων] Vulgo vertebatur *dediſcere*; non male quidem; ſed plus ineſt in Graeco, ſignif. enim ſimul *nova* diſco prioribus oblivioni mandatis, ut T. I. credo ex *Ariſtoph.* Plut. verſ. 925. ejusque Commentatoribus jam diximus. *J.F.R.*

9. Τὸν μηδὲ βάρβαρον ἐν τοῖς σαφεστάτοις ἀριθμεῖσθαι ἄξιον] *Qui neque barbarus, inter maxime perſpicuos recenſeri dignus ſis.* Sic Benedictus, qui dum Græcas voces curatiſſime referre ſatagit, facit ſe obſcuriſſimum. Micyllus *qui ne cum barbaris quidem inter maniſeſtiſſimos recenſeri dignus ſit.* Nulla parte melius. Lege βαρβάρων, quem genitivum ſic ſolet auctor præponere; *qui neque inter illos, qui ex barbaris maxime perſpicui ſunt, recenſeri dignus ſis.* *J.G.*

Ibid. Βαρβάρων] Cl. *Gronovii* Emendationem, repugnantibus omnibus libris & ipſo M, utpote certiſſimam, ſequor. *M. du S.*

δὲ ἐκεῖνο μέμνησό μοι, μὴ μιμεῖσθαι τῶν ὀλίγον πρὸ ἡμῶν γενομένων σοφιστῶν τὰ φαυλότατα, μηδὲ περιεσθίειν ἐκεῖνα, ὥσπερ νῦν, ἀλλὰ τὰ μὲν τοιαῦτα καταπατεῖν, ζηλοῦν δὲ τὰ ἀρχαῖα τῶν παραδειγμάτων. μηδέ σε θελγέτωσαν αἱ [a] ἀνεμῶναι τῶν λόγων, ἀλλὰ κατὰ τὸν τῶν ἀθλητῶν νόμον, ἡ στερρά σοι τροφὴ συνήθης ἔστω, μάλιστα δὲ Χάρισι καὶ σαφηνείᾳ θύε, ὧν πάμπολυ λίαν νῦν ἀπελέλειψο.

Καὶ ὁ τῦφος δέ, καὶ ἡ μεγαλαυχία, καὶ ἡ κακοήθεια, καὶ τὸ βρενθύεσθαι, καὶ λαρυγγίζειν ἀπέστω, καὶ τὸ διασιλλαίνειν τὰ τῶν ἄλλων, καὶ [b] οἴεσθαι ὅτι πρῶτος ἔσῃ αὐτός, ἢν τὰ πάντων συκοφαντῇς. καὶ μὴν κἀκεῖνο οὐ μικρόν, μᾶλλον δὲ τὸ μέγιστον ἁμαρτάνεις, ὅτι οὐ πρότερον τὰς διανοίας τῶν λέξεων [c] προπαρεσκευασμένος, ἔπειτα κατακοσμεῖς τοῖς ῥήμασι, καὶ τοῖς ὀνόμασιν, ἀλλ' ἤν που ῥῆμα ἔκφυλον εὕρῃς, ἢ αὐτὸς πλασάμενος οἰηθῇς εἶναι καλόν, τούτῳ ζητεῖς διάνοιαν ἐφαρμόσαι, καὶ ζημίαν ἡγῇ, ἂν μὴ παραβύσῃς αὐτό που, κἂν τῷ λεγομένῳ μηδ' ἀναγκαῖον ᾖ· οἷον πρώην, τὴν

mihi memento, ne imiteris Sophiſtarum, qui paullo ante nos fuere, peſſima, neque ſtudioſe illa conſecteris, uti nunc; verum talia conculces, exempla autem antiqua aemuleris. Neque demulceant te verborum inodori & caduci flores: ſed ex lege athletarum, ſolidus tibi cibus conſuetus ſit. Maxime vero Gratiis & Perſpicuitati litato, a quibus longiſſime jam relictus es.

24. Tumor vero & jactantia, & mala conſuetudo, & gravitatis illa ac ſonorae dictionis affectatio abſit, & inſectatio aliorum, & ne putes primum te fore ipſum, ſi omnium ſcripta calumnieris. Etenim illud quoque non parvum, ſed potius maximum peccas, quod non prius, quam verba, ſententias comparatas, verbis deinde exornas nominibusque; ſed ſi qua verbum extra ſuam tribum quaſi oberrans inveneris, aut ipſe confictum a te pulchrum putaveris, huic ſtudes aptare ſententiam, & damnum judicas, ſi illud non aliquorſum infercias, etiamſi ei, quod dicitur plane neceſſarium non

a Ἀνεμῶναι] Et ſic habere *J. Fl. H. P.* notat *M. du S.* b Οἴεσθαι] Sic L. recte cum *Fl. B*1. 2. *P.* & *S.* Ἴεσθαι male *J.* & *H.* cum P. & *Exc.* c Προπαρεσκ.] Ita M. & *B*2. recte. Προπαρασκ. cett.

19. Χάρισι — θύε] Ἐκ τοῦ τοῦ Πλάτωνος παραινέσεως δοκεῖ παρειλῆφθαι. Φησὶ γὰρ ὁ Πλούταρχος ἐν τῷ περὶ Γαμηλίων παραγγελμάτων, ὅτι Πλάτων τῷ Ξενοκράτει, βαρυτέρῳ τὸ ἦθος ὄντι, τ' ἄλλα δὲ καλῷ κἀγαθῷ, παρεκελεύετο θύειν ταῖς Χάρισι. (p. m. 246. pr.) G.

11. Μὴ μιμεῖσθαι] Sophiſtæ paſſim a Platone perſtringuntur, ut quodam in loco dicat eos eſſe evidentem diſcipulorum perniciem. *G. C.*

13. Περιεσθίειν] Interpretantur *depaſcere*: neutrum bene percipio. Suſpicor περιέπειν fuiſſe, quod ſtudium & curam intentiorem ſignificat: cum facile fuerit in manu intricatiore aetatis poſterioris π in θι tranſire. *J. M. G.*

19. Χάρισι] *Heſiod.* in Theogon. tres facit. De his hymnus Orphei. *G. C.*

Χάρισι — θύε] Xenocrati triſtiori idem Plato ſuaſit; *Diog. Laërt.* 97. DE. Vid. *Caſaub.* notam p. 38. Sic ſupra Hiſtorico ſuo dixerat, καὶ μόνῃ θυτέον τῇ ἀληθείᾳ. Συγγρ. c. 39. *M. du S.*

22. Λαρυγγίζειν] V. AG. X. 130. *M. du S.*

28. Λέξεων] Lege λεκτέων. Certe ſic ratio poſtulare videtur, ut primo *res*, deinde *verba* accurate perpendantur ab iis qui ad ſcribendum animum appellunt. *M. du S.*

Ibid. Προπαρεσκ.] M. & *B*2. recte. In reliquis προπαρασκ. ut ipſa *Fl.* prave etiam *Tyr.* c. 21. ſcribit. *M. du S.*

Προπαρεσκευασμένος] Editt. vulgo male προπαρασκευασμένος; ſed προπαρεσκ. corrigendum recte monuerat *Jenſius* ad Hermot. c. 2. In quo facile obſecundavi, etſi vel decies alibi dixi, cur id interdum mutare neglexerim. *J. F. R.*

35. Οὐ μάλωπα] An θυμάλωπα; i. e. *torrem.* F. G.

Οὐ-

non ſit. Ut nuper οὐ μάλωπα illud, cum neque quid ſignificaret ſcires, projeciſti, nihil argumento conveniens. Atque imperiti quidem omnes obſtupeſcebant, cum aures illorum feriret peregrinitas: ſed eruditi utrosque, & te, & laudatores illos riſere.

25. Maxime autem ridiculum illud eſt, quod, cum ſuper omnes eſſe Atticos poſtules, & ad antiquiſſimam rationem linguam expoliiſſe, tamen talia quaedam, potius vero plurima immiſces orationi, quae neque puer modo diſcens ignorare poſſit: ut illa, quid putas? terram mihi hiſcere optabam, cum audirem te, ſpecimen eloquentiae edentem, χιτώνιον etiam virorum dici putare, δουλάρια autem etiam mares pediſſequos appellares: quae quis neſcit, χιτώνιον mulierum eſſe veſtitum, δουλάρια autem feminas modo illos vocare; & alia multo his apertiora, quale eſt ἵπτυτο, & ἀπαντώμενος & καθεσθεὶς, quae neque aliunde delata domicilium in Attico ſermone acceperunt. Nos vero neque poëtas laudamus poëmata ſcribentes ad quae gloſſario opus eſt. Tua vero, ut pedeſtria metris com-

οὐ μάλωπα, οὐδὲ εἰδὼς ὅ, τι σημαίνει, ἀπέῤῥιψας, οὐδὲν ἐοικότα τῷ ὑποκειμένῳ. καὶ οἱ μὲν ἰδιῶται πάντες ἐτεθήπεισαν, ὑπὸ τοῦ ξένου πληγέντες τὰ ὦτα· οἱ δὲ πεπαιδευμένοι, ἐπ' ἀμφοτέροις, καὶ σοὶ καὶ τοῖς ἐπαινοῦσιν, ἐγέλων.

Τὸ δὲ πάντων καταγελαστότατον ἐκεινό ἐστιν, ὅτι ὑπεράττικος εἶναι ἀξιῶν, καὶ τὴν φωνὴν εἰς τὸ ἀρχαιότατον ἀπηκριβωμένος, τοιαῦτα ἔνια, μᾶλλον δὲ τὰ πλεῖστα ἐγκαταμιγνύεις τοῖς λόγοις, ἃ μηδὲ παῖς ἄρτι μανθάνων ἀγνοήσειεν. οἷον ἐκεῖνα πῶς οἴει κατὰ γῆς δῦναι ηὐχόμην, ἀκούων σου ἐπιδεικνυμένου· ὅτε χιτώνιον μὲν, καὶ τὸ ἀνδρεῖον ᾤου λέγεσθαι· δουλάρια δὲ, καὶ τοὺς ἄῤῥενας τῶν ἀκολούθων ἀπεκάλεις· ἃ τίς οὐκ οἶδεν ὅτι χιτώνιον μὲν, γυναικὸς ἐσθὴς, δουλάρια δὲ τὰ θήλεα καλοῦσι; καὶ ἄλλα πολὺ τούτων προφανέστερα, οἷον τὰ, ἵπτατο, καὶ τὸ, [d] ἀπαντώμενος, καὶ τὸ, καθεσθεὶς, οὐδὲ [e] μέτοικα τῆς Ἀθηναίων φωνῆς. ἡμεῖς [f] δὲ οὐδὲ ποιητὰς ἐπαινοῦμεν τοὺς κατὰ γλῶτταν γράφοντας ποιήματα· τὰ δὲ σὰ, ὡς πεζὰ μέ-

d Ἀπαντώμενος] Ἀπαιτόμενος W. *e* Μέτοικα] Sic Edd. & M. *f* Δὲ] Abeſt a *Fl.* & M. Adeſt in reliquis.

Οὐ μάλωπα] Non valde ſpero, me aſſequi poſſe quid haec ſibi velint, cum jam tum vulgo ignoraretur. Equidem cum apud *Heſychium* inter gloſſas ac difficiliora referatur μάλ' ὦκα, quod interpretatur πάνυ ταχέως, cogitabam, an non hic quoque leviſſima mutatione legendum ſit οὐ μάλ' ὦκα. Verum abjeci εὕρημα non magnum, cui repugnaret articulus τῷ & ἐοικότα. Nam illum quoque in τὰ mutare forte audaculum nimis videbitur. *J.M.G.*

42. Ὑπεράττικος] *Philoſtr.* in vit. Apoll. Thyan. c. 17. pr. Λόγων δὲ ἰδέαν ἐπήσκησεν — οὐ καταγλωττισμένην, καὶ ὑπεραττικίζουσαν. Quod *Olear.* recte exponit adfectationem nimiam Atticiſmi, & hoc Luciani aliaque ex ejusdem *Rhet. praecept.* aliisque adfert. Sed hoc facile erat; ſolet autem ſaepe in difficilioribus aberrare. *J.F.R.*

46. Οἷον ἐκεῖνα] *Ut illa te oſtentantem audiens, quomodo putas optaſſe me terra obrui, quum ſcilicet exiſtimares* χιτώνιον &c. Luciani ſunt haec. *F.G.* Vertebantur olim: *qualia ſunt illa* πῶς οἴει; &c. Sed peſſime, ut Cl. *La Croze* etiam animadverterat. *J.F.R.*

47. Κατὰ γῆς δῦναι ηὐχόμην] Conf. infra Ἀπαιδ. c. 18. *M. du S.*

51. Χιτώνιον] Χιτὼν autem eſt ἱμάτιον ἀνδρικόν. *Heſych.* *F.G.*

Χιτώνιον] Conf. *Th. Mag.* *M. du S.*

55. Μέτοικα] Ne Lucianus ipſe aut ejus larva peregrinum ſe prodat, lege μέτοικα. *M. du S.*

56. Κατὰ γλῶτταν] I. e. ξενικοῖς & inuſitatis verbis ſcribentes. ὅσα τοίνυν τῶν ὀνομάτων ἐν μὲν τοῖς πάλαι χρόνοις ἦν συνήθη, νυνὶ δὲ οὐκέτι ἐστὶ, τὰ μὲν τοιαῦτα γλώττας καλοῦσιν. *A.V.*

Κατὰ γλῶτταν] Hinc *Philoſtratus*, ut ſupra viſum eſt hac Diſſert. c. 17. λόγων ἰδέαν καταγλωττισμένην vocat. quod ex *Suida* & Ariſtophanis *Scholiaſte* optime ab Interprete enarratur p. 21. τὸ πολλαῖς γλώτταις μεμιγμένον; addito etiam *Eunapii* in eam rem loco, de Libanio p. 173. *M. du S.*

μέτροις παραβάλλειν, καθάπερ ὁ [a] Δωσιάδου βωμὸς ἂν εἴη, καὶ ἡ τοῦ Λυκόφρονος Ἀλεξάνδρα, καὶ εἴ τις ἔτι τούτων τὴν φωνὴν κακοδαιμονέστερος· ἂν ταῦτα ζηλώσῃς, καὶ μελαμάθῃς, [b] ἄριστα βεβουλευμένος ὑπὲρ σεαυτοῦ ἔσῃ. ἢν δὲ λάθῃς αὖθις εἰς τὴν λιχνείαν καταολισθὼν, ἐμοὶ μὲν ἀποπεπλήρωται ἡ παραίνεσις, σὺ δὲ σεαυτὸν αἰτιάσῃ, ἄν γε καὶ ξυνῇς χείρων γενόμενος.

parem, ſicut Doſiadae ara fuerint, aut Alexandra Lycophronis, & ſi quis adhuc eſt linguae quam iſti infelicioris. Haec ſi ſtudioſe dediſcas, optime tibi conſulueris. Sin imprudens iterum in delicias illas fallente velut veſtigio labaris, admonitione ego defunctus ſum, tu vero te accuſabis, ſi quidem aliquando deteriorem te factum intelliges.

---

[c] ΕΥΝΟΥΧΟΣ.

ΠΑΜΦΙΛΟΣ.

Πόθεν, ὦ Λυκῖνε, ἢ τί γελῶν ἡμῖν ἀφῖξαι; ἀεὶ μὲν γὰρ φαιδρὸς ὢν τυγχάνεις. τουτὶ δὲ πλέον τοῦ συνήθους εἶναί μοι δοκεῖ, ἐφ' ὅτῳ μηδὲ κατέχειν δυνατὸς εἶ τὸν γέλωτα. ΛΥΚ. Ἐξ ἀγορᾶς μὲν ἥκω σοι, ὦ Πάμφιλε· τοῦ γέλωτος δὲ αὐτίκα κοινωνόν ποιήσομαί σε, ἢν ἀκούσῃς οἵα δίκη δι-

EUNUCHUS.

PAMPHILUS.

I. Unde nobis, Lycine, aut quid ridens advenis? Nam ſemper quidem hilaris eſſe ſoles: hoc autem ſolito plus mihi videtur, in quo neque riſum continere potes. LYC. E foro tibi adſum, Pamphile: riſus autem ſtatim faciam te participem, ſi audieris, cui cauſſae diſceptandae in-

a Δωσιάδου] Ex emend. *Solani* Δωσιάδα Edd. priores & M. b Ἄριστα] Καὶ ἄριστα *S.* At cum vulgata facit W. c ΕΥΝΟΥΧΟΣ] ΕΥΝΟΥΧΟΣ ΠΑΜΦΙΛΟΣ *J. H.* Deeſt ΠΑΜΦ. in *Fl. P. S.* Sed in *S.* additum ante πόθεν.

58. Δωσιάδου] *Doſiade ara.* Sunt qui exponunt & intelligunt Epigramma Theocriti, quod βωμὸς inſcribitur, ac Troili epitaphium continet admodum obſcurum. *G.C.*

Δωσιάδου] Lege Δωσιάδου. Extat autem hodieque haec *Ara* inter *Simmiae Rhodii* opuſcula. Ex hoc autem loco Scholiaſtam Theocriti emendare jubet *Meurſius*, apud quem pro Δωσιάδου legitur Ὠδιάδου. *Lect. Att.* p. 141. Scholiaſtes autem ille non comparet in Rom. nec in Lugd. Edd. Sed in Veneta An. 1543. quod idem Meurſius monet. Vide epigrammata apud *Kennet.* p. 44. Rhodium fuiſſe liquet ex Scholiis ad *Ovum Simmiae.* Primus edidit *Salmaſius*, atque eruditis Scholiis emendavit. *Plinius* IV. 12. de rebus Creticis *Doſiadem* nominat. *M. du S.*

[Ara quae Theocrito ſolet ſubjungi, nec Theocriti nec Doſiadae eſt, ut Salmaſio oſtenſum.] *Loid.*

Suidae Δωσιάδης & Δωσίας. Δωσίδας ſcribitur apud *Clem. Alex.* in Προτρ. *M. du S.*

Δωσιάδου] *Cognati* notam ad hoc verb. in exemplari ſuo merito deleverat Cl. *La Croze.* *J.F.R.*

59. Λυκόφρονος Ἀλεξ.] Quae hodieque ſupereſt, non ſine majorum noſtrorum ignominia, qui tot praeſtantioribus neglectis, talia nobis monſtra aſſervarunt. *M. du S.*

15. Ὅλας ἁμάξας βλασφημιῶν] Παροιμία ἐπὶ τῶν ἄγαν ὑβριστικῶς ἀλλήλοις χρωμένων. Sic apud Gallos *une charretée de paroles.* *J. B.*

Ὅλας ἁμάξας βλασφ.] Lycinus amico Pamphilo referens, quemadmodum contentioni duorum inter ſe Peripateticorum interfuiſſet, ac Pamphilus id vere ridiculum eſſe reſpondiſſet, ac oportuiſſe potius, ut rem placide inter ſe componerent; adeo, inquit ille, non placide rem inter ſe compoſuerunt, ut congreſſi integra convitiorum plauſtra invicem in ſe effuderint, ſummo cum clamore & Stentorea voce. Sed potius Graeca ejus ponamus; οἵγε ξυμπεσόντες, inquit, ὅλας ἁμάξας βλασφημιῶν κατεσκέδασαν ἀλλήλων, κεκραγότες, καὶ ὑπερδιατεινόμενοι. Dictionis hujus origo [ἅμαξαι βλασφημιῶν] haud dubie ab illo antiquiſſimo apud Athe-

interfuerim, contendentibus inter ſe philoſophis. PAMPH. Illud ipſum quidem vere ridiculum narras, philoſophos jure inter ſe experiri, qui debeant, ſi quid etiam ſit magnum, pacate inter ſe crimina diſſolvere.

2. LYC. Unde illi, ſodalis, pacate? qui commiſſi inter ſe plauſtra conviciorum tota in ſe congeſſerunt invicem, clamantes & ultra quam poſſent contendentes? PAMPH. Numquid de literis diſceptabant ſolennia illa, cum diverſae eſſent ſententiae atque ſectae. LYC. Minime. Sed aliud quiddam hoc erat. Ejuſdem enim ambo ſententiae, & diſciplinae ejuſdem. Et tamen judicium conſtitutum eſt, & ſuffragia ferebant judices optimates, & aetate maxime provecti & ſapientiſſimi civitatis: apud quos merito pudet aliquem, extra numerum quidquam dicere, nedum ut eo impudentiae progrediatur. PAMPH. Quin tu igitur dicis jam caput cauſae, ut & ipſe ſciam, quid tantum tibi riſum moverit.

καζομένη παρεγενόμην, Φιλοσόφων πρὸς ἀλλήλους ἐριζόντων. ΠΑΜΦ. Καὶ τοῦτο μὲν ὡς ἀληθῶς γελοῖον λέγεις, τὸ, Φιλοσοφοῦντας δικάζεσθαι πρὸς ἀλλήλους· δέον, εἰ καί τι μέγα εἴη, κατ' εἰρήνην ἐν σφίσι διαλύεσθαι τὰ ἐγκλήματα.

ΛΥΚ. Πόθεν, ὦ μακάριε, κατ' εἰρήνην ἐκεῖνοι, οἵ γε ξυμπεσόντες, ὅλας ἁμάξας βλασφημιῶν κατεσκέδασαν ἀλλήλων, κεκραγότες καὶ ὑπερδιατεινόμενοι; ΠΑΜΦ. Ἦπου, ὦ Λυκῖνε, περὶ τῶν λόγων διεφέροντο, τὰ συνήθη ταῦτα, ἑτερόδοξοι τυγχάνοντες. ΛΥΚ. Οὐδαμῶς· ἀλλ' ἑτεροῖόν τι τοῦτο ἦν. ὁμόδοξοι γὰρ ἄμφω, καὶ ἀπὸ τῶν αὐτῶν λόγων· δίκη δὲ ὅμως συνειστήκει, καὶ δικασταὶ ψηφοφοροῦντες ἦσαν οἱ ἄριστοι, καὶ πρεσβύτατοι, καὶ σοφώτατοι τῶν ἐν τῇ πόλει, καὶ ἐφ' ὧν ἄν τις ἠδέσθη, παρὰ μέλος τι φθεγξάμενος, οὐχ ὅπως ἐς τοσαύτην ἀναισχυντίαν τραπόμενος. ΠΑΜΦ. Οὐκοῦν λέγοις ἂν ἤδη τὸ κεφάλαιον τῆς δίκης, ὡς καὶ αὐτὸς εἰδείην ὅ, τι σοι τὸ κεκινηκὸς εἴη τὸν τοσοῦτον γέλωτα.

ΛΥΚ.

15. Ὅλας ἁμάξας] Ἐπὶ τῶν ἄγαν ὑβριστικῶς ἀλλήλοις χρωμένων εἴρηται τοῦτο. καὶ γὰρ ἐν τοῖς Διονυσίοις ἐφ' ἁμαξῶν ἀναβαίνοντες, τοῦ ἅμα τε περίοπτοι, καὶ ἐπὶ μακρὰν ἀκουόμενοι εἶναι, ἔσκωπτον ἀλλήλους, ἀφ' οὗ παροιμία, τὰ ἐξ ἁμάξης. οὕτως οὖν ἵν' ἐνδείξηται πλέον τι ἐπὶ τῷ σκώμματι * παρακολουθῆσαν τοῦ εἰωθότος, ὅλας εἶπεν ἁμάξας. V.

17. Ὑπερδιατεινόμενοι] Ὑπερφιλονεικοῦντες. V.

18. Διεφέροντο] Διεμάχοντο. V.

* Παρακολουθῆσαν] Ita dedit *Solan.* pro vulgato παρακολουθοῦσαν.

thenienſes more petenda eſt, quo per pagos & vicos curribus inſidentes, genio indulgendi cauſſa, ſcommata & convitia in quemlibet jaciebant: quemadmodum docet *Gyraldus* Dialogo de Poëtis VI. pag. 324. editionis noſtrae. Antiquiſſimum hunc morem ſua in lingua expreſſerunt quoque Latini, apud quos & *plauſtra convitiorum* dicta reperias. Non raro in aliis loquendi formulis convenire videas Graecos inter & Latinos. . . . . . *J. J.*

Ὅλας ἁμάξας βλασφ.] Sequebantur hic in Cl. *Jenſii* Lectr. Lucian. permulta variarum locutionum exempla, quas Graeci cum Latinis habent communes; 18. paginas implentia, a p. 272. ad 289. quae quia commentarii modum excederent, omittimus, curioſum Lectorem ad libellum ipſum remittentes. *J. F. R.*

23. Ψηφοφοροῦντες ἦσαν] Ita videtur concepiſſe ſtructuram Cl. *Geſnerus*, ut periphraſis ſit, qualis apud *Herodian.* I. 3. 12. Κρατήσας ἦν τοῖς ὅπλοις pro ἐκράτησε. Vel ap. Noſtrum in *Aſin.* c. 30. Οὐ γὰρ ἦν καταβὰς. Et alibi non ſemel. Qui plura cupit, adeat fratris mei cariſſ. *Belgam Graec.* p. 402–3. Fateor itaque eandem eſſe uſitatiſſimam, deque ea, hoc Luciani ſimiliter adducens agit Rev. *Elſner.* ad Euang. Luc. I. 21. ubi, καὶ ἦν ὁ λαὸς προσδοκῶν, legitur, & cujus non ſexcenta, ſed ſex exemplorum millia poſſent adduci: verum priſtinus Interpres aliter videtur conſtruxiſſe, vertens: *judices qui cognoſcebant, primates erant*; ſcilicet ἦσαν jungens cum ἄριστοι, non cum ψηφοφοροῦντες, quod nondum improbo; ſed Lectoris arbitrium facio quam velit eligere: ambiguum enim videtur, ſenſu tamen parum diſcrepante. *J. F. R.*

31. Συν-

ΛΥΚ. Συντέτακται μὲν, ὦ Πάμφιλε, ὡς οἶσθα, ἐκ βασιλέως μισθοφορά τις οὐ φαύλη κατὰ γένη τοῖς φιλοσόφοις, Στωϊκοῖς λέγω, καὶ Πλατωνικοῖς, καὶ [a] Ἐπικουρείοις, [b] ἔτι καὶ τοῖς ἐκ τοῦ Περιπάτου, τὰ ἴσα τούτοις ἅπασιν. ἔδει δὲ ἀποθανόντος αὐτῶν τινος, ἄλλον ἀντικαθίστασθαι, δοκιμασθέντα ψήφῳ τῶν ἀρίστων. καὶ τὰ ἆθλα, οὐ βοείη τις ἦν, κατὰ τὸν ποιητὴν, οὐδ' [c] ἱερήϊον, ἀλλὰ [d] μύριαι κατὰ τὸν ἐνιαυτὸν, ἐφ' ὅτῳ συνεῖναι τοῖς νέοις. ΠΑΜΦ. Οἶδα ταῦτα· καί τινα φασὶν αὐτῶν ἔναγχος ἀποθανεῖν, τὸν

3. LYC. Conſtituta ſunt, quod noſti, Pamphile, ab imperatore ſalaria non contemnenda generatim philoſophis, Stoicis dico, & Platonicis, & Epicureis, inſuper etiam Peripateticis, aequalia omnibus. Oportebat autem in mortui alicujus locum ſurrogari, probatum ſuffragiis optimatum. Praemium certaminis non *bubula pellis erat*, ſecundum poëtam, *neque victima*, ſed decies millenae quotannis drachmae, ut juvenes doceret. PAMPH. Novi iſta, & aiunt quendam illorum nuper mortuum, Pe-

a Ἐπικουρείοις] Ἐπικουρίοις W. *b* Ἔτι καὶ] Ἔτι δὲ καὶ W. *c* Ἱερήϊον] Sic *P.* ſola. Ἱερεῖον cett. & M. *d* Μύριαι] Μυρία male L.

39. Κατὰ τὸν ποιητὴν] Ἐκ τῆς Χ. τῆς Ἰλιάδος τοῦτο. *G.*

31. Συντέτακται] Imperator quis? M. Aurelius Antoninus, eo ipſo, ut putant, anno, quo Athenis initiatus eſt, qui CLXXVI. Vid. *Dion.* LXXI. p. 815. & *Philoſtr.* 563. Quamvis enim Antonino Pio id ex *Capitolino* tribuatur (c. 11.) Dio id & Philoſtratus Marco vendicant; hic in *Theodoto* p. 291. ille p. 814. A. (vid. *Wotton* p. 169.) Quantum autem fuerit illud ſtipendium, vide ſtatim hoc ipſo capite, & c. 8. *M. du S.*

32. Ἐκ βασιλέως] An M. Antonino philoſopho? *F.G.*

Ἐκ βασιλέως] Ita ἐκ pro ὑπὸ infra *Demon.* c. 51. Et ſic pro *unde* vel *a quo* aliquid praebetur, *Arrian.* Exp. Alex. II. 1. ἡγεμὼν ἐκ βασιλέως Δαρείου καθεστηκώς. *Dionyſ. Perieg.* de ſitu Orb. verſ. ult. — ἀλλά μοι ὕμνων Αὐτῶν ἐκ μακάρων ἀντάξιος εἴεν ἀμοιβή. Sic ἐκ τινὸς παθεῖν pro ὑπὸ, *Long. Paſt.* III. pr. *Herodian.* VIII. 8. 2. ἠγανάκτουν ὅτι ἄρα ἔχοιεν ἐκ συγκλήτου βασιλέας, quod vertitur: *gravabantur datos ſibi a ſenatu principes.* Sed & ibi ſimul ſignificare poteſt: *principes e ſenatorum numero datos.* Nam praemittitur populum laetatum patriciis principibus. *J.F.R.*

Ibid. Μισθοφορά τις] De ſalariis rhetorum vid. *Gronov.* P. V. 4, 11. p. 32. μύριαι δραχμαὶ ex vulgari Romanorum computatione denarium drachmae aequantium ſunt quadraginta millia H. S. ſ. 2000. floreni Rhenani. Quae turbae circa talem ſucceſſionem ortae nonnunquam ſint, ſuo exemplo docet Eunapius in Proaereſio p. m. 131. *J.M.G.*

37. Δοκ. ψήφῳ τῶν ἀρίστων] *Philoſtratus* quidem Herodi eam poteſtatem a Marco cum primum conſtitueretur, factam tradit, p. 566. Cum ipſe Profeſſorem Rhetorices Theodotum nominaret. At *Eunap.* in Proaereſio de philoſophis; χειροτονοῦνται δοκιμασθέντες ἁπάσαις κρίσεσι &c. *M. du S.*

39. Κατὰ τὸν ποιητὴν] Carmen eſt *Homer.* ex Iliad. X. *Virg.* L. XII. Aen. hoc ita interpretatus eſt:

— Nec enim levia aut ludicra petuntur
Praemia, ſed Turni de vita & ſanguine certant.
G. C.

Κατὰ τὸν ποιητὴν] Affert eundem locum *Cic.* ad Att. I. 1. f. *M. du S.*

Ibid. Οὐδ' ἱερήϊον] Locum Homeri emendavimus, in quo Eraſmus ἱερήϊον *porcellum* verterat, dum legit ὕειον. *J. B.*

Οὐδ' ἱερήϊον] Il. X, 159. ἐπεὶ οὐχ ἱερήϊον οὐδὲ βοείην, Ἀρνύσθην, ἅ, τε ποσσὶν ἀέθλια γίνεται ἀνδρῶν. Quae ibi laudat *Clarkius* ſatis firmant interpretationem noſtram ἱερείου, quam *porcellum* reddidere alii. *J. M. G.*

Ibid. Ἱερήϊον] Etſi nihil intereſt quomodo hic legas, ἱερήϊον, an ἱερεῖον, dicam tamen, cur Pariſinae ſoli obtemperaverim, cujus Lectionem non adnotarat *Solanus* noſter. Recepi enim hoc, quia ex *Homero* eſt; at quum verſus non ſit, dices ad rem non verba reſpexiſſe Lucianum. Verum quia illius imitatur dialectum in modo praemiſſo vocabulo βοείη; patet etiam alteram ad eandem eſſe formandam. *J. F. R.*

40. Μύριαι] Eandem cum Luciano ſummam tradit *Philoſtratus* in Theodoto Soph. p. 566. τοὺς μὲν Πλατωνείους, καὶ τοὺς ἀπὸ τῆς Στοᾶς καὶ τοῦ περιπάτου, καὶ αὐτὸν Ἐπίκουρον προσέταξεν ὁ Μάρκος τῷ Ἡρώδῃ κρίναι. Erant quidem ante hunc Imperatorem Athenis Profeſſores, ſed non eo ſtipendio dotati. Idem p. 526. & nott. *Sueton.* Veſp. c. 17. *Primus e fiſco Latinis Graecisque Rhetoribus annua centena conſtituit.* De Philoſophis nihil. Nec ſatis aſſequor quibus rationibus inducti viri quidam doctiſſimi erraſſe in re tam aperta velint utrumque. Aliam tamen ſummam tradit *Tatianus* p. 70. nempe ἑξακοσίους χρυσοῦς, quae ſumma quinta par-

Peripateticorum puto alterum. LYC. Haec, Pamphile, Helena erat, pro qua depugnabant inter ſe invicem: & haſtenus ridiculum illis erat nihil *aliud*, quam quod qui philoſophos ſe dicerent eſſe, & pecunias contemnere, deinde pro his, tanquam pro patria periclitante, & ſacris patriis, & ſepulcris majorum ſuorum, decertarent. PAMPH. Quin etiam hoc dogma eſt Peripateticis, non valde contemnere divitias, ſed tertium quoddam bonum illud quoque putare. LYC. Recte dicis.

Περιπατητικῶν οἶμαι τὸν ἕτερον. ΛΥΚ. Αὕτη, ὦ Πάμφιλε, ἡ Ἑλένη, ὑπὲρ ἧς ἐμονομάχουν πρὸς ἀλλήλους· καὶ ἄχρι γε τούτου, [e] γελοῖον οὐδὲν ἦν ἐκείνοις, ὡς τὸ φιλοσόφους εἶναι φάσκοντας, καὶ χρημάτων καταφρονεῖν· ἔπειτα ὑπὲρ τούτων, ὡς ὑπὲρ πατρίδος κινδυνευούσης, καὶ ἱερῶν πατρῴων, καὶ τάφων προγονικῶν, ἀγωνίζεσθαι. ΠΑΜΦ. Καὶ μὴν καὶ τὸ δόγμα τοῦτό γε ἐστὶ τοῖς Περιπατητικοῖς, τὸ μὴ σφόδρα καταφρονεῖν χρημάτων, ἀλλὰ τρίτον τι ἀγαθὸν καὶ τοῦτο οἴεσθαι. ΛΥΚ. Ὀρθῶς λέγεις. Φα-

e Γελοῖον οὐδὲν ἦν ἐκείνοις] Sic Edd. conſtanter, item M.

parte Lucianeam ſuperat, ſi Ariſtophanis *Scholiaſtes* (p. 741.) valorem aurei juſtam aſſignavit. *Creſſolius* ſummam a Luciano traditam 833. aureos Gallicos conficere ait, AG. X. p. 184. [Hiſtoria docet ſtipendia Philoſophis ab Antonino Pio, ac M. Aurelio data fuiſſe. *Capitol.* in illius *vita* p. 21. C. *Rhetoribus*, inquit, *& Philoſophis per omnes provincias, & honores & ſalaria detulit.* Simile quid Marcum quoque praeſtitiſſe, haud obſcure indicat Dio (LXXI. p. 815.) *Ex quo*, ait, *factum eſt; ut magna multitudo ſe philoſophari ſimulaverit, ut ab eo* (Marco) *locupletaretur.* Idem Capitolinus in hujus principis *vita* ſignificat p. 32. C. Vide & *Galenum progn.* t. III. p. 460. Ed. *Baſ.* 1538. *Dio* LXXI. p. 814. A. Till. t. II. p. 682. Plura vero *Salmaſius* not. ad Capitol. p. 72. de hoc Tatiani loco habet, ubi & Dionis locum citat; unde diſcimus M. Aurelium ab Oriente redeuntem (circa A. C. 176.) cum Athenis degeret, magnos honores tribuiſſe Athenienſibus; atque *magiſtros Athenis* in omni ſcientiarum genere omnibus gentibus *conſtituiſſe*, *eisque annuum ſalarium tribuiſſe:* qui μισθὸς ἐτήσιος erant μυρίαι δραχμαὶ, ut obſervat Salmaſius, allato etiam hocce Luciani loco. „ Μυρίαι autem efficiunt monetae „ Romanae quadraginta ſeſtertia, aureos vero quadringentos, at noſtrae coronatos millenos. *Tatianus* tamen Rhetor, qui ſub Imp. Marco floruit, „ & illa aetate vixit, qua Philoſophis & Rhetoribus „ ab Imperatore conſtituta ſunt ſalaria, paullo ampliorem eorum modum agnoſcit. nam ἐτησίους χρυσοῦς ἑξακοσίους eos in ſtipendium accepiſſe dicit; „ quae ſexcentorum aureorum ſumma, non μυρίας δραχμὰς, ſed μυρίας καὶ διχιλίας continet. Quid igitur ſtatuendum? An τετρακοσίους (mendam ei voci ſubeſſe oportet, L. πεντακ——.) pro ἑξακοσίους, „ apud Tatianum corrigemus, ut hic numerus aureorum conveniat cum illis μυρίαις Luciani & Philoſtrati? .... Sed nullis correctionibus opus. Puto enim *Lucianum* & *Philoſtratum* in exprimenda „ illa ſumma, quae annua dabatur Rhetoribus & Philoſophis, breviter ac rotunde μυρίας dixiſſe, cum „ tamen darentur μυρίαι καὶ διχιλίαι. Sic majorem „ numerum expreſſiſſe contenti, minorem & excurrentem neglexerunt, ut rotunde loquerentur. Ita „ etiam optimos quosque auctores loquutos, exemplis non paucis *ad Suetonium* firmabimus, ubi de „ hoc ſtipendio Rhetorum pluribus agemus". Μυρίαι δραχμαὶ talentum efficiebant. Vide *A. Gell.* I. 8. Drachma Attica, & denarius Romanus idem valebant. *Cic.* ad Att. XVI. 5. coll. cum *Dione* XLV. Vide etiam *Plin.* VIII. *Val. Max.* VI. 6. coll. cum *Strab.* V. —. Greaves *of the Denarius.* p. 54. Cl. *Dodwellus* diſſ. in Irenaeum p. 497. valebunt illa noſtrae Anglicanae monetae libras 375. aut circiter (de ſumma Tatiani, probat enim quae Salmaſio placuerant.) *Caſaubonus* not. ad Suet. *Oth.* 4. cum obſervaſſet ex Suetonii & Taciti collatione, *aureum unum* & *centum nummos* idem eſſe, locum Eumenii etiam emendat. Adde *Ariſtid.* Or. IX. t. I. p. 110. quae ſcripta eſt circa A. C. 178. V. p. 107. & 118. *Juſt. Mart.* Apoll. II. (in Ed. I.) p. 55. C. *Philoſtr.* vit. Soph. p. 585. & 593. de voce ἆθλα. B.] *Joh. Maſſ.* Exc. MSS. *M. du S.*

Μύριαι] *Benedict. decem millia nummorum.* Notavit Frater optimus *G. O. Reitz.* rectius d'*Ablancourt*, & *Bos* de Ellipſ. *Drachmarum.* *J. F. R.*

43. Τὸν ἕτερον] Bini ergo cujusque ſectae videntur fuiſſe. *M. du S.*

46. Γελοῖον] Corruptum arbitror, ſcriptumque a Luciano γελοῖον ἤδη ἦν ἐκείνους. *M. du S.*

47. Χρημάτων καταφρονεῖν] Εἰς Ἀριστοτέλην ἀποσκώπτει, qui pecuniam efficit μέρος τῆς εὐδαιμονίας. *J. B.*

53. Τρίτον τι ἀγαθὸν] Conf. ſupra de *Salt.* §. 70. *M. du S.*

60. Δι-

Φασὶ γὰρ οὖν ταῦτα. καὶ κατὰ τὰ πάτρια ἐγίγνετο αὐτοῖς ὁ πόλεμος.

Τὰ μὲν ταῦτα δέ, ἤδη ἄκουε. πολλοὶ μὲν γὰρ καὶ ἄλλοι, τὸν ἐπιτάφιον τοῦ ἀποθανόντος ἐκείνου ἠγωνίζοντο. δύο δὲ μάλιστα ἦσαν οἱ ἀμφήριστοι αὐτῶν, Διοκλῆς τε ὁ πρεσβύτης, οἶσθα ὃν λέγω, τὸν ἐριστικόν, καὶ Βαγώας ὁ εὐνοῦχος εἶναι δοκῶν· τὰ μὲν οὖν τῶν λόγων προηγώνιστο αὐτοῖς, καὶ τὴν ἐμπειρίαν ἑκάτερος τῶν δογμάτων ἐπεδέδεικτο, καὶ ὅτι τοῦ Ἀριστοτέλους, καὶ τῶν ἐκείνῳ δοκούντων, εἴχετο· καὶ μὰ * τὸν Δί', οὐδέτερος αὐτῶν ἀμείνων ἦν.

Τὸ δ' οὖν τέλος τῆς δίκης ἐς τοῦτο περιέστη· ἀφέμενος γὰρ ὁ Διοκλῆς τοῦ δεικνύναι τὰ αὑτοῦ, μετέβαινεν ἐπὶ τὸν Βαγώαν, καὶ διελέγχειν ἐπειρᾶτο μάλιστα τὸν βίον αὐτοῦ· κατὰ ταυτὰ δὲ καὶ ὁ Βαγώας, ἀντεξήταζε τὸν ἐκείνου βίον. ΠΑΜΦ. Εἰκότως, ὦ Λυκῖνε· καὶ τὰ πλείω γε τοῦ λόγου περὶ τούτου μᾶλλον ἐχρῆν εἶναι αὐτοῖς· ὡς ἔγωγε, εἰ δικάζων ἐτύγχανον, ἐπὶ τῷ τοιούτῳ τὸ πλεῖον διατρῖψαι ἄν μοι δοκῶ, τὸν ἄμεινον βιοῦντα μᾶλλον, ἢ τὸν ἐν τοῖς λόγοις αὐτοῖς προχειρότερον ζητῶν, καὶ οἰκειότερον τῇ νίκῃ νομίζων.

ΛΥΚ. Εὖ λέγεις, κἀμὲ ὁμόψηφον ἐν τούτῳ ἔχεις. ἐπεὶ δὲ ἅλις μὲν εἶχον βλασφη-

Aiunt ſcilicet iſta, & ex patria diſciplina bellum ab iis geſtum eſt.

4. Quae autem poſt conſecuta ſunt, jam audi. Multi enim alii quoque in funebribus defuncti ludis pugnabant. Duo autem maxime erant, quorum anceps certamen, Diocles ſenex, noſti quem dico, contentioſum illum: & Bagoas, qui putatur eunuchus. Ac doctrinae certamen jam ante certatum illis fuerat, peritiamque dogmatum uterque demonſtraverat, ſeque Ariſtoteli ejusque ſententiis addictum eſſe. Et ſane neuter illorum erat melior.

5. Finis ergo cauſſae huc evaſit. Diocles omiſſo oſtendere ſua *merita*, ad Bagoam tranſiit, & vitam maxime illius reprehendere tentavit: eadem ratione vero etiam Bagoas contra in illius vitam inquiſivit. PAMPH. Merito illud quidem, Lycine: ac major pars orationis verſari illis circa hoc potius debebat. Equidem ſi judex eſſem, in hoc praecipue immoraturus mihi videor, quaeramque potius, uter melius vixerit, quam qui promtior ſit oratione, eumque magis affinem victoriae judicem.

6. LYC. Bene dicis: meque ea in re ſuffragantem tibi habes. Cum vero ſatis ha-

* Τὸν] Τῶν male *J.* Τὸν recte cett. & M.

55. Καὶ κατὰ τὰ πάτρια ἐγίγνετο] Εἰς * Ἀριστοτέλην ἀποσκώπτει, ὃς καὶ τὴν ἐκτὸς εὐετηρίαν μέρος τῆς εὐδαιμονίας τίθεται. *V.*

60. Ἀμφήριστοι] Ἐπιφιλόνεικοι. *V.*

* Ἀριστοτέλην] *Solan.* vulgatam hanc mutarat in Ἀριστοτέλη, ſine auctorit. male. Nam etſi utrovis more dici poteſt, ut vid. ad *de Salt.* §. 21. verſ. 23. in Ἄρη, tamen Ἀριστοτέλην uſitatius quam Ἀριστοτέλη Vid. *Diog. Laërt.* L. V. 3. f. & 8. m. & 10. Δημοσθένην. Quamvis ibidem 12. Ἀριστομένη, Διοτέλη, & 18. 19. Διογένη, Σωκράτη accuſativo caſu occurrat. *J. F. R.*

60. Διοκλῆς — Βαγώας] Nomina haec ut ficta eſſe credam, facit hoc poſterius, quod omnium Eunuchorum commune eſt. *M. du S.*

61. Βαγώας] Barbara lingua ſignificat *Eunuchum*; quin *Ovid.* de Amorib. ſervum puellæ cuſtodem *Bagoum* appellat: *Quem penes eſt Dominam ſervandi cura Bagoum.* *G.C.*

Βαγώας] In Libro Apocryph. *Judith.* c. 12. & 13. ſic quoque vocatur cubicularius Ducis Holophernis. *J.F.R.*

84. Μηδὲ τὴν ἀρχὴν θεμιτὸν εἶναι] *Neque principio fas eſſe.* Quam poteſt quæſo ſententiam habere illud ineptiſſimum Benedicti principium? Longe verius ac manifeſtius Eraſmus *nefas eſſe vel conari aut proponere Bagoam.* Hoc enim vult, prorſus eſſe nefas eum id velle. *J.G.*

88. Ἱερῶν

haberent conviciorum & criminum, denique jam negavit Diocles, omnino fas eſſe Bagoae tractare philoſophiam, & praemia illius affectare, qui eunuchus ſit: tales vero non modo his rebus excludendos affirmavit, ſed ſacris ipſis, & luſtralibus vaſis, & communibus univerſis coetibus; oſtendens inauſpicatum & abominabile ſpectaculum, ſi quis mane domo egreſſus, talem quendam viderit. Et fuit illi multus hac de re ſermo, cum neque virum neque feminam eſſe eunuchum diceret, ſed compoſitum quiddam, & mixtum & prodigioſum, & a natura humana abhorrens. PAMPH. Novum crimen narras, Lycine, jamque ipſe ad riſum, ſodalis, adducor, inexſpectatam accuſationem audiens. Quid igitur alter? Numquid quievit? an ipſe quoque contra haec dicere quidquam auſus eſt?

μιῶν, ἄλις δὲ ἐλέγχων, τὸ τελευταῖον, ἤδη ὁ Διοκλῆς ἔφη, μηδὲ τὴν ἀρχὴν θεμιτὸν εἶναι τῷ Βαγώᾳ [b] μεταποιεῖσθαι φιλοσοφίας, καὶ τῶν ἐπ' αὐτῇ ἀριστείων, εὐνούχῳ γε ὄντι, ἀλλὰ τοὺς τοιούτους οὐχ ὅπως τούτων ἀποκεκλεῖσθαι ἠξίου, ἀλλὰ καὶ ἱερῶν [c] αὐτῶν, καὶ περιρραντηρίων, καὶ τῶν κοινῶν ἁπάντων συλλόγων, δυσοιώνιστόν τι ἀποφαίνων, καὶ δυσάντητον θέαμα, εἴ τις ἕωθεν ἐξιὼν ἐκ τῆς οἰκίας, ἴδοι τοιοῦτόν τινα. καὶ πολὺς ἦν ὁ περὶ τούτου λόγος, οὔτε ἄνδρα οὔτε γυναῖκα εἶναι τὸν εὐνοῦχον λέγοντος, ἀλλά τι σύνθετον, καὶ μικτὸν, καὶ τερατῶδες, ἔξω τῆς [d] ἀνθρωπείας φύσεως. ΠΑΜΦ. Καινόν γε τὸ ἔγκλημα φὴς, ὦ Λυκῖνε, καὶ ἤδη γελᾶν καὶ αὐτὸς, ὦ ἑταῖρε, προάγομαι, τῆς παραδόξου ταύτης κατηγορίας ἀκούων. τί δ' οὖν ἅτερος; ἆρα τὴν ἡσυχίαν ἤγαγεν; ἢ τί πρὸς ταῦτα καὶ αὐτὸς ἀντειπεῖν ἐτόλμησε;

7. LYC. Primo quidem prae pudore, ac metu, quod familiare his eſt, multum tacebat, aeſtuabat, & manifeſte ſudabat: tandem vero tenue quiddam ſonans ac muliebre, inique facere dixit Dioclem, qui philoſophia arceat eum qui ſit eunuchus, quam mulieres etiam vindicare ſibi poſſint, adducebanturque Aſpaſia, ac Diotima, & Thar-

ΛΥΚ. Τὰ μὲν πρῶτα ὑπ' αἰδοῦς, καὶ δειλίας (οἰκεῖον γὰρ αὐτοῖς τὸ τοιοῦτον) ἐπιπολὺ ἐσιώπα, καὶ ἠρυθρία, καὶ ἱδίων φανερὸς ἦν· τέλος δὲ λεπτόν τι καὶ γυναικεῖον [e] ἐμφθεγξάμενος, οὐ δίκαια ποιεῖν ἔφη τὸν Διοκλέα, φιλοσοφίας ἀποκλείοντα, εὐνοῦχον ὄντα, ἧς καὶ γυναιξὶ μετεῖναι· καὶ παρήγοντο Ἀσπασία, καὶ Διοτίμα, καὶ Θαργηλία, συνη-

b Μεταποιεῖσθαι] Nihil mutare *J. Fl. H. P. S.* notat *M. du S.* c Αὐτῶν] Sic recte *Fl.* & *P.* Αὐτὰν *J.* male. d Ἀνθρωπείας] Ἀνθρωπίας *J.* Sed prius eſt in *Fl. H. P.* & M. e Ἐμφθεγξάμενος] Hanc eſſe conſtantem lectionem notat *M. du S.*

85. Μεταποιεῖσθαι] Ἀντιποιεῖσθαι. *V.*

88. Ἱερῶν αὐτῶν] Sunt qui ex verbis Deut. XXIII. 1. idem apud Judaeos obtinuiſſe exiſtiment. Sed errant. Vide quid vir eximius *Humphredus Prideaux* ea de re afferat Hiſt. ſuae L. VI. Partis I. p. 400. Ed. Angl. minoris. Gallicae vero T. II. p. 265. *M. du S.*

89. Περιρραντηρίων] *Vaſa luſtralia* vertit Cl. *Hemſt.* in Dial. *de Sacrif.* c. 13. p. 536. T. I. *J. F. R.*

91. Δυσάντητον θέαμα] Vid. *Theſ. Cr.* II. 509. & noſtrum Ἐρωτ. c. 39. & Ἀποφρ. c. 17. *M. du S.*

11. Ἀσπασία] Mileſia, Periclis praecipue amoribus nota: de qua & ſequentibus conſule *Menagium* in eo libro quem *de feminis philoſophis* edidit. Lucianus iterum meminit Εἰκ. c. 17. Duas agnoſcit Scholiaſtes *Ariſtophanis* p. 396. quem ſequitur *Suidas*. Quin ipſe *Plutarchus* docet poſterioris, quae Cyri junioris concubina erat, verum nomen fuiſſe *Milto*, in v. Pericl. p. 301. *M. du S.*

Ibid. Διοτίμα] Vid. *Menag.* De qua noſter Εἰκ. c. 18. *M. du S.*

Ibid. Θαργηλία] Vid. *Loid.* Diction. & *Plut.* Pericle 300. *M. du S.*

συνηγορήσεσθαι αὐτῷ· καί τις Ἀκαδημαϊκὸς εὐνοῦχος [a] ἐκ Κελτῶν, ὀλίγον πρὸ ἡμῶν εὐδοκιμήσας ἐν τοῖς Ἕλλησιν. ὁ Διοκλῆς δὲ κἀκεῖνον αὐτὸν, [b] εἰ παρείη, καὶ τῶν ὁμοίων μελεποιεῖτο, εἶρξεν ἂν, οὐ καταπλαγεὶς αὐτοῦ τὴν παρὰ τοῖς πολλοῖς δόξαν· καί τινας καὶ αὐτὸς [c] ἀπεμνημόνευε λόγους, [d] καὶ πρὸς ἐκεῖνον ὑπό τε Στωϊκῶν καὶ Κυνικῶν μάλιστα εἰρημένους πρὸς τὸ γελοιότερον, ἐπὶ τῷ ἀτελεῖ τοῦ σώματος.

Ἐν τούτοις ἦν τοῖς δικασταῖς ἡ διατριβή· καὶ τὸ κεφάλαιον ἤδη τοῦ σκέμματος τοῦτο ἐτύγχανεν [e] ὂν, εἰ δοκιμαστέος εὐνοῦχος ἐπὶ φιλοσοφίαν [f] παρελθεῖν, καὶ νέων προστασίαν ἐγχειρισθῆναι [g] ἀξιῶν· τοῦ μὲν καὶ σχῆμα καὶ σώματος εὐμοιρίαν προσεῖναι φιλοσόφῳ δεῖν λέγοντος, καὶ τὸ μέγιστον, πώγωνα βαθὺν ἔχειν αὐτὸν, καὶ τοῖς προσιοῦσι καὶ μανθάνειν βουλομένοις ἀξιόπιστον, καὶ πρέποντα ταῖς [h] μυρίαις, ἃς χρὴ παρὰ βασιλέως ἀποφέρεσθαι· τὸ δὲ τοῦ εὐνούχου, καὶ τῶν βακήλων χεῖρον εἶναι. τοὺς μὲν γὰρ κἂν

gelia, quae cauſſam ipſius juvarent; atque aliquis Academicus e Gallia eunuchus, qui paullo ante noſtram aetatem inter Graecos floruerit. At Diocles illum ipſum quoque, ſiquidem fuiſſet, & eadem tractaſſet, arcebat, nihil commotus ipſius apud vulgus gloria: & quaedam ipſe memorabat dicta, in illum quoque a Stoicis, & Cynicis maxime, ridicule in corporis illud vitium jacta.

8. In his agebant judices, & caput cauſſae jam in eo vertebatur, probandusne eſſet eunuchus, philoſophiam profiteri, & adoleſcentium praefecturam ſibi demandari poſtulans? altero dicente, Habitum & integritatem partium omnium corporis ineſſe philoſopho debere, praeſertim, prolixam eum barbam habere, quae fidem ei apud accedentes & diſcere volentes auctoritatemque praeſtet, dignam denique decem millibus, quae ab imperatore acciperet. Eunuchi vero conditionem, exſectorum etiam ſtatu deteriorem. Hos enim tamen aliquan-

a Ἐκ Κελτῶν] In M. erat in margine Γρ. ἐκ Πελασγῶν τελῶν. Sed in textu recte, ut hic, Κελτῶν. Nec quidquam mutat *Fl.* b Εἰ παρείη] Ita reſtitutum ex L. & *Fl.* Εἴπερ ἦν ſine commate Edd. vulgo. c Ἀπεμν.] Sic *Fl. H. P.* &c. & M. Ἐπεμν. *J.* d Καὶ] Et illud καὶ adeſſe in *H. Fl.* & *P.* notat *M. du S.* e Ὂν] Εἶναι W. male. f Παρελθεῖν] Παρελθὼν *Vorſt.* At vulgat. ſervant *H. P. B2. Fl.* Παραγγέλλειν W. Sed fuit prius π—ων. g Ἀξιῶν] Nil mut. *J. B2. P. Fl.* & M. h Μυρίαις] *Coll.* videntur legiſſe μισθοφορίαις. Sed vulgatam ſervant *H. J. Fl. P.* & M.

31. Πρέποντα ταῖς μισθοφορίαις] *G.*

* Γυναικώδης] Ἢ ὁ τετμημένος τὰ αἰδοῖα. *G.*

33. Βακῆλος] Βακηλὸς μέγας, ἀνόητος, * γυναικώδης. *V.*

12. Τις — Εὐνοῦχος] *Phavorinum* hiſce deſignat, qui & ipſe Eunuchus cum eſſet, adulterii cauſſam dixit; teſte *Philoſtrato* in Soph. vit. p. 489. (erat enim etiam Sophiſta Phavorinus) de quo vide Δημων. c. 13. & *Xiph.* 257. B. in Adr. & *Plut.* 1307. 2. f. Ubi autem legerit *Muretus* in adulterio deprehenſum, neſcio; niſi forte deceptus. Variar. Lectt. X. 11. vid. not. ad c. 10. *M. du S.*

Ibid. Ἀκαδημαϊκὸς] Pro ἀκαδημιακὸς recte, vid. ſupra, 2. *Ver. Hiſt.* c. 18. Et *Piſcat.* c. 43. f. Item infra *Icarom.* c. 25. f. *J. F. R.*

13. Εὐνοῦχος ἐκ Κελτῶν] Intelligit Arelatenſem Philoſophum Favorinum, de quo in vita Demonactis. *J. B.*

Εὐνοῦχος ἐκ Κελτῶν] Vid. *Philoſtr.* vitt. Sophiſtarum I. 8. de *Faverino* praedicantem, eum utriusque ſexus participem natum, & ex viro ac muliere compoſitum fuiſſe. Et mox ibid. quod *Gallus* cum eſſet, tamen Graece loqueretur. Sed hermaphroditum fuiſſe ex Philoſtrati deſcriptione colligendum dixeris; niſi ibidem *Eunuchum* illum vocaret, addens: mirandum, Εὐνοῦχος ὢν μοιχείας κρίνεσθαι. Videtur autem per jocum ſic vocari, quod voce & glabritie Eunuchum referret; ſive quod a natura eſſet ſterilis, non caſtratus. Conf. *Olearii* notas ad Philoſtr. qui Luciani aliquot loca ex *Demon.* & *Eunuch.* cum Philoſtrato comparat. *J. F. R.*

15. Εἴπερ ἦν ὁ τῶν ὁμοίων μελεποιεῖτο] *Henricus Valeſius* ὁ μάκαρ ad Excerpta e Dione notavit corrigendum εἰ παρείη, & quidem peropportune. Sed quod mi-

quando expertos eſſe virilitatem; hunc autem ab initio ſtatim abſciſſum, & ambiguum quoddam animal eſſe, cornicum inſtar, quae neque in columbis neque in corvis numerentur.

πεπειρᾶσθαί ποτε ἀνδρείας, τοῦτον δὲ ἐξ ἀρχῆς εὐθὺς ἀποκεκόφθαι, καὶ ἀμφίβολόν τι [i] ζῶον εἶναι κατὰ ταυτὰ ταῖς κορώναις, αἳ μήτε περιστεραῖς, μήτε κόραξιν ἐναριθμοῖντο ἄν.

9. Altero autem contendente, Non corporis hoc eſſe judicium, ſed robur animi *ſpectari*, & examen mentis oportere fieri, atque ſcientiae dogmatum: tum Ariſtoteles citabatur teſtis ejus orationis, qui ſupra modum admiratus ſit Hermiam eunuchum, Atarnenſem tyrannum, usque eo, ut etiam illi eodem modo quo Diis rem ſacram faceret. Quin etiam illud adjicere auſus eſt Bagoas, Multo aptiorem eſſe adoleſcentibus eunuchum magiſtrum, in quo neque haerere aliqua illorum reſpectu calumnia poſſit, neque Socratis illud crimen locum habere, quaſi corrumperet adoleſcentulos. Cumque in mentum imberbe in primis jacta quaedam eſſent, lepide hoc, ut ſibi quidem videbatur, adjecit. Si, enim, inquit a

Τοῦ δὲ οὐ σωματικὴν λέγοντος εἶναι τὴν κρίσιν, ἀλλ' ἀλκὴν ψυχῆς, καὶ τὴν γνώμης ἐξέτασιν δεῖν γίγνεσθαι, καὶ τὴν τῶν δογμάτων ἐπιστήμης. εἶθ' ὁ Ἀριστοτέλης ἐκαλεῖτο μάρτυς τοῦ λόγου, εἰς ὑπερβολὴν θαυμάσας [k] Ἑρμείαν τὸν εὐνοῦχον, τὸν ἐκ τοῦ Ἀταρνέως τύραννον, ἄχρι τοῦ καὶ θύειν αὐτῷ κατὰ ταυτὰ τοῖς θεοῖς. καίτοι καὶ ἐτόλμα προστιθέναι ὁ Βαγώας τοιοῦτον, ὡς πολὺ ἐπιτηδειότερος εὐνοῦχος τοῖς νέοις διδάσκαλος, οὐδὲ διαβολήν τινα πρὸς αὐτοὺς ἐνδέξασθαι δυνάμενος, οὐδὲ τοῦ Σωκράτους ἐκεῖνο ἔγκλημα παθεῖν ἄν, ὡς διαφθείρων τὰ μειράκια. ἐπεὶ δὲ καὶ εἰς τὸ ἀγένειον μάλιστα ἐσκώφθη, χαριέντως τοῦτο ὡς γοῦν ᾤετο, προσέρριψεν. εἰ γὰρ ἀπὸ πώγωνος, ἔφη, βα-

i Ζῶον] Ζῷον W. cum puncto ſubſcripto. k Ἑρμείαν] Sic etiam *J. P. H. Fl.*

42. Εἶθ' ὁ Ἀριστοτέλης] Γράφεται ὁ Θεμιστοκλῆς. *V.*

mirari cogor, quum in noſtris exemplaribus ſic vulgo legatur, ut citavi; tum noſſe oportet egregium *Briſſonium* libro 11. de regno Perſarum, ubi primus illuſtrat hunc Luciani locum, docetque Favorinum eſſe illum Academicum philoſophum, non aliter producere hunc locum, quam prout emendat *Valeſius*. *J. G.*

Εἰ περιῆν] L. & Ed. *Fl.* uti conjecerant *Valeſius* & *Briſſonius*. Ante an. Chr. 163. obiiſſe *Phavorinum* ex *Galeno*, Progn. T. III. p. 455. colligit vir Clariſſ. *Joh. Maſſon*, Exc. ined. *M. du S.*

18. Καὶ πρὸς] Mallem illud καὶ abeſſe, non modo quia ab καί τινας, ad verſum inde duodecimum usque, duodecies repetitum καὶ legas; ſed quia καί τινας καὶ αὐτοὺς jam pleonaſmus eſt, (qualis rurſus c. ſeq. & ſaepe ſupra) & poſt καὶ πρὸς ἐκεῖνον non ſequitur alius accuſativus ſimilis. Sed non ſolus eſt Lucianus qui repetita hac conjunctione gaudet; verum & *Aelianus* aliique, vid. modo *Ael.* L. III. 1. Ubi in part. poſteriore capitis ſingulis verſibus incredibilem in modum repetitur. Sic & *Alciphr.* L. 2. ep. 1. duodecies καὶ habet intra 14. verſus; licet alioqui non ſemper ita prodigus ſit hujus conjunctionis. *J. F. R.*

25. Παρελθεῖν —— ἀξιῶν] *Vorſtius* pro παρελθεῖν in ſuo Codice reſcripſit παρελθὼν, uti & in W. prius fuit, nunc autem παραγγέλλειν. Sed ne ſic quidem ſanus locus eſt. Ego in ἀξιῶν mendum eſſe ſuſpicor, quod tamen in omnibus reperio, legendumque ἄξιος. *M. du S.*

44. Ἑρμείαν] Vide *Suidam*, qui Ἑρμίαν, falſis rationibus ductus, ſcribendum contendit. Imperitabat is parti Myſiae ſub rege Perſarum, vide quos ibi laudat doctiſſimus Editor, *Laërt.* V. 3. p. 114. D. & 116. E. & *Athen.* XV. 696. Unde autem habuerit Bagoas, cultum ab Ariſtotele Hermiam, non ſatis conſtat: ſed arripuiſſe videtur calumniam, de qua ibi *Laërtius*, & *Athenaeus* l. c. *M. du S.*

Ibid. Τοῦ Ἀταρνέως τύραννον] In marg. *Ald.* 1. additum erat: „ Vid. *Suidam*. Meminit & *Strabo* L. XIII." Conſule igitur illum p. 614. (vel 913.) ubi ait: Ἀταρνεὺς δ' ἐστὶ τὸ τοῦ Ἑρμείου τυραννεῖον. *Atarneus eſt Hermeiae tyranni regia:* cujus hiſtoriam *Xyland.* dedit ante, in nott. ad *Strab.* *J. F. R.*

51. Διαφθείρων] At ne erres, Socrati vivo nemo hoc crimini dare auſus eſt. Vide ſupra ad B. πρασ. c. 15. *M. du S.*

59. Οὐ-

βαθέος κρίνεσθαι δέοι τοὺς φιλοσοφοῦντας, τὸν τράγον ἂν δικαιότερον προκριθῆναι πάντων.

Ἐν τούτῳ τρίτος ἄλλος παρεστὼς (τὸ δὲ ὄνομα ἐν ἀφανεῖ κείσθω) Καὶ μὴν, ἔφη, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, οὑτοσὶ ὁ τὰς γνάθους λεῖος, καὶ τὸ φώνημα γυναικεῖος, καὶ τὰ ἄλλα εὐνούχῳ ἐοικὼς, εἰ ἀποδύσαιτο, πάνυ ἀνδρεῖος ὑμῖν φανεῖται· εἰ δὲ μὴ ψεύδονται οἱ περὶ αὐτοῦ λέγοντες, [a] καὶ μοιχὸς ἑάλω ποτὲ, ὥς ὁ [b] Ἄξων φησὶν, ἄρθρα ἐν ἄρθροις ἔχων· ἀλλὰ τότε μὲν ἐς τὸν εὐνοῦχον ἀναφυγὼν, καὶ τοῦτο κρησφύγετον εὑρόμενος, ἀφείθη, ἀπιστησάντων τῇ κατηγορίᾳ τῶν τότε δικαστῶν, ἀπό γε τῆς φανερᾶς ὄψεως. νῦν δὲ κἂν παλινῳδῆσαί μοι [c] δοκεῖ, τοῦ προκειμένου μισθοῦ ἕνεκα.

Τούτων δὴ λεγομένων, παρὰ πάντων μὲν γέλως ἐγίγνετο, ὡς τὸ εἰκός. Βαγώας δὲ μᾶλλον ἐταράττετο, καὶ παντοῖος ἦν ἐς μυρία τρεπόμενος χρώματα, καὶ ψυχρῷ [d] τῷ ἱδρῶτι ῥεόμενος, καὶ οὔτε συγκατατίθεσθαι [e] τῷ τῆς μοιχείας ἐγκλήματι καλῶς ἔχειν ᾤετο, οὔτε ἀχρεῖον αὐτῷ τὴν κατηγορίαν ταύτην ἐς τὸν παρόντα ἀγῶνα ἡγεῖτο εἶναι. ΠΑΜΦ. Γελοῖα, ὦ Λυκῖνε, ὡς ἀληθῶς ταῦτα, καὶ ἔοικεν οὐ τὴν τυχοῦσαν ὑμῖν διατριβὴν παρεσχῆσθαι. τὸ δ᾽ οὖν τέλος τί ἐγένετο, καὶ πῶς ἔγνωσαν ὑπὲρ αὐτῶν οἱ δικασταί;

ΛΥΚ. Οὐχ ὁμόψηφοι πάντες ἦσαν,

barba prolixa judicari philoſophos oporteat; caprum juſtius praeferri omnibus.

10. Inter haec tertius alius ſuperveniens, cujus nomen in obſcuro relinquatur, Verum tamen, inquit, judices, iſte levibus genis, muliebri voce, & reliqua eunucho ſimilis, ſi exuatur, virilis valde vobis videatur. Si vero non mentiuntur, qui de iſto narrant, etiam moechus aliquando deprehenſus eſt, membra, quod ait tabula Solonis, in membris habens. Sed tum quidem ad eunuchum ſe recipiens, invento illo perfugio, abſolutus eſt, fidem crimini, qui tum judicabant, negantibus, ex ſpecie manifeſta: jam vero etiam retractaturus mihi videatur propoſitae mercedis cauſſa.

11. His vero dictis, omnium quidem riſus, ut facile eſt ad exiſtimandum, ortus eſt. Bagoas vero magis etiam eſt perturbatus, in mille formas atque colores verſus, frigidoque ſudore diffluens: qui neque honeſtum putaret adulterii crimen non refutando fateri, neque vero inutile ſibi crimen ad praeſens certamen judicaret. PAMPH. Ridicula profecto iſta, quaeque non vulgarem vobis oblectationem videantur praebuiſſe. Sed quid tandem factum eſt, & quomodo judices de illis decreverunt?

12. LYC. Non in eadem omnes erant ſen-

a Καὶ μοιχὸς] Nihil mut. *Fl. J. H. B2. P.* M. ὅτι legend. adſcripſ. *Solan.* *b* ἄξων] Sic minore α *Fl.* Cett. Ἄξων majore. *c* Δοκεῖ] Hoc ex *Fl.* & W. eſt. Δοκῇ Edd. vulgo. *d* Τῷ ἱδρῶτι] Deſunt haec duo male in *Fl.* Adſunt in cett. Item in M. & P. *e* Τῷ τῆς μοιχείας] Τῷ περὶ τῆς μοιχ. W.

64. Ἄρθρα ἐν ἄρθροις ἔχων] Κακέμφατον τοῦτο, καὶ ὃ φασὶ οἱ ἰδιῶται φύσιν πρὸς φύσιν. *V.*

59. Οὑτοσὶ] Miror quid hic in mentem venerit viris doctiſſimis *Voſſio* & *Gott. Oleario*, cur de Phavorino hic ſermonem eſſe ſomniarent. De Bogoa enim haec manifeſte dicuntur. Vide hujus not. 6. ad *Philoſtrat.* de Vit. Soph. L. I. c. VIII. 1, Hic locus male intellectus Mureto etiam videtur cauſam erroris praebuiſſe, de quo ad cap. 7. *M. du S.*

63. Καὶ μοιχ.] Lege ἅτι, vel ὅτι καὶ μοιχός. *M. du S.*

64. Ἄξων φησὶν] Axo leges Solonis, ut patet apud *Laërtium* in Pitt. & in Solon. Interpr. Apollinaris lib. 4. *Suid.* Scholiaſt. *Ariſtophan.* Νεφελ. *Pollux*, ut Rhetra Lycurgi. *J. B.*

Ἄξων] Vide *Gell.* II. 12. *A. V.*

Ibid. Ἄρθρα ἐν ἄρθροις] Κακέμφατον τοῦτο, καὶ ὅ φασιν οἱ ἰδιῶται, φύσιν πρὸ φύσιν. *J. B.*

80. Τυχοῦσαν] Vid. not. ſupra ad *Piſc.* c. 17. *J. F. R.*

90. Ὀπύειν] Ὀπυίειν. *F. G.* Secutus ſum ſcripturam Cod. W. & Ed. *Fl.* ac monentem *Gujetum*, quia ſic recte

ſententia, ſed alii poſtulabant illum exutum inſtar mancipiorum inſpicere, poſſetne, quantum quidem ad teſticulos, philoſophari? alii, magis ridicule arceſſitis quibusdam de lupanari mulierculis, jubere illum congredi, & inire, & judicum aliquem, aetate maximum & fide digniſſimum adſiſtere, ac, num philoſophetur, videre. Poſtea vero, cum riſus occupaſſet omnes, & nemo eſſet cui non concuſſa dolerent ilia, decreverunt rejicere & remittere cauſſam in Italiam.

ἀλλ' οἱ μὲν ἠξίουν ἀποδύσαντας αὐτὸν, ὥσπερ τοὺς ἀργυρωνήτους ἐπισκοπεῖν, εἰ δύναιτο φιλοσοφεῖν τάγε πρὸς τῶν ὄρχεων· οἱ δὲ ἔτι γελοιότερον μεταστειλαμένους τινὰς τῶν ἐξ οἰκήματος γυναικῶν, κελεύειν αὐτὸν συνεῖναι, καὶ [g] ὀπυίειν, καί τινα τῶν δικαστῶν τὸν πρεσβύτατόν τε καὶ πιστότατον ἐφεστῶτα ὁρᾶν εἰ φιλοσοφεῖ. [h] μετὰ δὲ ἐπεὶ πάντας γέλως κατεῖχε, καὶ οὐδεὶς ὅστις οὐ τὴν γαστέρα ἤλγει βρασσόμενος ὑπ' αὐτοῦ, ἔγνωσαν ἀναπόμπιμον ἐς τὴν Ἰταλίαν ἐκπέμψαι τὴν δίκην.

13. Et nunc alter quidem ad eruditionis oſtentationem ut aiunt, exercet ſe & comparat, & accuſationem componit, & adulterii crimen movet, maxime ſibi contrarium: isque more malorum cauſſidicorum hoc agit, & inter viros adverſarium ſuum hoc ipſo crimine recenſet. Bagoae autem alia, ajunt, cura tenet, & pro viro ſe gerit frequenter, & prae manu rem habet, & denique ſuperaturum ſe ſperat, ſi oſtendat, nihilo ſe aſinis, qui equas ineunt, deteriorem. Illud enim, ſodalis, optimum videtur Philoſophiae criterium eſſe, haec demonſtratio cui contradici nihil poſſit. Itaque filium (eſt autem mihi admodum juvenis) optaverim, non mentem neque linguam, ſed verecundam partem philoſophiae aptam habere.

Καὶ νῦν ἅτερος μὲν πρὸς τὴν τῶν λόγων ἐπίδειξιν, ὥς φασι, γυμνάζεται, καὶ παρασκευάζεται, καὶ κατηγορίαν συγκροτεῖ, καὶ τὸ τῆς μοιχείας ἔγκλημα ὑποκινεῖ, ἐναντιώτατον αὐτῷ καὶ οὗτος κατὰ τοὺς φαύλους τῶν ῥητόρων τοῦτο ποιῶν, καὶ εἰς τοὺς ἄνδρας τὸν ἀντίδικον ἐκ τοῦ ἐγκλήματος καταλέγων. τῷ Βαγώᾳ δὲ ἕτερα, ὥς φασι, μέλει, καὶ ἀνδρίζεται τὰ πολλὰ, καὶ διὰ χειρὸς ἔχει τὸ πρᾶγμα, καὶ τέλος, κρατήσειν ἐλπίζει, ἢν ἐπιδείξῃ ὡς οὐδὲν χείρων ἐστὶ τῶν τὰς ἵππους ἀναβαινόντων ὄνων. αὕτη γὰρ, ὦ ἑταῖρε, φιλοσοφίας ἀρίστη κρίσις ἔοικεν εἶναι, καὶ ἀπόδειξις ἀναντίλεκτος. ὥστε καὶ τὸν υἱὸν (ἔτι δέ μοι κομιδῇ νέος ἐστὶν) εὐξαίμην ἂν, οὐ τὴν γνώμην, οὐδὲ τὴν γλῶτταν, ἀλλὰ τὸ αἰδοῖον ἕτοιμον ἐς φιλοσοφίαν ἔχειν.

f Οἰκήματος] Et hoc habere *J. Fl. H. B2.* P. & M. notat *M. du S.* *g* Ὀπυίειν] Sic W. & *Fl.* Ὀπύειν vulgo. *h* Μετὰ δὲ] Et ſic eſſe in *J. H.* & *Fl.* &c. notat *Solan.*

87. Τάγε πρὸς τῶν ὄρχεων] Βάλλ' ἐς κόρακας, μιαρὲ, εἰ τοῦτο φιλοσοφεῖν ἔγνωκας. *V.*

6. Ἀνδρίζεται] Ἀνδρίζω, τὸ ἀνδρός τι ποιῶ. *V.*

recte ſcribitur, etſi futurum eſt ὀπύσω ſine ι. vid. *Ariſtoph.* Acharn. 254. In *Pollucis* Onom. V. ſegm. 92. ὀπύειν quoque eſt editum. Sed in Indice ὀπυίειν tamen expreſſum. *J. F. R.*

95. Ἀναπόμπιμον ἐς τὴν Ἰταλίαν ἐκπέμψαι τὴν δίκην] *Que la cauſe fut renvoyée en Italie.* *J. B.*

11. Τὸν υἱὸν] Athenis hoc ſcriptum eſt: vide finem c. 12. ſed an inde uxorem duxerit, incertum. *M. du S.*

[a] ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΑΣΤΡΟΛΟΓΙΗΣ.

Ἀμφί τε οὐρανοῦ, ἀμφί τε ἀστέρων ἡ γραφή· οὐκ [b] αὐτέων ἀστέρων, οὐδ' [c] αὐτέου πέρι οὐρανοῦ, ἀλλὰ μαντείης, καὶ [d] ἀληθηίης, ἣ δὴ ἐκ τουτέων ἐς ἀνθρώπων βίον ἔρχεται. ὁ δέ μοι λόγος οὐχ ὑποθημοσύνην ἔχει, οὐδὲ διδασκαλίην ἐπαγγέλλεται ὅκως ταύτην τὴν μαντοσύνην [e] διενεκτέον, ἀλλὰ μέμφομαι ὁκόσοι σοφοὶ ἐόντες, τὰ μὲν ἄλλα ἐπασκέουσι, καὶ [f] πᾶσι τοῖς ἑωυτέων ἀπηγέονται· μούνην δ' ἀστρολογίην οὔτε τιμέουσιν, οὔτ' ἐπασκέουσι.

Καὶ ἡ μὲν σοφίη παλαιή, οὐδὲ νέον ἐς ἡμέας [g] ἀπίκετο, ἀλλ' ἔστιν ἔργον ἀρχαίων [h] βασιλήων, θεοφιλέων. οἱ δὲ νῦν, ἀμαθίῃ καὶ ῥαθυμίῃ, καὶ προσέτι μισοπονίῃ, κείνοισι

DE ASTROLOGIA.

I DE coelo deque ſtellis haec ſcriptio eſt: non ipſis de aſtris, ipſo de caelo, ſed de divinatione ac veritate, quae ab hiſce ad hominum vitam pervenit. Neque vero praecepta hic libellus habet, neque diſciplinam promittit, quomodo excellere hac divinatione quis poſſit, ſed reprehendo, quotquot docti cum ſint, alia quidem exercent, & ſuis omnibus enarrant, ſolam autem aſtrologiam neque honorant, neque exercent.

2. Ac ſapientia quidem *hujus rei*, antiqua, neque recens demum ad nos venit, ſed opus eſt antiquorum regum Dis carorum. Verum qui nunc ſunt, inſcitia & ſocordia, atque inſuper laboris odio, cum contraria il-

a ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΑΣΤΡ.] M. ſolus articulum habet. Ἀστρολογίης autem recte *Coll.* & *Fl.* Ἀστρολογίας cett. Edd. male. *b* Αὐτέων] Ex emend. *Solani.* Αὐτῶν Edd. priores. *c* Αὐτέου] Αὐτοῦ Edd. priores. *d* Ἀληθηίης] Ex emend. *Jenſii.* Ἀληθείης enim Edd. priores & M. *e* Διενεκτέον] Nil mut. Edd. & M. *f* Πᾶσι] Forſan παῖσι adſcripſ. *M. du S.* *g* Ἀπίκετο] Ἀφίκετο Edd. priores. *h* Βασιλήων] Βασιλέων W. & *Fl.* ſola.

ΑΣΤΡΟΛΟΓ.] Γρ.αι Ἀστρολογίης. *G.*

5. Ὑποθημοσύνην] Δόγμα. *V.*

ΑΣ—ΗΣ] Coll. & *Fl.* Reliquae Edd. Ἀ—ας. (Non eſt Luciani) *Kuſt.* Immo vero Luciani foetus genuinus, uti & de Dea Syria. *M. du S.*

ΑΣΤΡΟΛΟΓΙΗΣ] Sic infra recte c. ult. *M. du S.*

2. Αὐτῶν ἀστέρων] Libellus de Aſtrologia ſcriptus eſt Ionica dialecto, quae tamen non ubique cernitur obſervata; quod ſine dubio deſcriptorum ſocordia evenit. Sic ſtatim cum initio, οὐκ αὐτῶν ἀστέρων, οὐδ' αὐτοῦ πέρι οὐρανοῦ. ſcribendum fuit αὐτέων, ut recte p. 990. D. Ed. *Salmur.* 991. E. 993. A. 995. A. Iterum αὐτῶν ſecus poſitum pag. 985. D. 986. C. 990. C. Ita αὐτῷ p. 991. D. quum rectius pag. praeced. E. αὐτέῳ. iterum αὐτῷ pag. 992. E. Sic αὐτοῖς pag. 986. E. pro αὐτέοισι, ut recte pag. 993. D. 984. E. 985. B. D. 995. B. Iterum αὐτοῖσι pro αὐτέοισι pag. 991. C. 993. E. Pari Ioniſmi neglectu exiſtimo ἀληθείης ſcriptum pag. 984. A. pro ἀληθηίης, ut pag. 490. A. Sic pag. 984. B. ἀφίκετο, & pag. 996. A. ἀφιξόμεθα, pro ἀπίκετο & ἀπιξόμεθα, ut recte obſervatum pag. 992. A. 994. A. & alibi. Similiter vitioſe pag. 989. E. legitur ἑαυτοῦ pro ἑωυτοῦ, ut recte Baſileenſis, & ubique alibi in hoc libello, ut pag. 988. E. 994. A. B. *J. J.*

Αὐτέων] Paginarum citationes hic in capita non mutavi, ut alibi ſoleo, quia ea aliaque ab Cl. *Jenſio* non indicata ſuo loco partim ſponte, partim *Jenſii* monitu ex Codd. correxi. *J. F. R.*

Αὐτέων] Sic Ionice ſcribi curavimus, quod in Impreſſis omnibus & M. hic & alibi neglectum eſt. *M. du S.*

Αὐτέων] Ita ubique correxi in hac Diſſert. Vid. mox αὐτέου §. 16. & 22. ubi pluribus de Ionica hac ſcribendi ratione ago. *J. F. R.*

3. Αὐτοῦ πέρι] Cum ſaepe de corrigenda dialecto monuerint Interpretes, mirabar cur & hic αὐτοῦ intactum reliquerint. Et fateor in ſingulari craſin hanc Atticam vel frequentius reperiri ap. Iones, ſi fides Editionibus, quam cum ε interpoſito. Ita αὐτῷ in Leg. *Hippocr.* ac *de Arte* pr. αὐτῆς quoque & αὐτῇ & αὐτὴν ter quater occurrit, (ut mille alia omittam.) Item τούτου, τούτῳ & ſimilia plus decies paucis paginis. Sed & pluralis αὐτῶν, αὐτοὺς, τούτων, τούτους, τούτοισιν compluries. Verum quum & τουτέων, τουτέους, αὐτέων legas ibid. & alibi; veluti e. gr. *de Arte* p. 6. verſ. fin. τούτων ac τουτέων in eodem fere commate; dixeris genuinum Ioniſmum in Noſtro ubique

illis ſentiunt; tum ſi quando in homines incidunt falſa divinantes, & ſidera accuſant, & ipſam oderunt aſtrologiam, eamque neque ſanam neque veram arbitrantur, ſed diſciplinam mendacem & ventoſam, inique, ut mihi videtur, ſentientes. Neque enim fabri inſcitia, fabrilis ipſius artis mala indoles; neque imperitia tibicinis, muſicae ipſius eſt inertia. Sed iſti quidem artium imperiti, unaquaeque autem ars per ſe ſapiens eſt.

3. Primi ergo Aethiopes hanc rationem hominibus conſtituerunt. Cauſſa illis partim ſapientia gentis, nam reliquis etiam in rebus ſapientiores caeteris Aethiopes; partim etiam habitandi ſors commoda. Semper enim illos ſerenitas & tranquillitas circumjacet, neque anni vices patiuntur, ſed in una eademque tempeſtate habitant. Cum igitur cernerent lunam non eandem ſemper

τε ἀντίξοα φρονέουσι, καὶ εὖτ᾽ ἂν ἀνδράσιν ἐπικυρέωσι ψεύδεα [i] μαντευομένοισιν, ἄστρων τε [k] καληγορέουσι, καὶ αὐτὴν ἀστρολογίην μισέουσιν, οὐδέ μιν οὔτε ὑγιέα οὔτε ἀληθέα νομίζουσιν, ἀλλὰ λόγον ψευδέα, καὶ ἀνεμώλιον, οὐ δικαίως, ἐμοὶ [l] δοκέει, φρονέοντες. οὔτε γὰρ τέκτονος ἀϊδρείη, τεχνοσύνης αὐτῆς [m] ἀφυΐη, οὐδὲ αὐλητέω ἀμουσίη, μουσικῆς ἀσοφίη. ἀλλ᾽ οἱ μὲν ἀμαθέες τῶν τεχνέων, ἑκάστη δ᾽ ἐν ἑωυτῇ [n] σοφή.

Πρῶτον μὲν ὦν Αἰθίοπες τόνδε τὸν λόγον ἀνθρώποισι κατεστήσαντο. αἰτίη δὲ αὐτέοισι, τὰ μὲν ἡ σοφίη τοῦ ἔθνεος (καὶ γὰρ τἄλλα τῶν ἄλλων σοφώτεροι Αἰθίοπες) τὰ δὲ καὶ τῆς [o] οἰκήσεως ἡ εὐμοιρίη· αἰεὶ γὰρ σφέας εὐδίη καὶ γαληναίη περιέχεται· οὐδὲ τῶν τοῦ ἔτεος τροπέων ἀνέχονται, ἀλλ᾽ ἐν μιῇ ὥρῃ οἰκέουσιν. ἰδόντες [p] ὦν πρῶτα τὴν σεληναίην οὐκ ἐς πάμ-

i Μαντευομένοισιν] Μαντευόμενοι Edd. priores male. *k* Καληγορέουσι] Sic M. a recent. manu. Κατηγοροῦσί Edd. *l* Δοκέει] Sic W. recte cum Edd. plurimis. Δικέει male *Fl.* *m* Ἀφυΐη] Ἀδικίη W. ſolus. *n* Σοφή] Σοφίη *Fl.* Nihil mut. Edd. nec M. *o* Οἰκήσεως] Sic Edd. praeter *Fl.* quae οἰκιάσεως. Οἰκήσιως M. *p* Ὦν] Sic reſtitui ex W. Οὖν Edd. priores hic & ſupra.

17. Ἐπικουρέωσι] * Ἐπιτύχωσιν. *V.*
21. Ἀνεμώλιον] Μάταιον. *V.*
23. Ἀφυΐη] † Ἀδικίη. *V.*

26. Πρῶτον] Παρὰ τὰ πᾶσιν ἀνθρώποις σχεδὸν δοκοῦντα ταῦτα. Χαλδαίους γάρ φασι πρώτους ἀστρονομίας ἄρξαι. M.
30. Εὐμοιρίη] Εὐκληρία. *V.*

* Ἐπιτύχωσιν] Ἐπιτήκωσιν ante legebatur; ſed recte in C. ἐπιτύχωσι. *M. du S.*

† Ἀδικίη] Corrupta haud dubie vox. *M. du S.*

que reſtituendum, quia eum adfectare vult videri, ut poſtea non ſemel monere cogor. Interim hic nihil mutare ſum auſus, quia deinde eodem modo conſtanter legi video, quoties demonſtrative & ἐμφατικῶς *ipſe* ſignificatur, non relative; nam ſic §. 10. αὐτῷ οὐρανῷ. §. 16. αὐτῆς ἀστρολογίης. §. 24. αὐτῇ τῇ μητρί. *J. F. R.*

8. Μέμφομαι ὁκόσοι σοφοὶ &c.] Ellipſis accuſativi αὐτούς, vel πάντας. Sic *Epict.* Sent. 116. p. 144. Λυπούμενος ἐφ᾽ οἷς μὴ ἔχει, καὶ χαίρων ἐφ᾽ οἷς ἔχει, pro ἐφ᾽ οἷς, ἃ ἔχει. Alia ſimilia vid. ad *Amor.* c. 36. ubi οὐδὲ γὰρ ὡς ἐναντία φθεγγόμενος, οἷς ἐπεχείρει λέγειν. Sed τῷ, μέμφομαι ὁκόσοι ſimilis eſt ellipſ. *Terentii* in Ad. II. 1. 43. *Minime miror, qui inſanire occipiunt ex injuria.* Ubi quoque intelligendum relinquitur *illos*, veluti in phraſi, *mittere qui nunciet*, omitti ſolet, *aliquem.* Vid. *Vechn.* Hellenol. p. 68—71. *J. F. R.*

13. Ἀπίκετο] Recte monuit Cl. *Jenſ.* ita corrigendum, confer infra c. 21. & 24. ubi Edd. adſpirationem bene omiſerant. Vid. *Herodot.* L. I. ipſo princ. ubi vel quater una pag. ἀπικόμενος, ἀπικνέεσθαι &c. *J. F. R.*

17. Μαντευομένοισιν] In Impreſſis eſt μαντευόμενοι. ſenſus & dialectus poſcunt μαντευομένοισιν. Quod cum ſcripſiſſem, inſpecto Cod. M. video in eo legi μαντευομένοις. *M. du S.*

Μαντευομένοισιν] Facile in re tam aperta morem geſſi *Solano* ita corrigenti. Nec librorum fidem hic exſpectandam cenſui. Etſi Ioniſmus ille miſeram interdum cacophoniam parit, ut ap. *Hippocr.* Aphor. 20. Sect. II. Ubi terminatio iſta in σιν & σι tribus verſibus decies ac ter occurrit, nimirum: Ὁκόσοισι νέοισιν ἐοῦσιν αἱ κοιλίαι ὑγραί εἰσι, τουτέοισιν ἀπογηράσκουσιν ξηραίνονται. ὁκόσοισι δὲ νέοισιν ἐοῦσιν αἱ κοιλίαι ξηραί εἰσι, τουτέοισι πρεσβυτέροισι γινομένοισι ὑγραίνονται. *J. F. R.*

18. Καληγορέουσι] Lege καληγορέουσι, uti & in M. emendatum eſſe video. In reliquis κατηγοροῦσι. *M. du S.*

33. Ὦν] W. uti Dialectus poſcebat. In Impr. οὖν, quod commune eſt. *M. du S.*

Ὦν] Cum notatum reperiſſem Cod. W. ita habere pro vulgato οὖν, nullus dubitavi id hic & ſupra recipere. Sic enim Iones ſolere ὦν pro οὖν ſcribere, vid. ap. Cl. Mait-

πάμπαν ὁμοίην φαινομένην, ἀλλὰ πολυειδέα τε γιγνομένην, καὶ ἐν [a] ἄλλοτε [b] ἄλλῃ μορφῇ τρεπομένην, ἐδόκεεν αὐτέοισι τὸ χρῆμα θώυματος καὶ ἀπορίης ἄξιον. ἔνθεν δὲ ζητέοντες, εὗρον τουτέων τὴν αἰτίην, ὅτι οὐκ ἴδιον τῇ σεληναίῃ τὸ φέγγος, ἀλλά οἱ παρ' ἠελίου ἔρχεται.

Εὗρον δὲ καὶ τῶν ἄλλων ἀστέρων τὴν φορὴν, τοὺς δὴ πλάνητας ἡμεῖς καλέομεν (μοῦνοι γὰρ τῶν ἄλλων ἀστέρων κινέονται) φύσιν τε [c] αὐτέων, καὶ δυναστείην, καὶ ἔργα, τὰ ἕκαστος [d] ἐπιτελέουσιν. [e] ἐν δὲ καὶ οὐνόματα αὐτέοισιν ἐπέθεσαν, οὐκ ὀνόματα, ὅκως ἐδόκεον, ἀλλὰ σημήϊα.

Ταῦτα μὲν [f] ὦν Αἰθίοπες ἐν τῷ οὐρανῷ ἐπέβλεψαν· μετὰ δὲ, γείτοσιν οὖσιν Αἰγυπτίοισιν, ἀτελέα τὸν λόγον παρέδοσαν, Αἰγύπτιοι δὲ παρὰ σφέων ἐκδεξάμενοι ἡμιεργέα τὴν μαντικὴν, ἐπὶ μέζον ἤγειραν μέτρα τε τῆς ἑκάστου κινήσεως ἐσημήναντο, καὶ ἐτέων ἀριθμὸν, καὶ [g] μηνέων καὶ ὡρέων διετάξαντο. καὶ μηνέων μὲν σφίσι μέτρον ἡ σεληναίη, καὶ ἡ

apparere, ſed plures accipere ſpecies, & in aliam alias formam verti: viſa eſt illis res admiratione & dubitatione digna. Inde igitur quaerendo invenerunt cauſſam harum rerum, quod non ſua lunae lux, verum a ſole illi venit.

4. Invenerunt vero aliorum quoque ſiderum motum, quos quidem planetas nos vocamus, ſoli enim reliquorum ſiderum moventur: naturamque illorum & poteſtatem, & opera, quae ſinguli efficiunt. Impoſuerunt autem illis quoque nomina: non *nuda* nomina, ut videbantur, ſed ſigna *ipſarum naturarum*.

5. Haec igitur Aethiopes in caelo conſpexerunt. Poſt vicinis ſuis Aegyptiis imperfectam artem tradiderunt: Aegyptii vero, quam accepere ab illis ex parte modo altera abſolutam divinandi rationem, in majus extulerunt, menſuram motus uniuscujusque ſignarunt, & annorum numerum, & menſium atque horarum ordinarunt. Et menſium quidem illis modus luna ejusque con-

a Ἄλλοτε] Ἄλλῳ τὲ *Fl.* Sed vulgatam cett. editionum lectionem tenent M. & P. *b* Ἄλλῃ μορφῇ] Ἄλλην μορφὴν *Fl.* ſola. *c* Αὐτέων] Αὐτῶν Edd. priores. *d* Ἐπιτελέουσιν] Ἐπιτελεύουσιν *J.* male. Ceterae recte, cum Cod. M. *e* Ἐν δὲ] Conſtans Edd. lectio. *f* Ὦν] Οὖν Edd. priores. *g* Μηνέων] Sic *Fl. P.* & M. Μηνῶν male cett. Edd.

53. Ἐσημήναντο] Ἐσημειοῦντο. *V.*

Maittair. de Dialectt. p. 34. Ideoque & ſic dedi mox §. 5. etſi ibi nullus Cod. praeibat. Nam deinde §. 27. recte ὦν erat in P. *J. F. R.*

35. Ἄλλῃ μορφῇ] In Flor. Cod. ἄλλην μορφὴν. *J. B.*

45. Ἐν δὲ] Corruptas cenſeo has voces. *M. du S.* f. οἱ δὲ. *J. F. R.*

46. Οὐκ ὀνόματα, ὅκως ἐδόκεον, ἀλλὰ σημήϊα] *Non quae eſſent utcunque nomina, ſed rerum ſigna, quemadmodum putabant.* Sic Benedictus. Eraſmus vero, *non illis quidem utcunque viſum eſt confictis, ſed quae notae rerum eſſent.* Non attingunt nucleum. Verte, *non nomina, ſicut videbantur, ſed ſigna* & indicia ejus quid eſſent quidque efficerent. Ἐδόκεον non refer ad Æthiopas, ſed ipſas appellationes & nomina. Videbantur eſſe nuda nomina forte data, quum tamen ſub illis laterent σημεῖα. *J. G.*

52. Μέζον] Recte pro μεῖζον. Et mox rurſus μέζω, atque alibi. Vid. *Maittair.* de Dialectt. p. 113. Ed. *Haganae*, & p. 133. *J. F. R.*

55. Μηνῶν] An μηνέων, ut ſupra? *F. G.*

Μηνέων] Sic ſcribi poſcit Dialectus, non, ut in omnibus reperio, μηνῶν. *M. du S.*

Μηνέων] In omnibus μηνῶν male reperi, quod mirum, quia uno verſu ſuperius tamen μηνέων recte habebant nonnullae. quare non erat cur *Gujetus* dubitaret. Ego ſaltem non dubitavi ſic reſtituere. *J. F. R.*

58. Ἐμήσαντο] A μήδομαι. *F. G.* Non addidiſſem, niſi ut adpareret Scholiaſtae ἐμηχανήσαντο expoſitionem eſſe, non aliam lectionem. *J. F. R.*

61. Οὐδ' ἅμα] Corrige οὐδαμᾶ ut infra §. 19. *F. G.*

Οὐδαμᾶ] In omnibus legebatur οὐδ' ἅμα. Ego mutavi. Quin mox pro κινεομένοισι, legendum cenſeo πλάνητες κινέονται. *M. du S.*

Οὐδ' ἅμα] Lubens itaque huic & *Solano* auſcultavi, atque in verſione *haudquaquam* dedi; quod Cl. *Geſn.* qui *nec ſimul*, ex vulgata reddiderat, non aegre feret; nam res eſt parvi, & vulgata tolerabilis; quam hic non mutaſſem, ſi quae litera fuiſſet mutanda; at quum

converſio fuit, anni autem ſol, atque ſolis circuitus.

6. At ipſi alia quoque his multo majora machinati ſunt. Ex omni enim aëre, & ſtellis reliquis inerrantibus atque fixis, & haudquaquam moventibus ſe, duodecim partes reſecuerunt, in quibus illae alterae moverentur. His cum aſſignaſſent ſuum cuique animalia, in aliam ſingula formam expreſſere, marina alia, alia vero hominum, alia beſtiarum, volucrium alia, alia jumentorum.

7. Unde etiam ſacra apud Aegyptios multorum generum fiunt. Nec enim Aegyptii omnes ex duodecim partibus *iisdem* omnibus divinabant; ſed aliis alii partibus diverſiſque utebantur. Atque arietem quidem colunt, quotquot reſpiciebant Arietem: piſces non edunt, qui piſces *nomine illo* ſignaverant: neque caprum mactant, quicunque noverant Capricornum: atque alii alia, ut cuique *viſum eſt*, placant. Sane etiam taurum in honorem caeleſtis tauri colunt, atque eſt illis Apis res ſanctiſſima, qui regionem illorum depaſcatur, cui ora-

ταύτης ἀναστροφὴ ἐγένετο· ἔτεος δὲ ἠέλιος, καὶ ἡ τοῦ ἠελίου περίφορος.

Οἱ δὲ καὶ ἄλλα ἐμήσαντο πολλῷ μέζω τουτέων. ἐκ γὰρ δὴ τοῦ παντὸς ἠέρος, καὶ ἀστέρων τῶν ἄλλων, ἀπλανέων τε, καὶ [h] εὐσταθέων, καὶ οὐδαμὰ κινεομένων, δυώδεκα μοίρας ἐτάμοντο ἐν τοῖσι κινεομένοισι, καὶ [i] οἰκεῖα [k] ζῶα ἐόντα, ἕκαστον αὐτέων ἐς ἄλλην μορφὴν μεμιμέαται, τὰ μὲν ἐνάλια, τὰ δὲ ἀνθρώπων, τὰ δὲ θηρῶν, τὰ δὲ πτηνῶν, τὰ δὲ κτηνέων.

Ἀπὸ [l] τέων δὴ καὶ [m] ἱρὰ τὰ Αἰγύπτια πολυειδέα ποιέεται. οὐ γὰρ πάντες Αἰγύπτιοι ἐκ τῶν δυώδεκα μοιρέων πασέων ἐμαντεύοντο, [n] ἄλλοι δὲ ἀλλοίῃσι μοίρῃσιν ἐχρέοντο· καὶ κριὸν μὲν σέβουσιν, ὁκόσοι ἐς κριὸν ἀπέβλεπον· ἰχθύας δὲ οὐ σιτέονται, ὁκόσοι ἰχθύας ἐπεσημήναντο· οὐδὲ τράγον κτείνουσιν ὅσοι αἰγόκερων ᾔδεσαν· καὶ οἱ ἄλλοι τἄλλα ὡς ἕκαστοι, ἱλάσκονται. [o] καὶ μὴν καὶ ταῦρον ἐς τιμὴν τοῦ [p] ἠερίου ταύρου σεβίζονται. καὶ ὁ Ἆπις αὐτέοις χρῆμα [q] ἱρώτατον, τὴν χώρην ἐπινέμεται, καὶ οἱ

h Εὐσταθέων] Εὐπαθέων *Fl.* W. & marg. *AlW.* i Οἰκεῖα] Οἰκία M. k Ζῶα] Lacuna inter οἰκεῖα & ζῶα eſt in *Fl.* l Τέων] Τέω M. & Coll. m Ἱρὰ] Ἱερὰ Edd. priores. quod in M. erat emendatum. n Ἄλλοι δὲ] Nihil mutare Edd. nec M. notat *M. du S.* o Καὶ μὴν] Et ſic Edd. cum M. p Ἠερίου] Sic *J. H. P.* &c. Ἱερείου *Fl.* & M. q Ἱρώτατον] Ita M. Sed emendatum. Ἱερώτατον Edd. priores.

58. Ἐμήσαντο] Ἐμηχανήσαντο.
67. Ἀπὸ τέω] Τούτου. *G.*
76. Σεβίζονται] Σεβάζονται. *G.*
Ibid. Ἆπις] Τὸ μοσχάριον. *G.*

quum in accentu tantum & ſpiritu conſiſtat emendatio, Luciani ſenſum magis congruum reddens, non haeſitavi id recipere quod aliquanto melius viſum. *J. F. R.*

62. Ἐν τοῖσι κινεομένοισι] Additiția videntur. *F. G.*

Ἐν τοῖσι κινεομένοισι] Non puto hunc locum eſſe integrum, ſed verba quaedam temporum injuria excidiſſe, cui rei occaſionem dederit, quod poſt relativum ἐν τοῖσι ſequeretur κινέονται, ac paucis interjectis, κινεομένοισι, iisdem ſyllabis prioribus. Sexcentas in omne genus libris lacunas peperit talis cognatarum vel earundem vocum repetitio. Interpretationem interim dedi, non quam verba ſubjicerent, quippe quae non intelligebam; ſed quam res ipſa poſtulare viſa eſt. *J. M. G.*

63. Οἰκεῖα] Ὁκοῖα lego. *F. G.* Non inepte; etſi οἰκεῖα nondum rejicio, quia videtur reſpicere ad *coeleſtes domus*, in quibus illa animalia habitant, vel: quae zodiaco ſunt propria. *J. F. R.*

67. Ἀπὸ τέων] I. e. ἀφ' ὧν. *F. G.* Hoc nimis notum, & *Homero*, *Hippocrati*, aliiſque Ion. dialecti ſcriptoribus ſatis frequens. Vid. Iliad. Ω. 387. ut alia mittam. *J. F. R.*

Ibid. Ἱρὰ] Ita multis in locis emendandum fuit, ut Dialectus hujus Libelli poſtulabat, & hic quidem ita in M. emendatum eſt. *M. du S.*

74. Ὡς ἕκαστοι] Illa verbi ἔτυχε vel ſimilis ellipſis poſt ὡς ἕκαστος non modo Attica eſt, & Thucydidi frequentata: ſed Ionica quoque, v. g. *Herodot.* 2, 40. *J. M. G.*

Ὡς ἕκαστοι] Diſtinctionem, quae poſt τἄλλα erat, ſublatam retuli poſt ἕκαστοι, praeeunte *Solano*, qui jubet conferre Ἰσ. A. c. 15. Ubi ille vulgatam ὡς ἕκαστοι tuetur & exponit. *J. F. R.*

76. Καὶ ὁ Ἆπις] Oſiris Rex Ægypti tandem in Deos relatus cum uxore ſua Iſide colitur ſub imagine bovis. *G. C.*

οἱ ἐκεῖ μαντήϊόν τε ἀνατιθέασι, σημήϊον τοῦ ἐκείνου τοῦ ταύρου μαντικῆς.

Οὐ μετὰ πολλὸν δὲ καὶ Λίβυες ἐπέβησαν τοῦ λόγου· καὶ γὰρ τὸ Λιβύων μαντήϊον τοῦ Ἄμμωνος, καὶ τοῦτο ἐς τὴν ἠέρα καὶ ἐς τὴν [a] τουτέου σοφίην εἴρητο, [b] παρὰ τὸν Ἄμμωνα, καὶ οὗτοι κριοπρόσωπον ποιέουσι.

Ἔγνωσαν δὲ τουτέων ἕκαστα καὶ Βαβυλώνιοι, οὗτοι μὲν λέγουσι καὶ πρὸ τῶν ἄλλων· ἐμοὶ δὲ δοκέει, πολλὸν ὕστερον ἐς τουτέους ὁ λόγος [c] ἀπίκετο.

Ἕλληνες δὲ οὔτε παρ' Αἰθιόπων, οὔτε παρ' Αἰγυπτίων ἀστρολογίης πέρι οὐδὲν ἤκουσαν, ἀλλὰ σφίσιν Ὀρφεὺς ὁ Οἰάγρου καὶ Καλλιόπης, πρῶτος τὰ δὲ ἀπηγήσατο, οὐ μάλα ἐμφανέως, οὐδὲ ἐς φάος τὸν λόγον [d] προήνεγκεν, ἀλλ' εἰς γοητείην, καὶ [e] ἱρολογίην, οἵη διανοίη ἐκείνου. πηξάμενος γὰρ λύρην, ὄργιά τε ἐποιέετο, καὶ τὰ ἱρὰ ἤειδεν· ἡ δὲ λύρη, ἑπτάμιτος ἐοῦσα, τὴν τῶν κινεομένων ἀστέρων ἁρμονίην συνεβάλλετο. ταῦτα Ὀρφεὺς διζήμενος, καὶ ταῦτα ἀνακινέων, πάντα ἔθελγε, καὶ πάντων ἐκράτεεν. οὐ γὰρ ἐκείνην τὴν λύρην ἔβλεπεν, οὐδέ οἱ ἄλλης ἔμελε μουσουργίης, ἀλλ' αὕτη [f] Ὀρφέως ἡ μεγάλη λύρη. Ἕλληνές τε τάδε τιμέοντες,

culum ibi conſtituerint, ſignum divinationis illius *caeleſtis* tauri.

8. Non ita multo poſt Libyes etiam hanc rationem amplexi ſunt. Nam Libyum etiam oraculum Ammonis, ipſum quoque ad caelum ejusque ſapientiam, relatum eſt: quatenus Ammonem hi etiam arietis vultu ſibi faciunt.

9. Agnoverunt autem horum ſingula etiam Babylonii. Hi enim dicunt, etiam ante alios; mihi vero videtur, multo poſt ad ipſos hanc rationem perveniſſe.

10. Graeci autem neque ab Aethiopibus neque ab Aegyptiis de aſtrologia quidquam audiere: ſed ipſis Orpheus Oeagri & Calliopes F. primus haec enarravit: non ille manifeſte valde; neque in lucem totam rationem protulit, ſed ad incantationem & ſacramenta quaedam, ſola mens illi *ſpectabat*. Lyra enim conſtructa faciebat orgia, & ſacra canebat. Lyra autem ſeptem chordarum quae eſſet, errantium ſtellarum harmoniam ſymbolo quodam ſignabat. Haec inquirens Orpheus, & haec movens, mulcebat omnia, & omnia vincebat. Neque enim illam, *quam fecerat ſibi*, lyram ſpectabat, neque alia illi cordi erat muſica; ſed haec magna lyra Orphei. Honorantes vero iſta Graeci, par-

a Τουτέου] Τούτου Edd. priores. Et mox τούτους pro τουτέους. *b* Παρὰ] Ita Edd. & M. Πρὸς Angl. P. & L. *c* Ἀπίκετο] Ἀφίκετο ante legebatur. *d* Προήνεγκεν] Recte Edd. & M. Προήνενγκεν *J*. Προηλ. *B2*. *e* Ἱρολογίην] Ἱερολογίην Edd. priores. Et mox ἱερὰ. quod ſimiliter mutavi. *f* Ὀρφέως] Ὀρφεὺς W. Sed a manu recentiore, loco ſequente.

82. Ἄμμωνος] Ammon Jovis epitheton, hoc eſt *arenarius*. Jupiter enim arietis ſpecie in extremo Lybiæ arenoſo colebatur. Ammonis oraculum erat olim, ut *Mela* ſcribit, fidei inclytæ, ubi reſponſa oratione non dabantur, ſed nutu & ſignis, ut ſcribit *Strabo*. *G.C.*

83. Εἴρητο] An ἤερτο, ab ἀείρομαι; Placet. *F.G.*
Ibid Παρὰ τὸν Ἄμμωνα] Angl. Cod. πρὸς τὸν Ἀμ. Cætera hujus diſſertationis ex *Callimacho* & *Manilio* repetit in Croniis, plurima interpretor alibi. *J.B.*
Παρὰ] In A. P. & L. πρὸς. Neutrum placet. Debuit enim eſſe, ni fallor, τὸν γὰρ Ἀμ. καὶ .... Vide Ἐκκλ. 10. ubi ad cornua Jovis Hammonis alludit. *M. du S.*
Παρὰ τὸν Ἄμμωνα] Tenui mutatione περὶ mutandum in παρ' ὃ, quod cum ſententia poſtulare videretur, in interpretando ſecutus ſum. *J.M.G.*

84. Κριοπρόσωπον] Aliter *Q. Curtius*. *F.G.* Vid. hunc L. IV. c. 7. §. 23. 24. Et in Edit. *Leidana* nummos capita Jovis Hammonis referentes facie humana, ſed arietinis tamen cornibus praedita. *J.F.R.*

87. Δοκέει] An δοκέειν; ut infra *de Dom.* c. 17. intellecto ὡς, ut ὡς εἰπεῖν pro *ut ita dicam*, nota formula. Sed vulgatam ideo non mutarim; nam & ſic ibid. *de Dom.* c. 4. pr. ὅ μοι δοκεῖ &c. Paſſim vero alibi ſine articulo. Tamen ἐμοὶ δοκεῖν abſolute poſitum hic magis placet, quia Graeciſmus eſt magis peculiaris. Sic *Aelian.* I. 17. Ὧν, ἐμοὶ δοκεῖν, ὁ σπουδαῖος οὐδέτερον ἐπαινέσεται. Idem XIV. 4. Τὴν ἀδοξίαν, ἐμοὶ δοκεῖν, ἐκεῖνος — φέρων. *Plutarch.* Themiſt. p. m. 113. F. ὡς ad-

partem ipſo in caelo ei decreverunt, & ſtellae plures lyra vocantur Orphei. Si vero videris aliquando Orphea, vel lapidibus, vel colore aſſimilatum, in medio ſedet canenti ſimilis, in manibus habens lyram: circa ipſum autem animalia ſtant ſexcenta, in quibus homo etiam, & taurus, & leo, eorumque ſinguli. Ea vero cum videris, horum mihi memento, qualis ille ſit cantus, qualis lyra, qualis etiam taurus, & qualis leo, Orpheum audiant. Si vero quas dico cauſſas noſſes, tum tu etiam in caelo unum quodque videres.

11. Ajunt vero Tireſiam, virum Boeotium, cujus divinandi gloria multum elata eſt, hunc igitur Tireſiam inter Graecos dixiſſe ferunt, errantium ſiderum alia quae ſint feminina, alia vero maſculina, non eadem efficere: unde etiam illum duplicis naturae fuiſſe atque vitae Tireſiam fabulantur, alias feminam, alias vero marem.

12. Atreo autem & Thyeſte de regno paterno contendentibus, jam Graeci aperte aſtrologiam & caeleſtem ſapientiam vehementer ſectabantur: & commune Argivorum regnare *eum* apud ſe decreverunt, qui altero quantum ad hanc ſapientiam eſſet praeſtantior. Hic Thyeſtes quidem arie-

μοίρην ἐν αὐτῷ ὐρανῷ ἀπέκριναν, καὶ ἀστέρες πολλοὶ καλέονται λύρη Ὀρφέως. ἢν δέ κοτε Ὀρφέα ἴδης, ἢ λίθοισιν, ἢ χροιῇ μεμιμημένον [g] ἐν μέσῳ ἕζεται [h] ἴκελος ἀείδοντι, μετὰ χερσὶν ἔχων τὴν λύρην· ἀμφὶ δέ μιν ζῶα μυρία ἕστηκεν, ἐν οἷς καὶ ἄνθρωπος, καὶ ταῦρος καὶ λέων· [i] καὶ τῶν ἕκαστον· εὖ τ' ἂν ἐκεῖνα ἴδης, μέμνησό μοι τουτέων, κοίη ἐκείνου ἀοιδὴ, κοίη δὲ καὶ ἡ λύρη, κοῖος δὲ καὶ ταῦρος, ἢ ὁκοῖος λέων, Ὀρφέως [k] ἐπαΐουσιν, ἢν δὲ τὰ λέγω αἴτια γνοίης, σὺ δὲ καὶ ἐν τῷ ὐρανῷ δέρκεο ἕκαστον τουτέων.

Λέγουσι δὲ Τειρεσίην, ἄνδρα Βοιώτιον, τοῦ δὴ κλέος μαντοσύνης πέρι πολλὸν ἀείρεται, τοῦτον τὸν Τειρεσίην ἐν Ἕλλησιν εἰπεῖν, ὅτι τῶν πλανεομένων ἀστέρων, οἱ μὲν θήλεες, οἱ δὲ ἄῤῥενες ἐόντες, οὐκ ἴσα ἐκτελέουσι· τῷ καί μιν διφυέα γενέσθαι, καὶ ἀμφίβιον Τειρεσίην μυθολογέουσιν, ἄλλοτε μὲν θῆλυν, ἄλλοτε δὲ ἄῤῥενα.

Ἀτρέως δὲ καὶ Θυέστεω περὶ τῇ [l] πατρώῃ βασιληΐῃ φιλονεικεόντων, ἤδη τοῖσιν [m] Ἕλλησιν ἀναφανδὸν ἀστρολογίης τε καὶ σοφίης τῆς ὐρανίης μάλιστ' ἔμελε. καὶ τὸ [n] ξυνὸν τῶν Ἀργείων, ἄρχειν ἔγνωσαν ἑωυτῶν, ὅστις τοῦ ἑτέρου σοφίην προφερέστερος. ἔνθα δὴ Θυέστης

g Ἐν] Deerat in Edd. addidit *M. du S.* h Ἴκελος] Sic W. Εἴκελος Edd. i Καὶ τῶν ἕκαστον] Conſtans Edd. lectio & M. In *J.* comma eſt poſt τῶν. k Ἐπαΐουσιν] Ita bene *Fl. H. P.* & M. Ἐπαύουσιν *J.* l Πατρώῃ] Πατρώῳ *Fl.* Nil mut. cett. nec M. m Ἕλλησιν] Ἕλλεσις miſere *J.* ſola. n Ξυνὸν] Κοινὸν *Vorſt.* Nil mut. Edd. nec M.

27. Ἀναφανδὸν] Φανερῶς. *V.*

addit, dicens: αὐτοῖς, ὡς ἐμοὶ δοκεῖν, κατέλιπεν. *Ariſtoph.* Plut. 736. ὥς γε μοι δοκεῖν &c. *J. F. R.*

88. Ἀπίκετο] Non haeſitavi ſic reſcribere pro vulgato ἀφίκετο, quod minus Ionicum. Et ſic mox §. 16. ἀπίκετο recte Edd. habebant. Confer & §. 21. 24. & 29. *J. F. R.*

6. Ἢν δέ κοτε Ὀρφέα ἴδης ἢ λίθοισιν ἢ χροιῇ μεμιμημένον] Uterque interpres *vel ſaxo expreſſum*, quod profecto admodum eſt rude. Etſi enim id poſſit fieri, oportet tamen in his eſſe politiorem, & λίθον quoque gemmam vocat in Demonacte, & λίθων πλάκας λείας teſſellas lapidum ad pavimentum in Amoribus. Intelligo, & intellexit haud dubie Lucianus, Orpheum ex opere Muſivo, quales Mercurium, Cupidinem, Satyrum, Silvanum nuper protulit Cl. *Sponius.* *J. G.*

8. Ἐν μέσῳ] Deerat ἐν in Impreſſis, & ipſo M. *M. du S.*

Ibid. Ἴκελος] Etſi apud *Homer.* utrumque aeque frequenter invenitur εἴκελος & ἴκελος, poſterius tamen recepi, quia magis Ionicum. Et ſic *Hippocr.* ſexcenties, vid. *Foëſ.* Oecon. Hipp. *J. F. R.*

11. Καὶ τῶν ἕκαστον] Sic omnes, niſi quod aliter interpungunt. Mihi N. L. *M. du S.*

32. Ἀρ-

στης μὲν κριὸν σφίσι τὸν ἐν τῷ οὐρανῷ σημηνάμενος, [a] ὑπέδειξεν· ἀπὸ τέω δὴ ἄρνα χρύσεον Θυέστῃ γενέσθαι μυθολογέουσιν. Ἀτρεὺς δὲ τοῦ ἠελίου πέρι καὶ τῶν [b] ἀνατολέων αὐτέου λόγον ἐποιήσατο, ὅτι οὐκ ἐς ὁμοίην φορὴν ἠέλιός τε, καὶ ὁ κόσμος κινέονται, ἀλλ' ἐς ἀντίξοον ἀλλήλοις [c] ἀντιδρομέουσι. καὶ αἱ νῦν δύσιες δοκέουσαι τοῦ κόσμου δύσιες ἐοῦσαι, τοῦ ἠελίου [d] ἀνατολαί εἰσι. τάδε εἰπόντα, βασιλῆά μιν Ἀργεῖοι ἐποιήσαντο, καὶ μέγα κλέος ἐπὶ σοφίῃ αὐτέου ἐγένετο.

Ἐγὼ δὲ καὶ περὶ Βελλεροφόντεω τοιάδε φρονέω· πτηνὸν μὲν οἱ γενέσθαι [e] ἵππον οὐ μάλα πείθομαι, δοκέω δέ μιν ταύτην τὴν σοφίην μεθέποντα, ὑψηλά τε φρονέοντα, καὶ ἄστροισι ὁμιλέοντα, ἐς οὐρανὸν οὐχὶ τῷ ἵππῳ ἀναβῆναι, ἀλλὰ τῇ διανοίῃ.

Ἶσα δέ μοι καὶ ἐς Φρίξον τὸν Ἀθάμαντος εἰρήσθω, τὸν δὴ κριῷ χρυσέῳ δι' αἰθέρος ἐλάσαι μυθέονται. ναὶ μὴν τοι καὶ Δαίδαλον τὸν Ἀθηναῖον (ξείνη μὲν ἡ ἱστορίη δοκέω γέ μιν οὐκ ἔξω ἀστρολογίης) ἀλλὰ [f] οἱ αὐτὸς μάλιστα ἐχρήσατο, καὶ παιδὶ τῷ [g] ἑωυτοῦ κατηγήσατο.

tem illis, qui in caelo eſt, deſignatum monſtravit: a quo auream ovem Thyeſti fuiſſe fabulantur. Atreus vero de ſole, & ortibus illius ſermonem habuit, non verſus eandem plagam ſolem atque mundum moveri, ſed contrarium ſibi invicem curſum tenere: & qui nunc occidens ſit, & mundi occidens videatur, ſolis ortum eſſe. Haec illum dicentem Regem ſuum Argivi fecerunt, magnaque fuit ſapientiae illius gloria.

13. Ego vero etiam de Bellerophonte eadem ſentio. Alatum quidem equum illi fuiſſe, perſuaderi mihi non patior; Puto autem illum ſapientiae hujus ſtudioſum, ſublimia cogitaſſe, & verſatum cum aſtris, in caelum non equi opera adſcendiſſe, ſed animo.

14. Eadem mihi etiam in Athamantis Phryxum filium dicta ſunto, quem ariete aureo per aethera vectum fabulantur. Quin etiam Daedalum Athenienſem: peregrina quidem & mira hiſtoria: ſed puto illum non fuiſſe ab aſtrologia alienum. Verum ea cum ipſe maxime uſus, tum filium eam ſuum docuit.

15. Ica-

a Ὑπέδειξεν] Ἐπέδειξεν W. Nil vulgatam mutant *J. Fl. H. P.* b Ἀνατολέων] Ἀντολ. W. c Ἀντιδρομέουσι] Hoc *Solan.* ex W. ſubſtituit pro vulgato διαδρομ. d Ἀνατ.] Ἀντ. W. e Ἵππον] Ὡς ἵππον W. f Οἱ] Sic Edd. & M. g Ἑωυτοῦ] Ἑωουτοῦ *J.* hic & alibi. Ἑαυτοῦ male *S.* Ἑωϋτοῦ *Fl.*

45. Μετέποντα] Διώκοντα. *G.*

32. Ἄρνα χρύσεον Θυέστῃ] Supra Ὀρχ. c. 43. *M. du S.*

37. Ἀντιδρ.] W. In reliquis διαδρομ. minus apte. *M. du S.*

49. Δι' αἰθέρος] Conf. ſupra de Salt. §. 42. f. τοῦ κριοῦ τὴν διαέριον φυγήν. *J. F. R.*

52. Ἀλλὰ οἱ] I. e. ταύτῃ. *F. G.*

Ibid. Οἱ αὐτὸς] An etiam foeminino genere uſurpant οἱ, pro αὐτῇ? *M. du S.*

Οἱ] An pro αὐτῇ? *Solanus* ait. Cui reſpondeo, quidni? Nam & ſic *Homer.* Iliad. Β. 515. — ὁ δέ οἱ παρελέξατο λάθρῃ. *hic autem Mars accubuit illi virgini furtim.* Praeceſſit enim Ἀστυόχη παρθένος αἰδοίη. Iterum Γ. 387. de anu quae Helenae lanam carpebat — ἥ οἱ Λακεδαίμονι ναιεταώσῃ Ἤσκειν εἴρια καλὰ — Il. Ζ. 273. 4. — Ἀθηναίης — Καί οἱ ὑποσχέσθαι δυοκαίδεκα βοῦς ἐνὶ νηῷ. Sed quonam genere accipiendum Il. Α. 200? Ubi praemittens: Θάμβησεν δ' Ἀχιλεύς, μετὰ δ' ἐτράπετ', αὐτίκα δ' ἔγνω, pergit illico: Παλλάδ' Ἀθηναίην, δεινὼ δέ οἱ ὄσσε φάανθεν. — *terribiles ei oculi adparebant.* i. e. certe Minervae oculi. Nam cum timeret Achilles, ipſius oculi non fuere terribiles. Alioqui poſſis aeque conſtruere: *ei* ſcil. *Achilli* ſic videbantur Deae oculi, ac *ei Minervae*, pro ejus Minervae, ſic lucebant oculi. *J. F. R.*

53. Ἑωυτοῦ] Servavi lectionem Ed. *P.* quam recte ſe habere, vid. ap. *Maittair.* de Dial. p. 116. Ed. *Haganae.* Sed & legere poſſis ἑωυτέου. Puncta vero diaereſeos quae in Edd. antiqq. in ϋ ponuntur, neglexi, quia iis nihil opus, nec ante in hac edit. ſimili in caſu addita ſunt. In recentt. quibusdam *Hippocr. Aph.* Edd. Sect. I. Aph. 1. ἑαυτὸν editum eſt, ubi in vett. tamen recte ἑωυτόν. Sed & alibi non ſemel apud eumdem in hiſce erratum eſt in Edd. ut ibid. aph. 13. ubi vett. habent ἑωυτῶν, dedere ἑαυτῶν. *J. F. R.*

55. Χρεό-

15. Icarus autem juventute & temeritate uſus, & inconceſſa quaerens, ſed animo in polum ipſum ſublatus, vero excidit, & ab tota ratione aberravit, & in mare decidit negotiorum fundo ac fine carentium. De quo aliam fabulam narrant Graeci, & ab illo ſinum in hoc mari temere vocant Icarium.

Ἴκαρος δὲ νεότητι καὶ ἀτασθαλίῃ [h] χρεόμενος, καὶ οὐκ [i] ἐπιεικτὰ διζήμενος, ἀλλ' ἐς [k] πόλον ἀερθεὶς τῷ νῷ, ἐξέπεσε τῆς [l] ἀληθηίης, καὶ παντὸς ἀπεσφάλη τοῦ λόγου, καὶ ἐς πέλαγος κατηνέχθη [m] ἀβύσσων πρηγμάτων· τοῦ Ἕλληνες ἄλλως μυθολογέουσι, καὶ κόλπον ἐπ' [n] αὐτέῳ ἐν τῇδε τῇ θαλάσσῃ Ἰκάρειον εἰκῆ καλέουσι.

16. Fortaſſe etiam Paſiphaë quae audiſſet ex Daedalo de tauro ſidere in aſtris lucente; & ipſa aſtrologia in amorem doctrinae devenit: unde putant eam a Daedalo conciliatam tauro eſſe.

Τάχα δὲ γὰρ Πασιφάη παρὰ Δαιδάλου ἀκούσασα ταύρου τε πέρι, τοῦ ἐν τοῖς ἄστροισι φαινομένου, καὶ αὐτῆς ἀστρολογίης, εἰς ἔρωτα τοῦ λόγου ἀπίκετο, ὅθεν νομίζουσιν ὅτι Δαίδαλός μιν τῷ ταύρῳ ἐνύμφευσεν.

17. Sunt vero etiam qui diviſa in partes diſciplina, alia ſinguli excogitarunt, alii quae ad lunam pertinent, alii, quae ad Jovem, alii quae ad ſolem, colligentes, deque curſu illorum, motu, & poteſtate.

Εἰσὶ δὲ οἳ καὶ κατὰ μέρεα τὴν ἐπιστήμην διελόντες, ἕκαστοι [o] αὐτέων ἄλλα ἐπενοήσαντο, οἱ μὲν τὰ ἐς τὴν σεληναίην, οἱ δὲ τὰ ἐς Δία, οἱ δὲ τὰ ἐς ἠέλιον συναγείραντες, [p] δρόμου τε αὐτέων πέρι [q] κινήσεως, καὶ [r] δυνάμεως.

18. Atque Endymion quidem quae ad lunam pertinent ordinavit.

Καὶ Ἐνδυμίων μὲν, τὰ ἐς τὴν σεληναίην [s] διετάξατο.

19. Phaëthon autem ſolis curſum deſignavit, non ſane exploratis omnibus, ſed imperfectam artem relinquens mortuus eſt. Qui autem iſta ignorant, ſolis filium Phaë-

Φαέθων δὲ, τοῦ ἠελίου δρόμον ἐτεκμήρατο, οὐ μέν γε ἀτρεκέως, ἀλλ' ἀτελέα τὸν λόγον ἀπολιπὼν, ἀπέθανεν. οἱ δὲ [t] τάγε ἀγνοέοντες, ἠελίου παῖδα Φαέθοντα δοκέουσι, καὶ

h Χρεόμενος] Χρεώμενος *Heinſ.* *i* Ἐπιεικτὰ] Ἐπιϊκτὰ *Pell.* pro ἐφικτὰ Ionicc. *k* Πόλον] Πολλὸν W. *l* Ἀληθηίης] Ἀληθείης *Fl.* *m* Ἀβύσσων] Ἄβυσσον *Fl.* Sed vulgatae adſtipulatur M. *n* Αὐτέῳ] Sic Exc. Αὐτέον L. Αὐτῷ Edd. priores. *o* Αὐτέων] Αὐτῶν Edd. priores. *p* Δρόμου] Sic W. P. Δρόμους Edd. Δρόμον L. *q* Κινήσεως] Sic *Fl.* Κινήσιος reliqq. *r* Δυνάμεως] Sic rurſus *Fl.* Δυνάμιος W. Δυνάμεος cett. *s* Διετάξατο] Συνετάξατο W. *t* Τάγε] Τάδε W. Nil mut. *J. H. Fl. P.* &c.

55. Ἀτασθαλίῃ] * Φρενοβλαβείᾳ. *V.*
56. † Ἐπιεικῆ] Μέτρια. *V.*
77. Ἀτρεκέως] Ἀκριβῶς. *V.*

* Φρενοβλαβείᾳ] Sic dedit idem pro vulgato φρενοβλαβίη. † Ἐπιεικῆ] Ἐπιεικέα Exc. *G.* Lege ἐπιεικτά. *M. du S.*

55. Χρεόμενος] An χρεώμενος? vid. infra ad c. 29. *J. F. R.*

69. Αὐτέων] Non dubitavi ſic edere contra Edd. omnes, quia Ioniſmus verus erat reſtituendus. Licet enim & in hoc pronomine contractio ſaepe inveniatur in Edd. aliorum Auctorum Ionica dialecto utentium, (quod mox videbimus, ad c. 22.) tamen αὐτέων recte infra c. 22 Edd. atque alibi habebant, & ſic *Herodot. Euterp.* pr Et *Clio* I p. 4. f. Ed. *Steph.* &c. Ideoque non hic modo, ſed ubique in hac Diſſert. reſtitui, etiam ubi in variantt. lectt. id non monui. *J. F. R.*

76. Φαέθων] Hanc fabulam perſequitur *Ovidius* Lib. 2. Metam. *Plat.* Timæo, *Ariſt.* L. IV. de mundo, *Lucret.* L. V. *G. C.*

Φαέθων] Confer etiam, ſi operae eſt, *Philoſtr.* Icon. I. XI. *J. F. R.*

79. Ἠελίου] Quo apud *Homerum* reſpiciat, neſcio. *M. du S.*

89. Ba-

καὶ μῦθον ἐπ᾽ αὐτέῳ οὐδαμᾶ πιστὸν διηγέονται. ἐλθόντα γάρ μιν παρὰ τὸν ἠέλιον τὸν πατέρα αἰτέειν τὸ τοῦ φωτὸς ἅρμα ἡνιοχεύειν, τὸν δὲ δοῦναί τε οἱ, καὶ ὑποθέσθαι τῆς ἱππασίης τὸν νόμον. ὁ δὲ Φαέθων, ἐπειδὴ ἀνέβη τὸ ἅρμα, ἡλικίῃ καὶ ἀπειρίῃ, ἄλλοτε μὲν πρόσγειος ἡνιόχευεν, ἄλλοτε πολλὸν τῆς γῆς ἀπαιρούμενος· τοὺς δὲ ἀνθρώπους κρύος τε καὶ θάλπος οὐκ ἀνασχετὸν διέφθειρεν. ἐπὶ τοῖσι δὴ τὸν Δία ἀγανακτέοντα βαλεῖν πρηστῆρι Φαέθοντα μεγάλῳ. πεσόντα δέ μιν αἱ ἀδελφαὶ περιστᾶσαι, πένθος μέγα ἐποίεον, ἔς τε μετέβαλλον τὰ εἴδεα, καὶ νῦν εἰσιν αἴγειροι, καὶ τὸ ἤλεκτρον ἐπ᾽ αὐτέῳ δάκρυον σταλάουσιν. οὐχ οὕτω ταῦτα ἐγένετο, οὐδὲ ὅσιον [a] αὐτέοισι πείθεσθαι, οὐδὲ ἠέλιος παῖδα ἐποιήσατο, οὐδὲ ὁ παῖς αὐτέῳ ἀπέθανε.

Λέγουσι δὲ καὶ ἄλλα Ἕλληνες πολλὰ μυθώδεα, τοῖσιν ἐγὼ οὐ μάλα τι πείθομαι. κῶς γὰρ δὴ ὅσιον πιστεῦσαι παῖδα Αἰνείην τῆς Ἀφροδίτης γενέσθαι, καὶ Διὸς Μίνω, καὶ Ἄρεος Ἀσκάλαφον, καὶ Αὐτόλυκον Ἑρμέω; ἀλλ᾽ οὗτοι ἕκαστος αὐτέων [b] θεοφιλέες [c] ἐγένοντο, καὶ σφίσι γενομένοισι, τῷ μὲν ἡ Ἀφροδίτη, τῷ δὲ ὁ Ζεὺς, τῷ δὲ ὁ Ἄρης [d] ἐπέβλεψεν. ὁκόσοι γὰρ δὴ ἀνθρώποισι ἐν τῇ γενεῇ ταύτῃ οἰκοδεσποτέουσιν, οὗτοι ὅκως

thontem putant & fabulam de eo nulla parte credibilem narrant: veniſſe nempe ad Solem patrem, ab eoque petiiſſe, ut lucis currum regere ſibi liceret, illum vero dediſſe, & legem aurigationis ſubjeciſſe. At Phaëthon conſcenſo curru prae juventute & imperitia alias quidem terrae nimis vicinus aurigatur, alias nimium a terra ſublatus, unde homines frigus calorque intolerabilis perdidit. Inter haec Jovem indignatum fulmine magno Phaëthontem feriiſſe. Cadentem circumſtantes ſorores luctus habuere magnos, donec formas mutarent: & nunc ſunt populi, lacrumamque ſuper eo electrum ſtillant. Non ita geſta haec ſunt, nec fas eſt fidem iis adjungere. Neque filium Sol genuit, neque filius ipſi mortuus eſt.

20. Dicunt autem alia multa fabuloſa Graeci, quibus ego non multum fidei tribuo. Quomodo enim fas ſit credere filium Aeneam fuiſſe Veneris, & Jovis Minoëm, & Martis Aſcalaphum, & Autolycum Mercurii? At ſinguli horum cari Deo fuere, naſcenteſque hunc Venus, hunc Jupiter, hunc Mars reſpexerunt. Quicunque enim hominibus in hac genitura domum, *ut domini vel decani*, regunt, illi tanquam pa-

a Αὐτέοισι] Αὐτοῖσι Edd. priores. Item *αὐτῷ* pro *αὐτέῳ* bis. *b* Θεοφιλέες] Θεοφοιλέες male *J*. *c* Ἐγένοντο] Γένοντο W. *d* Ἐπέβλεψεν] Ἐπέβλεψαν W.

83. Ὑποθέσθαι] Διδάξαι. *V.*

89. Πρηστῆρι] Κεραυνῷ. *V.*

89. Βαλεῖν] Nihil mutavi, etſi *βαλέειν* ſcriptum ſuſpicari licet. Vid. *Maittair*. p. 351. f. Conf. infra c. ult. ἡγεῖται. *J.F.R.*

93. Τὸ ἤλεκτρον] Conf. infra ſingularem Noſtri *de Electro* Diſſertationem. *J.F.R.*

99. Αἰνείην] De eo *Euſtath.* in L. 2. Iliad. *Homer.* Hymn. Veneris. *G.C.*

6. Ἐπέβλεψεν] Vulgatam hanc deleverat *Solanus*, & lect. Cod. W. ἐπέβλεψαν ſubſtituerat. Non male profecto; quin & ego credo id verum eſſe; at quia vulgata quoque non incommoda, ſed admodum uſitata, nihil mutare ſum auſus, ne novandi, (ſive potius antiquandi) nimio ſtudio teneri dicar. *J.F.R.*

8. Ἴκελα] Quia Ioniſmus hoc requirebat, ſic dedi contra Edd. Vid. ſupr. §. 10. *J.F.R.*

18. Ἀπ᾽] Ne quis credat Florentinam hic prae ceteris ſapere, meminerit Iones adſpirationem tam in adpoſitione quam in compoſitione negligere, videatque teſtimonia ap. Cl. *Maittaire* de Dialectt. p. 134. & praeced. *J.F.R.*

19. Ὀρέεσθαι] Hoc recepi, pro lectione edit. priorum ὁράασθαι, quia & ὁρέων non ὁράων ſcribitur conſtanter deinde c. 24. & alibi. *J.F.R.*

Ibid. Διὸ δή μιν ἑστάναι λ. ὁ. π.] Sic infra in *Saturn.* c. 7. διὸ καὶ πεπεδῆσθαί με οἱ πολλοὶ εἰκάσαν. *J.F.R.*

26. Τὴν σειρὴν τοῦ Διὸς] *Homer*. Iliad. Θ. 18. *M. du S.*

Τὴν σειρὴν τοῦ Διὸς] Plato Theaet. p. 119. A. τὴν χρυσῆν σειρὰν (Il. Θ. 19.) οὐδὲν ἄλλο ἢ τὸν ἥλιον Ὅμηρος λέγει

καὶ

parentes ſimilia ſibi omnia efficiunt, & colorem, & formam, & opera, & animum: ac rex quidem Minos Jove duce, pulcher autem Aeneas Veneris voluntate fuit: fur autem Autolycus, furandique illi ars a Mercurio venit.

τοκέες ἑωυτοῖσι πάντα [e] ἴκελα ἐκτελέουσι, καὶ [f] χροίην, καὶ μορφὴν, καὶ ἔργα, καὶ διανοίην. καὶ βασιλεὺς μὲν ὁ Μίνως, Διὸς ἡγεομένου, καλὸς δὲ Αἰνείης Ἀφροδίτης βουλήσει ἐγένετο· κλέπτης δὲ Αὐτόλυκος, ἡ δὲ οἱ κλεπτικὴ ἐξ Ἑρμέω ἀπίκετο.

21. Jam vero neque Saturnum Jupiter vinxit, neque in tartarum detruſit, neque reliqua machinatus eſt, quae putant homines. Sed enim fertur Saturnus per orbem extimum procul a nobis, eſtque illi languidus motus, neque obſervatu facilis hominibus. Propterea nempe ſtare illum ajunt tanquam vinctum compedibus. Ingens autem caeli profunditas tartarus vocatur.

Οὔμενουν οὐδὲ τὸν Κρόνον ὁ Ζεὺς ἔδησεν, οὐδὲ ἐς τάρταρον ἔρριψεν, οὐδὲ τὰ ἄλλα ἐμήσατο, ὁκόσα ἄνθρωποι νομίζουσιν· ἀλλὰ φέρεται γὰρ ὁ Κρόνος τὴν ἔξω φορὴν, πολλὸν [g] ἀπ' ἡμέων, καὶ οἱ νωθρή τε ἡ κίνησις, καὶ οὐ ῥηιδίη τοῖσι ἀνθρώποισι [h] ὁρέεσθαι. διὸ δή μιν ἑστάναι λέγουσιν, ὅκως πεπεδημένον. τὸ δὲ βάθος τὸ πολλὸν τοῦ ἠέρος, τάρταρος καλέεται.

22. Maxime ex Homeri poëtae & Heſiodi verſibus diſcat aliquis, de quibus olim cum Aſtrologis convenerit. Quando vero catenam Jovis refert, & ſolis jacula, hos utique dies eſſe conjicio; & urbes, quas in clypeo *Achillis* fecit Vulcanus, & chorum, & vineam, *ad aſtrologiam pertinere arbitror*. Nam illa quidem, quae in Venerem ab illo & in Martis adulterium dicta ſunt, ipſa quoque manifeſto non aliunde, quam ex hac ſapientia ficta ſunt. Conjunctio nempe Veneris & Martis Homeri can-

Μάλιστα ἔκ τε Ὁμήρου τοῦ ποιητέω, καὶ τοῦ Ἡσιόδου ἐπέων μάθοι ἄν τις τὰ πάλαι τοῖς ἀστρολογέουσιν ὁμοφωνέοντα. εὖτ' ἂν δὲ τὴν σειρὴν τοῦ Διὸς ἀπηγέηται, καὶ τοῦ ἠελίου τὰς βολὰς, τὰ δὴ ἐγὼ ἤματα εἶναι συμβάλλομαι, καὶ τὰς πόλιας, τὰς ἐν τῇ ἀσπίδι Ἥφαιστος ἐποιήσατο, καὶ τὸν χορὸν, καὶ τὴν ἀλωήν. τὰ μὲν γὰρ ὁκόσα ἐς τὴν Ἀφροδίτην [i] αὐτέω καὶ τοῦ Ἄρεος τὴν μοιχείην λέλεκται, καὶ τὰ ἐμφανέα, οὐκ ἄλλοθεν ἢ ἐκ τῆς δὲ τῆς σοφίης πεποιημένα· ἡ γὰρ δὴ ὧν Ἀφροδίτης καὶ τοῦ Ἄρεος ὁμοδρομίη τὴν Ὁμήρου ἀοιδὴν ἀπερ-

e Ἴκελα] Εἴκελα Edd. priores. *f* Χροίην] Sic *Solan.* recte reſcripſit, etſi χρόην M. quoque cum Edd. priſcis. *g* Ἀπ'] Sic Edd. & M. Ἀφ' *Fl.* minus recte. *h* Ὁρέεσθαι] W. P. ſic habent pro vulgato ὁράασθαι. *i* Αὐτέῳ] Αὐτῷ vulgo.

18. * Νωθρήτε] Ὀκνηρά. *V.*
33. Ἀφροδίτης † καὶ τοῦ Ἄρεως] Ἐξ ἀφροδισίου γὰρ ἀφορμῆς ὁ πόλεμος, ὃν Ὅμηρος μέτρῳ ἱστόρησεν. *V.*
34. Τὴν Ὁμήρου ἀοιδὴν] ‡ Ἐξ ἀφροδισίου γὰρ ἀφορμῆς ὁ πόλεμος, ὃν Ὅμηρος μέτρῳ ἐνέτεινεν. *V.*

* Νωθρήτε] Ita dedit Idem pro vulgato ἀνωθρήτε.
† Καὶ τοῦ Ἄρεως] Lacuna erat hic in editis & Cod. quem *Clericus* conſuluit; ſed quum recte conjecerit ex ipſo Luciano ſic ſupplendum, non invitus ei morem geſſi. *J. F. R.*

‡ Hoc Scholion in Ed. ad *Eunuch.* relatum, huc retrahi juſſit *M. du S.* addiditque in M. recte huc referri, & recte collegiſſe Virum Cl. *J. Clericum*, deeſſe in V. quaedam in hunc libellum Scholia.

καὶ δηλοῖ· ὅτι ἕως μὲν ἂν ἡ περιφορὰ ᾖ κινουμένη καὶ ὁ ἥλιος, πάντα ἐστὶ καὶ σώζεται τὰ ἐν θεοῖς τε καὶ ἀνθρώποις κ. τ. λ. *Euſtath.* p. 695. 9. Ed. Ro. cum haec retuliſſet, pergit. ἕτεροι τοὺς κύκλους τῶν πλανωμένων νοοῦσι χρυσέαν σειρὰν, ὧν ἀνωτάτω μὲν ὁ τοῦ Κρόνου κ. τ. λ. Βολὰς ἠελίου nondum inveni, nec obſervavit Seberus. *J. M. G.*

28. Καὶ τὰς πόλιας] Urbes, vinea, chorus, in clypeo Achillis Il. Σ, 490, 560, 590. Sed quas neſcio an ad aſtrologicas rationes traducere cuiquam praeterea in mentem venerit. Contra auctor noſter omittit pluſcula Aſtrologica ſine dubio, quae habet Poëta v. 484. ſeq. *J. M. G.*

Ibid. Πόλιας] Hujusmodi myſteria aliis enarranda relinquo. *M. du S.*

Ibid. Ἀσπίδι Ἥφαιστος] Iliad. Σ. 495. Et mox vid. Odyſſ. Θ. 266. *M. du S.*

ἀπεργάζεται· ἐν ἄλλοισι δὲ ἔπεσι τὰ ἔργα ἑκάστου [a] αὐτέων διωρίσατο, τῇ Ἀφροδίτῃ μὲν εἰπών·

Ἀλλὰ σύγ' ἱμερόεντα μετέρχεο ἔργα
γάμοιο.

τὰ δὲ τοῦ πολέμου·

Ταῦτα δ' Ἄρηϊ θοῷ, καὶ Ἀθήνῃ πάντα
μελήσει.

Ἅπερ οἱ παλαιοὶ ἰδόντες, μάλιστα [b] μαντήισιν ἐχρέοντο, καὶ οὐ πάρεργον αὐτέην ἐποιέοντο· ἀλλ' οὔτε πόλιας ᾤκιζον, οὐδὲ τείχεα περιεβάλλοντο, οὔτε φόνους [c] ἐργάζοντο, οὔτε γυναῖκας ἐγάμεον, πρὶν ἂν δὴ παρὰ μάντεων ἀκοῦσαι ἕκαστα. καὶ γὰρ δὴ τὰ μαντήια αὐτέοισι οὐκ ἔξω ἀστρολογίης ἦν· ἀλλὰ παρὰ μὲν Δελφοῖς παρθένος ἔχει τὴν προφητείην, σύμβολον τῆς παρθένου τῆς οὐρανίης, καὶ δράκων ὑπὸ τῷ τρίποδι φθέγγεται, ὅτι καὶ ἐν τοῖσι ἄστροισι δράκων φαίνεται. καὶ ἐν Διδύμοις δὲ μαντήιον τοῦ Ἀπόλλωνος, ἐμοὶ δοκέει, καὶ τοῦτο ἐκ τῶν ἠερίων Διδύμων ὀνομάζεται.

Οὕτω δὲ αὐτέοισι χρῆμα [d] ἱρώτατον ἡ μαντοσύνη ἐδόκεεν, ὥστε δὴ Ὀδυσσεύς, ἐπειδὴ ἔκαμε πλανεόμενος, ἐθελήσας ἀτρεκὲς ἀκοῦσαι περὶ τῶν ἑωυτοῦ πρηγμάτων, ἐς τὸν

tum efficit, *ac veri aliquid habere oſtendit.* Aliis vero verſibus opera uniuscujusque illorum definivit, cum Veneri dicit:

Dulcia nempe tibi ſunto connubia curae:

de bellicis autem:

Mars celer iſta quidem Pallasque armata
patrabunt.

23. Quae cum viderent veteres, maxime utebantur divinationibus, nec obiter illam tractabant: ſed nec urbes condebant, neque ducebant moenia, nec praelium committebant, neque uxores ducebant ante, quam a vatibus audirent ſingula. Etenim neque oracula illis expertia aſtrologiae erant. Verum Delphis quidem virgo vaticinandi munus habet, caeleſtis virginis ſymbolum: & Draco ſub tripode vocem emittit, quoniam inter ſidera quoque lucet Draco. Quod autem Didymis eſt Apollinis oraculum, ut mihi videtur, ipſum quoque a caeleſtibus Geminis (*Didymis*) dictum.

24. Adeo res ſanctiſſima illis viſa divinatio eſt. Itaque Ulyſſes cum in errore illo ſuo laboraret, verum audire cupiens de rebus ſuis, ad inferos deſcendit, non *Cerne-*

[a] *Αὐτέων*] Bene ſic Edd. plurimae. *Αὐτῶν* male *Fl.* & M. [b] *Μαντίησιν*] *Μαντηΐησιν* M. [c] Ἐργάζοντο] Nil mut. Edd. nec M. Εἰργ. *Jenſ.* [d] Ἱρώτατον] Sic reſtitui ex W. Ἱερώτατον Edd.

36. *Αὐτέων*] Cur hanc ſcripturam praeferam, vid. c. 1. & 17. Quis tamen in *Hippocr.* & *Herodot.* ſic ubique reſcribere auſit? ubi *ἑωϋτοῦ* quidem pro *αὐτοῦ* & *ἑαυτοῦ* & ſimil. eſt perpetuum; at in pronom. *αὐτὸς*, *οὗτος* & *τοιοῦτος*, craſis frequentius eſt expreſſa in Edd. etiam antiquis, quam per dialyſin. Ita *τούτοισι*, non *τουτέοισι*, *Hippocr.* de Artic. S. VI. p. m. 92. vel ſexies occurrit, iterum p. 91. & 93. *Τοιούτοισι* iisdem pagg. & alibi perpetuum. *Αὐτῷ* p. 90. Et *Herodot.* I. p. 6. pr. *Αὐτῶν* ibid. *Αὐτοῖσιν* *Hipp.* l. c. p. 91. & vel centies alibi. *Τούτοισι* quoque *Herodot.* p. 8. D. p. 10. pr. & 11. B. *Τούτων* Idem p. 3. 4. & 7. *Τούτῳ* p. 4. Alia exempla, ubi terminatio eorundem pronom. ſit *έων* & *έοισι*, pro *ῶν* & *οῖσι*, vid. ap. Cl. *Maittair.* de Dial. p. 117. *Τουτέων* autem & *αὐτέω* ap. *Hippocr.* rurſus Aph. 3. S. I. &c. *J. F. R.*

38. Ἀλλὰ σύγ'] Vid. *Homer.* Il. E. 429. & 430. *M. du S.*

44. *Μαντηΐησιν*] M. Suſpicabar aliud mendum ſubeſſe; nam mox Singulari numero effert, ſed videtur de Aſtrol. cogitaſſe. *M. du S.*

45. Πόλιας] Vide quae de urbibus auſpicato condendis obſervavit Vir ſine honore non nominandus *Ez. Spanhemius* ad Callim. Hymn. Apoll. v. 55. *M. du S.*

46. Φόνους ἐργ.] Clar. *Jenſius*, εἰργ– ad Ἑρμ. c. 71. Sed quid de *φόνους* ſtatuendum? Ego *πολέμους* voluiſſe ſuſpicor; vide *Tatian.* p. 73. & *Ez. Spanh.* ad Callim. & quos ibi laudat Vir Illuſtr. *Plat.* Νομ. V. *Virg.* Æn. V. 755. *Thucyd.* III. 235. Ed. *Wechel.* &c. *M. du S.*

Ibid. Ἐργάζοντο] Obſecutus forem Cl. *Jenſio* in *Hermot.* monenti εἰργ. hic legendum, ſi in alio Luciani Dialogo id faciendum praecepiſſet: at cum Ionibus maxime proprium ſit augmenta tam temporalia quam ſyllabica negligere, ut *ἀμείψατο*, *ἐργάζοντο*, *ἔλαν.* &c. &c.

neret ut functos vita, illaetabile regnum; ſed in colloquium Tireſiae venire qui deſideraret. Et cum veniſſet in locum, quem deſignaverat Circe, & foſſam fodiſſet, mactaſſetque oves; mortuis multis praeſentibus, interque illos matre ipſius, ac bibere de ſanguine volentibus, non prius permiſit cuiquam, nec ipſi matri adeo, quam Tireſias guſtaſſet, eumque ipſe coëgiſſet edere ſibi oraculum, ſuſtinuitque ſitientem matris umbram videre.

ἀΐδην ἀπίκετο, οὐκ ὄφρα ἴδῃ νέκυας, καὶ ἀτερπέα χῶρον, ἀλλ᾽ εἰς λόγους ἐλθεῖν Τειρεσίῃ ἐπιθυμέων. καὶ ἐπειδὴ ἐς τὸν χῶρον ἦλθεν, ἔνθα [e] ἡ Κίρκη ἐσήμηνε, καὶ ἔσκαψε τὸν βόθρον, καὶ τὰ μῆλα ἔσφαξε, πολλῶν [f] νεκύων παρεόντων, ἐν τοῖσι καὶ τῆς μητρὸς τῆς ἑωυτοῦ, τοῦ αἵματος πιεῖν ἐθελόντων, οὐ πρότερον ἀφῆκεν οὐδενὶ, οὐδὲ αὐτῇ τῇ μητρὶ, πρὶν Τειρεσίην γεύσασθαι, καὶ ἐξαναγκάσαι εἰπεῖν οἱ τὸ μαντήϊον· καὶ ἀνέσχετο διψῶσαν ὁρέων τῆς μητρὸς τὴν σκιήν.

25. Lacedaemoniis autem Lycurgus rem omnem publicam ex caeli rationibus conſtituit, & legem illis poſuit, ne usquam in bellum ante progrederentur, quam plena luna eſſet. Neque enim aequalem putabat eſſe potentiam augeſcentis lunae & decreſcentis, omniaque ab illa adminiſtrari.

Λακεδαιμονίοισι δὲ Λύκουργος τὴν πολιτείην πᾶσαν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ διετάξατο, καὶ νόμον σφίσιν ἐποιήσατο μηδαμὰ μηδὲ ἐς πόλεμον προχωρέειν, πρὶν τὴν σεληναίην πλήρεα γενέσθαι· οὐ γὰρ ἴσην [g] ἐνόμιζεν εἶναι τὴν δυναστείην, αὐξανομένης τῆς σεληναίης, καὶ ἀφανιζομένης· πάντα δὲ ὑπ᾽ αὐτέῃ διοικέεσθαι.

26. Sed ſoli iſta Arcades non recepere, neque in honore habuerunt Aſtrologiam; ſed amentia quadam & inſipientia dicunt ipſa ſe Luna eſſe antiquiores.

Ἀλλὰ μοῦνοι Ἀρκάδες ταῦτα οὐκ ἐδέξαντο, οὐδὲ ἐτίμησαν ἀστρολογίην· ἀνοίῃ δὲ καὶ ἀσοφίῃ λέγουσι καὶ τῆς σεληναίης ἔμμεναι προγενέστεροι.

27. Majores igitur noſtri valde adeo divinationis erant ſtudioſi: ſed qui nunc ſunt, partim illi quidem fieri poſſe negant, ut inveniant homines finem *certumque fundamentum* divinationis. Neque enim fidam

Οἱ μὲν ὦν πρὸ ἡμέων οὕτω κάρτα ἦσαν φιλομάντιες, οἱ δὲ νῦν, οἱ μὲν αὐτέων ἀδύνατα εἶναι λέγουσιν ἀνθρώποισι τέλος [h] εὑρέσθαι μαντικῆς. οὐ γὰρ εἶναί μιν οὔτε πιστὴν, οὔτε

e Ἢ] Οἱ W. *f* Νεκύων] Νεκρῶν W. Sed vulgata potior eſt. *g* Ἐνόμιζεν] Ἐνόμιζον Edd. male. *h* Εὑρέσθαι] Et ſic *Fl.* cum *J. P.* &c.

&c. apud *Herodot.* & *Aret.* plus centies, ideo vulgatam omnino ſervandam cenſeo. Vid. ſaepe jam laudatum Cl. *Maittair.* de Dial. p. 124—5. *J.F.R.*

47. Πρὶν ἂν δὴ τοῦ θεοῦ μαντέων ἀκοῦσαι] De more oracula in condendis urbibus conſulendi, aliisque circa idem negotium ritibus vid. *Spanhem.* in nott. ad Callim. p. 80. *J.F.R.*

52. Καὶ δράκων] Conf. Hiſtoriam Danielis de Dracone Babylonio numinis inſtar culto, ſed objecto bolo medicato ab ipſo interempto, quae in vulgata reperitur c. ultimo Danielis. In verſione Lutheri autem libris apocryphis adnexa eſt. Adde Illuſtr. *Spanhem.* ad Callim. p. 394. Nummosque draconibus inſcriptos ab eodem prolatos ad *Ariſtoph.* Plut. verſ. 732. pag. notarum 262. Adde & *Scholiaſten* Ariſtophanis, & *Macrob.* Sat. I. 20. Ac *Meibomium* in jusjur. Hippocr. p. 33. *J.F.R.*

53. Δράκων] Vide *Spanh.* ad Callim. 394. *M. du S.*

57. Ἱρώταλον] Recte hic Cod. W. Ἱρ. Peccant ubique Impreſſi in hac voce. *M. du S.*

61. Ὄφρα ἴδῃ νέκυας &c.] *Homer.* Od. Λ. 93. *M. du S.*

72. Λύκουργος] Plenilunium magna ſuperſtitione antiquis colebatur, & in eo mulieres partu facilius levari ſcribit *Plutarch.* Prælium Lacedæmonii ante plenilunium ex Lycurgi præcepto non inibant. *Eraſm.* in Adag. *Aceſſæi luna.* *G.C.*

74. Νόμον] Hujus exemplum inſigne habes apud *Herod.* VI. *M. du S.*

79. Ἀρκάδες] In ſummam morum immanitatem efferati ſunt, quod cæteris omnibus amplectentibus aſtrologiam, cæterasque liberales diſciplinas, quarum cultu manſueſcunt hominum ingenia, ſoli contemſerint, ſeque fecerint ipſa luna antiquiores. *Serv.* in 2. Georg. *G.C.*

89. Ὥρην

οὔτε ἀληθέα· οὐδὲ τὸν Ἄρεα ἢ τὸν Δία ἐν τῷ οὐρανῷ ἡμέων ἕνεκα κινέεσθαι, ἀλλὰ τῶν μὲν ἀνθρωπηΐων πρηγμάτων οὐδεμίην [a] ὤρην ἐκεῖνοι ποιέονται, οὐδ᾽ ἔστιν αὐτέοισι πρὸς τάδε κοινωνίη· κατὰ σφέας δὲ χρείη τῆς περιφορῆς ἀναστρέφονται.

Ἄλλοι δὲ ἀστρολογίην ἀψευδέα μὲν, ἀνωφελέα δ᾽ εἶναι λέγουσιν. οὐ γὰρ ὑπὸ μαντοσύνη ἀλλάσσεσθαι, ὁκόσα τῇσι μοίρῃσι δοκέοντα ἐπέρχεται.

Ἐγὼ δὲ πρὸς τάδε ἄμφω ἐκεῖνα ἔχω εἰπεῖν, ὅτι οἱ μὲν ἀστέρες ἐν τῷ οὐρανῷ τὴν σφετέρην εἱλέονται, πάρεργον δὲ σφίσι τῆς κινήσεως τὸ κατ᾽ ἡμέας ἕκαστον ἐπιγίγνεται. ἢ ἐθέλεις ἵππου μὲν θέοντος, καὶ ὀρνίθων, καὶ ἀνδρῶν [b] κλονεομένων λίθους ἀνασαλεύεσθαι, καὶ

illam eſſe, neque veram: neque Martem aut Jovem in caelo noſtra cauſſa moveri; ſed humanarum rerum curam illos plane nullam habere, neque communionem adeo ipſis cum hiſce rebus noſtris ullam intercedere; ſed ſuae rei cauſſa atque quod neceſſarius ſit ille ipſis circuitus, converti.

28. Alii vero aſtrologiam mendacii quidem, ſed eandem utilitatis quoque expertem aiunt. Neque enim ob divinationem immutari, quae fatorum decreto eveniant.

29. Ego autem ad haec ambo illa habeo dicere, Stellas quidem in caelo ſuam ſibi viam volvi, ſed obiter, praeter ſuum illum motum, noſtra quoque peragunt. Aut vis tu equo quidem currente, aut avibus, hominibusve commotis emoveri lapides, & fe-

a Ὤρην] Ὥρην Edd. priores. b Κλονεομένων] Κινεομένων L. Nil mut. *H. Fl. J. P.*

89. Ὤρην] Φροντίδα. *V.*
91. Χρείη] * Ὑποθέσει, προνοίᾳ. *V.*
99. Σφετέρην] Ὁδόν. *V.*

* Ὑποθέσει] Haec vox omiſſa erat in Edit. ſupplevit eam ex collat. Codicis *M. du S.*

89. Ὤρην] Sic cum tenui ſcribendum, quamvis in Libris noſtris hic cum aſpero extet; vid. Στρ. c. 19. *M. du S.*

Ὤρην] Recte *Solanus* ſpiritum aſperum in tenuem mutavit. Quamvis & adſpirate editum in *Alciphr.* L. I. ep. 27. Σὺ δὲ οὐδεμίαν ὤραν ἔχεις ἐμοῦ. Et *Bergl.* quoque ex *Herodot.* I. Segm. 4. adferat, μηδεμίην ὤρην ἔχειν ἁρπασθεισέων. Nam praeſtat obſervare differentiam quam Grammatici tradunt inter ὤραν *curam* & ὥραν ſive ὥραν, *horam*, *pulchritudinem*; licet adfirmare nequeam, antiquitus eamdem obſervatam. *J.F.R.*

12. Πρηγμάτων] Πραγμάτων hic habebant omnes quas vidi Edd. etſi c. 24. recte πρηγμάτων exaratum erat. Et miror neminem Commentatorum monuiſſe, id quoque ad Ion. dialect. formandum. Sed forſan & ego praetermiſiſſem, ni monuiſſet Frater G. O. *Reitzius*. Πρηγμάτων autem poſtulare illam dialectum qui neſcit, adeat *Hippocratem* mille locis, & Cl. *Maittair.* de Dialect. p. 100. & 101. *J.F.R.*

13. Χρεομένους] Quia ſupra §. 15. ſic ſcriptum erat ſine varietate, & Cod. W. etiam hic ita praeferat, hoc ſervavi, magis ut ſibi ſimilis redderetur ſcriptura, quam quod contendam ſic neceſſario ſcribendum, utrumque enim ſatis crebro ap. Ion. Dialect. ſcriptores occurrere vid. ap. Cl. *Maittairium* de Dial. p. 121. & 131. Et cum ἐχρέοντο quoque hac Differt. Luciani §. 7. habuimus, tanto magis vocalem brevem & hoc loco praetuli. *J.F.R.*

14. Ἀφιξόμενα] *Id utilitatis*, ait Auctor, *affert Aſtrologia:* τὰ μὲν ἐσθλὰ εἰδότας ἀφιξόμενα, πολλὸν ἀπόπροσθεν εὐφραίνει. τὰ δὲ ἀγνοέουσι φαῦλα, εὐμαρέως δέχονται. οὐ γάρ σφισιν ἀγνοέουσιν ἐπέρχεται. In editionibus noviſſimis praetermiſſa eſt vox ἀγνοέουσι (quam *Baſil.* & *Aldina* ſervant) in primo loco; cujus tamen omittendae nullam video cauſam ſatis idoneam; quamquam in expoſitione horum video haeſitaſſe magnos viros. Ita autem intelligenda haec arbitror; nimirum dixerat Noſter, fieri non poſſe ex malis bona per Aſtrologiam; id tamen ex Aſtrologia utilitatis redundare; *Bona quidem*, inquit, *eos, qui ea norunt futura, multum in anteceſſum delectant: at ea, quae ignorantibus cenſentur mala, triſtia, calamitoſa; illi* (qui nempe χρέωνται τῇ ἀστρολογίῃ, ut praeceſſit) *aequo accipiunt animo: neque enim illis ignorantibus eveniunt.* Statim quoque pro vulgato ἡγεῖται mirum ni Auctor hic ἰωνίζων ſcripſerit ἡγέαται ut §. 3. περιεχέαται, & ἀπηγέηται §. 22. *J.J.*

Ἀπιξόμενα] Sic dedi pro vulgato ἀφιξ— ut Ioniſmus adpareret. Nam recte adſpiratio omiſſa erat ſupra c. 21. & 24. Confer *Herodot.* ipſo princip. ubi ἀπικομένοις & ἐσαπικνέεσθαι ter, quater occurrit, ac deinceps millies. *J.F.R.*

15. Τὰ δὲ φαῦλα, εὐμαρέως δέχονται. οὐ γάρ σφισιν ἀγνοέουσιν ἐπέρχεται] Sic commode Græca concinnavit Benedictus. Sed non bene his etiam apparavit Latina, *Qua vero non imprudentibus accidunt, facile accipiun-*

feſtucas agitari a vento, quem efficit curſus; a ſtellarum autem vertigine aliud nihil fieri? Et ex parvulo quidem igni aliquid ad nos defluit, & tamen ignis non propter nos urit quidquam, neque ille nos ut calefiamus curat: ſtellarum autem influxum non recipimus? Et ſane Aſtrologiae quae mala ſunt in melius mutare non licet, neque mutare quidquam rerum quae inde fluunt; ſed qui ea utuntur, illis prodeſt eatenus: bona eventura praemonitos multo ante exhilarant, mala autem facilius accipiunt: neque enim imprudentes opprimunt, ſed exercitatione & expectatione facilia leniaque ducuntur. Haec de aſtrologia mihi videntur.

κάρφεα δοκέεσθαι ὑπὸ τῶν ἀνέμων τοῦ δρόμου, ὑπὸ δὲ τῇ δίνῃ τῶν ἀστέρων μηδὲν ἄλλο γίγνεσθαι; καὶ ἐκ μὲν ὀλίγου πυρὸς [c] ἀποῤῥοίη ἐς ἡμέας ἔρχεται, καὶ τὸ πῦρ οὐ δι' ἡμέας καίει τι, οὐδέ οἱ μέλει τοῦ ἡμετέρου θάλπεος· ἀστέρων δὲ οὐδεμίην ἀποῤῥοίην δεχόμεθα; καὶ μέντοι τῇ ἀστρολογίῃ τὰ μὲν φαῦλα ἐσθλὰ ποιῆσαι ἀδύνατά ἐστιν, οὐδὲ ἀλλάξαι τὶ τῶν ἀποῤῥεόντων [d] πρηγμάτων· ἀλλὰ τοὺς [e] χρεομένους τά δε ὠφελέει, τὰ μὲν ἐσθλὰ εἰδότας [f] ἀπιξόμενα, πολλὸν ἀπόπροθεν εὐφραινέει, τὰ δὲ φαῦλα εὐμαρέως δέχονται· οὐ γὰρ σφισι [g] ἀγνοέουσι ἐπέρχεται, ἀλλ' ἐν μελέτῃ καὶ προσδοκίῃ ῥηΐδια καὶ πρηέα [h] ἡγεῖται. τά δὲ ἀστρολογίης πέρι ἐγὼν ὑπολαμβάνω.

c Ἀποῤῥοίη] Ἀποῤῥοίης *Fl.* *d* Πρηγμάτων] Πραγμάτων Edd. anteriores. ne *Fl.* & *Ald.* quidem excepta. *e* Χρεομένους] Sic W. Χρεωμένους Edd. *f* Ἀπιξόμενα] Ἀφιξόμενα Edd. priores. *g* Ἀγνοέουσι] Hoc particip. in Edd. male poſt τὰ δὲ collocatum ex M. & *Fl.* in ſedem ſuam retractum. *h* Ἡγεῖται] Vulgatam hanc ſervant etiam *Fl.* *H.* *B2.* *P.* & M.

4. Κάρφεα] Κάρφη, ξηρὸς καὶ κοῦφος χόρτος. *V.*

15. † Εὐμαρέως] Ῥαδίως. *V.*

† Εὐμαρέως] Εὐμερέως ante editum erat.

piuntur. Neque enim in illos irruunt. Quæ profecto ut magnam partem ſunt imitatio verſionis Eraſmi, ita exprimunt penitus ordinem verborum in Baſileenſi exhibitum. τὰ δὲ ἀγνοέουσι φαῦλα εὐμαρέως δέχονται. οὐ γάρ σφισι ἐπέρχεται. De quo ſi vere pronunciare licet, totum plane alieniſſimum, immo contrarium eſt menti auctoris, & hinc idem cenſendum de Benedicti verſione, quâ longe accommodatior illa Eraſmi: *mala vero facile cum non imprudentibus venerint, accipiuntur. Neque enim in illos irruunt.* Hic hæreo,* quia neſcio quæ ſit ſcriptura vetus in codicibus Mſſ. Unde & pater editioni Baſileenſi in voce ἀγνοέουσι adſcripſit προνοέουσι, optime ad ſententiam Luciani, ſed longius ab vulgata lectione diſcedens. Si quod edidit Benedictus, exſtat in ſcriptis, opinor veriſſime ſententiam auctoris ſic exprimi. *adverſa autem facile excipiuntur; non enim imprudentibus ſuperveniunt, ſed* &c. *J.G.*

Τὰ δὲ φαῦλα ε. δ. οὐ γὰρ σ. ἀγν. ἐ.] Sic recte M. *Fl.* *S.* & *A.* Reliquae Edd. ἀγνοέουσι prave poſt τὰ δὲ, ponunt. *M. du S.*

18. Ἡγέαται] Ita cum Cl. *Jenſio* credidi legendum pro vulgato ἡγεῖται. Etſi contractio in ſimilibus verbis non ſemper videtur reſpui ab Ionibus. Sic in *Hippocr.* Mochlico p. m. 133. ὁμολογείτω legitur. Ac de *Articulis* p. 91. μυθολογοῦσι. Item γυιοῦνται ibid. & multa ſimilia alibi, quae per dialyſin quoque more Ionico potuiſſent ſcribi, quaeque propter frequentiam immutare non auſim. Verum quum dedita operaIoniſmum hic adfectet Lucianus, omnia ad illum erunt adcommodanda, quaecumque poſſunt. Maxime, cum ſupra quoque —έαται non εῖται dederit. Alioqui & ex *Herodot.* in quo dialyſes frequentiores ſunt, non abſimilia vulgatae proferre poſſem, ut ex L. II. ſive *Euterp.* p. 104. Ed. *Steph.* C. ἀναισιμοῦνται. Sed in quibuſdam tantum verbis contractionem habent Iones, in quibuſdam numquam. Conf. ſupra §. 19. βαλεῖν, ubi & βαλέειν potuiſſes conjicere. *J. F. R.*

ΔΗΜΩΝΑΚΤΟΣ ΒΙΟΣ.

Ἔμελλεν ἄρα μηδὲ ὁ καθ' ἡμᾶς βίος τὸ παντάπασιν ἄμοιρος ἔσεσθαι ἀνδρῶν λόγου καὶ μνήμης ἀξίων, ἀλλὰ καὶ σώματος ἀρετὴν ὑπερφυᾶ, καὶ γνώμην ἄκρως φιλόσοφον ἐκφαίνειν. λέγω δὲ εἴς τε τὸν Βοιώτιον Σώστρατον ἀναφέρων, ὃν Ἡρακλέα οἱ Ἕλληνες ἐκάλουν, καὶ ᾤοντο εἶναι, καὶ μάλιστα εἰς Δημώνακτα τὸν φιλόσοφον, οὓς καὶ εἶδον αὐτός· καὶ ἰδὼν ἐθαύμασα· θατέρῳ δὲ, τῷ Δημώνακτι, καὶ ἐπὶ μήκιστον συνεγενόμην. περὶ μὲν οὖν Σωστράτου ἐν ἄλλῳ βιβλίῳ γέγραπταί μοι, καὶ δεδήλωται μέγεθός τε αὐτοῦ, καὶ ἰσχύος ὑπερβολὴ, καὶ ἡ ὕπαιθρος ἐν τῷ Παρνασσῷ δίαιτα, καὶ ἡ ἐπίπονος

DEMONACTIS VITA.

DEbebat ergo neque noſtrum ſaeculum expers omnino eſſe hominum ſermone & commemoratione dignorum; ſed tum corporis ingens robur, tum animum ſummo opere philoſophum proferre. Dico autem hoc ad Boeotium Soſtratum reſpiciens, quem Herculem vocabant Graeci, & putabant eſſe; & maxime ad Demonactem Philoſophum: quos & vidi ipſe, & viſos admiratus ſum; altero vero, Demonacte, diutiſſime etiam ſum uſus. Ac de Soſtrato quidem alio in libro a me ſcriptum eſt, & tum magnitudo illius oſtenſa, tum excedens prope fidem robur hominis, & ſubdivalis in Parnaſſo mora, & cubile in gra-

ΔΗΜΩΝ.] Demonactem quemdam Cyrenaeis dediſſe leges, tradit *Theodoret.* 9. Curat. Gr. affect. apud Fabricium in Legiſlatorum catalogo. Quid in mentem venerit Viro doctiſſimo *Philoſtratum* p. 556. enarranti, cur hunc libellum *Fabulam* vocaret, nothumque eſſe putaret, mirari tantum poſſum, nihil aliud. Nollem factum. Excidit hoc V. Cl. alia agenti. Hujusce *vitae* meminit *Eunapius*, ut a Luciano ſcriptae p. 12. 13. Locum integrum in teſtimoniis de Luciano exhibemus. At alibi vir clar. ſuſpicatur *Pſeudonymum eſſe Lucianum; cum enim nihil ſacrum profanumve intactum reliquerit, nomen omnibus Lectoribus proſtituere voluiſſe non putat.* Deinde alibi *Samoſatenſem* ſe dicit, alibi *Patrenſem* (fin. praef. ad vit. Soph.) Serione haec refutanda? Annos prope centum vixit c. 63. Non ultra Marci tempora videtur perveniſſe: certe quod id ſuadeat, nihil in hac vita, niſi quid forte me latuit, conſpicitur. Natus ergo circa annum Chr. XC. Cum ei Epictetus jam ſenior auctor fuerit, ut uxorem duceret c. 55. Fieri hoc potuit circa an. Chr. CXXV. vel CXXX. Demonacte fere quadragenario. *M. du S.*

1. Ὁ καθ' ἡμᾶς βίος] Sic *οἱ καθ' ἡμᾶς ἄνθρωποι. Homines noſtri.* Herodian. I. 14. 7. Et I. c. ult. f. Et *κατὰ τὸ αὐτὸ, eodem tempore, Aelian.* XIV. 8. pr. *J. F. R.*

4. Ὑπερφυᾶ] Recte, & magis Atticum quam ὑπερφυῆ. Sic *Alciphr.* II. p. 270. Et noſter ſupra εὐφυᾶ. *Alex.* c. 5. ac *de Salt.* §. 74. *J. F. R.*

5. Βοιώτιον Σώστρατον] Hujus fortaſſe meminit in *Dial. mort.* & in *Alexand. Pſeudoman.* Soſtrati cujusdam Sicyonii, *Pauſan.* meminit in Eliac. L. 2. *G. C.*

Ibid. Τὸν Βοιώτιον Σώστρατον] Vid. omnino Doctiſſimus *Hemſterhuſius* in praefatione Pollucis p. 29. *J. M. G.*

Ibid. Σώστρατον] Magnificentiora ſunt quae de hoc mox praedicat, quam ut idem cum eo, de quo in *Dial. mort.* D. XXX. & *Alexandri vita* c. 4. loquitur, putandus videatur, vid. quae nos ad priorem illum locum annotavimus. Meminit hujus ſub eodem Herculis nomine *Philoſtratus* in Herode p. 552. Conveniunt enim Herculis nomen, patria Boeotia, Parnaſſus, vires immenſae, omnia. Niſi quod de latronibus nihil *Philoſtr.* De operibus enim, quamvis diſerte non dicat, ſatis ex eo intelligitur, quod tali viro opus fuiſſe dicit Iſthmum perforaturo p. 552. *Herodis Herculem* teſte Philoſtrato, vocabant, quia ab Herode in epiſtola longiore celebratus fuerat, ex qua omnia ſua habere *Philoſtratus* videtur. 16. *Agathion* etiam a ruſticis vocabatur, ut p. 553. docemur; *Soſtratus*, quod miror, nunquam illic dicitur. Optime monuerat Cl. *Hemſterhuſius* Praef. ad Pollucem. p. 29. eundem virum Philoſtrato & Luciano deſcribi. Quod miror a Doctiſſ. Philoſtrati Interprete, dum ea enarrat, non ulterius arreptum, contentumque eſſe dixiſſe, *eundem eſſe patere putat ex collatione*; non ipſum rem per ſe liquidam inſpexiſſe. *M. du S.*

10. Ἐπὶ μήκιστον] Diu cum Demonacte vixit Lucianus, qui ſub Nerone jam notus ad centeſimum ferme annum vitam produxit c. 3. & 63. *M. du S.*

11. Περὶ — Σωστράτου — ἐπίπονος εὐνὴ] De Demonacte ſcripturus Noſter, ait ſe ſingulari libello ſcripſiſſe de Soſtrato quodam, ubi magnitudinem ejus, ingens robur, omnemque victus rationem deſcripſerit. Qui libellus hodie λαμπρὸν φάος ἠελίοιο non adſpicit, & in caeterorum aevi veteris monumento-

rum,

gramine, & ſilveſtris victus, & opera a nomine *Herculis* non abhorrentia, quaeque aut tollendis latronibus perfecerit, aut viis per invia muniendis, aut cum pontibus junxit loca trajectu difficillima.

εὐνὴ, καὶ τροφαὶ ὄρειοι, καὶ ἔργα οὐκ ἀπῳδὰ τοῦ ὀνόματος, καὶ ὅσα ἢ λῃστὰς αἱρῶν ἔπραξεν, ἢ ὁδοποιῶν τὰ ἄβατα, ἢ γεφυρῶν τὰ δύσπορα.

2. De Demonacte autem jam dicere fas fuerit duarum rerum cauſſa, ut & ille in memoria verſetur, quantum fieri opera mea poteſt, praeſtantiſſimorum hominum, & juvenum generoſiſſimi, qui ad philoſophiam appulere animum, non antiqua tantum exempla habeant ad quae ſe ipſos componant, ſed etiam e noſtro ſaeculo illum ſibi tanquam canonem proponant atque aemulentur, optimum, quos ego novi, Philoſophorum.

Περὶ δὲ Δημώνακτος ἤδη δίκαιον λέγειν ἀμφοῖν ἕνεκα, ὡς ἐκεῖνός τε διὰ μνήμης εἴη τοῖς ἀρίστοις τόγε κατ' ἐμὲ, καὶ οἱ γενναιότατοι τῶν νέων, καὶ πρὸς Φιλοσοφίαν [a] ὁρῶντες, ἔχοιεν μὴ πρὸς τὰ ἀρχαῖα μόνα τῶν παραδειγμάτων σφᾶς αὐτοὺς ῥυθμίζειν, ἀλλὰ κἀκ τοῦ ἡμετέρου βίου κανόνα προτίθεσθαι, καὶ ζηλοῦν ἐκεῖνον, ἄριστον, ὧν οἶδα ἐγὼ, Φιλοσόφων γενόμενον.

3. Fuit autem genere Cyprius non obſcurorum unus, neque quantum ad dignitatem in republica, neque divitiarum nomine. Verum enim vero ſuperior hiſce

Ἦν δὲ τὸ μὲν γένος Κύπριος, οὐ τῶν ἀφανῶν, ὅσα εἰς ἀξίωμα πολιτικὸν, καὶ κτῆσιν. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ πάντων τούτων ὑπερ-

[a] Ὁρῶντες] Ὁρμῶντες *Graev*. Nihil mutant Edd.

rum, quae vel hominum, vel temporis iniquitas nobis invidit, numero cenſendus. Sed valde mihi ſuſpecta eſt hoc in loco illa ἐπίπονος εὐνή· in qua dictione nihil equidem video, quod eam commendare poſſit. An, qualiscumque ille lectus fuerit, decumbenti & feſſo, horridaeque ac aſperae vitae aſſuefacto, potuit eſſe moleſtus? Poſſet minima mutatione legi ἐπίποκος, ut Soſtratus intelligatur decubuiſſe in velleribus; poſſet quoque ἐπίπεδος· id enim videtur Noſter velle, eum humi cubuiſſe; idque caeteris, quae praedicat, optime convenit. Nullus equidem dubito, quin corrigendum ſit, ἡ ἐπὶ πόας εὐνή· *cubile in gramine*. Plane enim ita Noſter locutus fuerat in *Necyomantia* c. 7. εὐνὴ δὲ ὑπαίθριος ἐπὶ τῆς πόας. Et ſic *Homerus* Il. Π, 235. χαμαιεύνας habet. Latini dixerunt *humidormitiones*; vide *Iſ. Caſaubonum* ad Suetonii Julium, 72. *J. J.*

12. Γέγραπται μοι] Non exigua haec jactura exiſtimanda eſt. In eo enim libro ad hiſtoriam illius aetatis illuſtrandam multa fuiſſe, nullum dubium eſt. *M. du S.*

Ibid. Μέγεθος] VIII. pedes teſte *Philoſtrato* l. c. *M. du S.*

13. Ὑπαιθρος] Vid. *Plut.* 483. f. Noſter Μεν. c. 7. ὑπαίθριος ſcribit. *M. du S.*

14. Ἐπίπονος] Vide *Jenſium*. De diaeta agreſti *Philoſtrat.* l. c. *M. du S.* (An ἐπὶ πόας; adſcripſerat *Geſn.*)

19. Περὶ δὲ Δημώνακ.] Ut de Demonacte loquatur, aequum eſſe ait, primo ut is ſua opera memorabilis fiat apud optimos, &c. Fere ſic *Livius*, rerum Romanarum texturus hiſtoriam, in Praefatione, *Juvabit rerum geſtarum memoriae principis terrarum populi pro virili & me ipſum conſuluiſſe.* *J. J.*

22. Καὶ -- πρὸς Φιλοσοφίαν ὁρῶντες] Interpres: *& ad philoſophiam reſpicientes.* πρὸς Φιλοσοφίαν ὁρᾶν *Philoſophiae operam dare*, non eſt Graeca locutio: ſed ſcribendum πρὸς Φιλοσοφίαν ὁρμῶντες, ut paullo poſt πρὸς Φιλοσοφίαν ὥρμησεν. *J. G. G.*

28. Ἦν δὲ τὸ μὲν γένος Κύπριος, οὐ τῶν ἀφανῶν, ὅσα εἰς ἀξίωμα πολιτικὸν καὶ κτῆσιν. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ πάντων τούτων ὑπεράνω γενόμενος, καὶ ἀξιώσας ἑαυτὸν τῶν καλλίστων πρὸς Φιλοσοφίαν ὥρμησεν] Vertenda ſunt: *Erat itaque Demonax genere Cyprius, non obſcuro loco natus, quod quidem ad dignitates civiles, & facultates attinebat. Deſpectis nihilominus his omnibus, cum pulcherrimis ſe rebus dignum judicaſſet, ad philoſophiam animum appulit.* ὑπεράνω γενέσθαι non eſt *excelſiorem fieri*, ut interpretes tranſtulerunt, ſed *deſpicere, contemnere.* Laërtius: καὶ τῆς τῶν πολλῶν δόξης ὑπεράνω γίνεσθαι. *Vulgi laudes & gloriam contemnere.* Plutarchus in apophthegmate Ageſilai: ἐγὼ γάρ μοι δοκῶ τῶν τοιούτων βούλεσθαι ἐπάνω εἶναι, ἢ τὴν εὐανδροτάτην τῶν ἀντιτεταγμένων πόλιν κατὰ κράτος ἑλεῖν. *Malo me vincere contemtu talium rerum, quam praepotentem hoſtium urbem vi capere.* pro his dixit Lucianus ſtatim ὑπεριδὼν τῶν ἀνθρωπείων ἀγαθῶν. *J. G. G.*

30. Οὐ μὴν ἀλλὰ] Sic οὐ γὰρ ἀλλὰ, de quo vid. Cl. *Jenſ.* not. ad *Vit. Auct.* Οὐ μὴν ἀλλὰ ſimpliciter vertitur, *igitur*, in *Plutarchi* Num. p. 60. E. Scholiaſt. *Ariſtoph.* ad Nub. verſ. 71. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ περὶ τῶν Διονυσίου ἐστί τις ἑορτή. &c. pro, *ſed &*, vel *praeterea. Nihilominus. Verumtamen*, *Bergl.* ad Alciphr. II. 253. *J. F. R.*

31. Ὑπερ-

ὑπεράνω γενόμενος, καὶ ἀξιώσας ἑαυτὸν τῶν καλλίστων, πρὸς φιλοσοφίαν ὥρμησεν, οὐκ Ἀγαθοβούλου, μὰ Δί', οὐδὲ Δημητρίου πρὸ αὐτοῦ, οὐδὲ Ἐπικτήτου ἐπεγειράντων, ἀλλὰ πᾶσι μὲν συνεγένετο τούτοις, καὶ ἔτι Τιμοκράτει τῷ Ἡρακλεώτῃ, σοφῷ ἀνδρὶ, φωνήν τε καὶ γνώμην μάλιστα κεκοσμημένῳ. ἀλλ' ὁ [a] γὰρ Δημώναξ, οὐχ ὑπὸ τούτων τινὸς, ὡς ἔφην, παρακληθεὶς, ἀλλ' οἰκείας πρὸς τὰ καλὰ ὁρμῆς καὶ ἐμφύτου πρὸς φιλοσοφίαν ἔρωτος ἐκ παίδων εὐθὺς κεκινημένος, ὑπερεῖδε μὲν τῶν ἀνθρωπείων ἀγαθῶν ἁπάντων. ὅλον δὲ παραδοὺς ἑαυτὸν ἐλευθερίᾳ καὶ παῤῥησίᾳ διετέλεσεν, αὐτός τε ὀρθῷ καὶ ὑγιεῖ καὶ ἀνεπιλήπτῳ βίῳ χρώμενος, καὶ τοῖς ὁρῶσι καὶ ἀκούουσι παράδειγμα παρέχων τὴν ἑαυτοῦ γνώμην, καὶ τὴν ἐν τῷ φιλοσοφεῖν ἀλήθειαν.

Οὐ μὴν [b] ἀνίπτοις γε ποσὶ, τὸ τοῦ λόγου, πρὸς ταῦτα [c] ἧξεν, ἀλλὰ καὶ ποιηταῖς σύντροφος ἐγένετο, καὶ τῶν πλείστων

omnibus, atque ad ea quae pulcherrima ſunt, adſpirans, animum ad philoſophiam appulit, non Agathobulo profecto, neque ante ipſum Demetrio, neque Epicteto excitantibus; quibus omnibus quidem uſus eſt, & inſuper Heraclienſi Timocrate ſapienti viro, & linguae pariter atque animi ornatiſſimi: ſed non ab ullo horum incitatus, uti dixi, Demonax, verum a domeſtico ad honeſta impetu, & inſito philoſophiae amore a puero inde ſtatim commotus, humana bona omnia deſpexit, totumque ſe libertati & fiduciae cum tradidiſſet, ita vixit: recta cum ipſe, ſobria, atque experte reprehenſionis vita uſus, tum praebens videntibus audientibuſque exemplum, ſuam prudentiam, ſuamque in philoſophando veritatem.

4. Nec tamen illotis, quod aiunt, pedibus haec aggreſſus eſt. Sed poëtis innutritus erat, ac pleroſque tenebat memoria, exer-

a Γὰρ] Sic Edd. Γε legit *M. du S.* *b* Ἀνίπτοις] Sic recte L. *H. B2. Fr. P.* Ἀνίπποις male *J.* & *Fl. Ald.* Ἀνίπτοισι *S.* & *A.* Et ſic emendat etiam margo *A1W.* *c* Ἧξεν] Edd. priores ἦξεν.

49. *Οὐ μὴν ἀνίπτοις*] Ἀντὶ τοῦ ἀποσχεδιάσας. *V.*

31. Ὑπεράνω γενόμενος] Non indignabuntur manes *Graeviani*, huic monito viri ſummi non obtemperatum: ſed manſum in propria verborum ſententia. Nobilitas, divitiae, intercedebant inſtituto Demonactis; *ille ſuperior fuit his impedimentis.* Sic etiam res habet in reliquis. Poterat etiam *contemtus* hic locum habere: quae enim *facile ſuperamus*, *contemnimus.* Sed nihil omnium nos cogit ut a verborum proprietate & formali, quam vocant, ſignificatione hic recedamus. *J. M. G.*

33. Ἀγαθοβούλου] Hunc *Euſebius* anno Chr. CXX. floruiſſe, in Chronico auctor eſt. De eodem rurſus Noſter Περ. c. 17. quem locum vide. *M. du S.*

Ibid. Δημητρίου] Cynicus is, de quo legimus in *Apollonii Thyanei* vita IV. c. 25. p. 163. Quod autem πρὸ αὐτοῦ addit, non *Demonactem*, ut putavit *Vorſtius*, reſpicit, qui τὸν ideo inſerendum arbitrabatur; ſed Agathobulum Demetrio juniorem fuiſſe indicat. Vid. Ἱππ. c. 2. ſimilem phraſin, & Ὀρχ. c. 63. unde Neronis tempore vixiſſe hunc Demetrium conſtat. Conſule *Diog. Laërt.* V. 84. p. 161. A. hujus *Phavorinus* honorifice in ſcriptis ſuis, teſte ibidem *Philoſtrato*, meminerat. *M. du S.*

35. Τιμοκράτει] Vid. Ἀλεξ. c. 57. & Ὀρχ. c. 69. de eo *Philoſtr.* p. m. 265. (536.) τὸ δὲ γλώττης εὐφόρως εἶχε, καὶ σφοδρῶς, καὶ ἑτοίμως. Circa an. Chr. 130. floruiſſe traditur in Chronol. Sophiſt. *Philoſtr.* Quae ſi vera ſunt, aut alium Timocratem denotant, aut hic etiam longaevus fuit. Vid. Ὀρχ. c. 69. Sed errat Chronicon; nam de hoc ipſo haud dubie ſermo eſt. *M. du S.*

38. Ἀλλ' ὁ γὰρ Δημώναξ] Lege omnino ἀλλ' ὅ γε Δη. *M. du S.*

49. Ἀνίπτοις γε ποσὶ] Neutiquam inexercitatus neque rudis; quo proverbio etiam uſus eſt in *Rhetor. praecept.* *G. C.*

Ἀνίπτοις ποσὶ] Vide Parœmiog. *J. B.*

Ἀνίπτοις γε] L. *H. B2. Fr. P.* quod cur mutarit *S.* Ed. feceritque ἀνίπτοισι π. nulla ratio erat. *M. du S.*

50. Ἧξεν] Sic mutavi; minus placebat enim, quod omnes libri noſtri hic praeferunt ἦξεν. Vid. & Δραπ. c. 6. ubi itidem plerique Impreſſi errarunt. Et confer notam *T. Fabri*, & noſtram ad Περ. c. 37. *M. du S.*

54. Ἄκρων

exercebaturque dicendo : tum ſectas philoſophorum non pauxillum, neque extremo, ſecundum proverbium, digito attigerat, verum ſciebat: corpus vero exercuerat, & ad patientiam laborum ſubegerat. In univerſum cura illi, ne cujuscumque alterius rei indigeret : adeo ut cum intelligeret, ſe non amplius ſibi ſufficere, de vita ſponte abierit, relicto Graecorum optimis quibusque multo de ſe ſermone.

ἐμέμνητο, καὶ λέγειν ἤσκητο, καὶ τὰς ἐν φιλοσοφίᾳ προαιρέσεις οὐκ ἐπ' ὀλίγον, οὐδὲ κατὰ τὴν παροιμίαν, ἄκρῳ τῷ δακτύλῳ ἁψάμενος, ἠπίστατο, καὶ τὸ σῶμα δὲ ἐγεγύμναστο, καὶ πρὸς καρτερίαν διεπεπόνητο, καὶ τὸ ὅλον, ἐμεμελήκει αὐτῷ μηδενὸς ἄλλου προσδεᾶ εἶναι· ὥστε ἐπεὶ καὶ ἔμαθεν οὐκ ἔτι ἑαυτῷ διαρκῶν, ἑκὼν ἀπῆλθε τοῦ βίου, πολὺν ὑπὲρ αὐτοῦ λόγον τοῖς ἀρίστοις τῶν Ἑλλήνων καταλιπών.

5. Philoſophiae autem non unam aliquam ſpeciem ſibi reſecuit, ſed multis in unum commiſtis, non ſatis declaravit, qua illarum *praeter caeteras* gauderet. Videbatur tamen Socratis maxime ad familiam ſe applicuiſſe, licet habitu & illa victus facilitate aemulari Sinopenſem videretur. Neque tamen ea quae ad victum pertinent in deterius mutabat, ut admirarentur ipſum, & oculos in ipſo defigerent vulgo homines, ſed eodem quo caeteri victus cultusque genere utens, communis, ne pauxillum quidem tumidus, verſabatur privatim & publice cum omnibus.

Φιλοσοφίας δὲ εἶδος οὐχ ἓν ἀποτεμνόμενος, ἀλλὰ πολλὰ ἐς [d] ταυτὸ καταμίξας, οὐ πάνυ τι ἐξέφαινε, τίνι αὐτῶν ἔχαιρεν· ἐῴκει δὲ τῷ Σωκράτει μᾶλλον ᾠκειῶσθαι, εἰ καὶ τῷ σχήματι, καὶ τῇ τοῦ βίου ῥᾳστώνῃ τὸν [e] Σινωπέα ζηλοῦν ἔδοξεν, οὐ παραχαράττων τὰ ἐς τὴν δίαιταν, ὡς θαυμάζοιτο, καὶ ἀποβλέποιτο ὑπὸ τῶν ἐντυγχανόντων, ἀλλ' ὁμοδίαιτος ἅπασι, καὶ πεζὸς ὤν, καὶ οὐδ' ἐπ' ὀλίγον τύφῳ κάτοχος, συνῆν καὶ ξυνεπολιτεύετο.

Καὶ

d Ταυτὸ] Τοῦτο Edd. priores. *e* Σινωπέα] Σινοπέα male *J.*

67. Τὸν Σινωπέα] Τὸν Διογένη. *V.*

54. Ἄκρῳ τῷ δακτύλῳ] Sic ſupra, *Quom. Hiſt.* c. 4. f. Hoc vero Luciani adducit Clar. *Elſner.* ad *Evang. Matth.* XXIII. 4. ubi: τῷ δὲ δακτύλῳ αὐτῶν, οὐ θέλουσι κινῆσαι αὐτά. Tum etiam ex *Jul. Orat.* 6. p. 200. γευέσθω δὲ τρυφῆς μηδὲ ἄκρῳ, φασὶ, τῷ δακτύλῳ. *J. F. R.*

55. Καὶ τὸ σῶμα δὲ] Illud καὶ δὲ quod fruſtra alibi ſuſpectum fuit commentatoribus, vidimus ſupra *de Salt.* §. 10. §. 12. & 13. Item I. *Ver. Hiſt.* c. 15. *Alex.* c. 41. &c. Adde modo laudatum Rev. *J. Elſner.* ad *Evang. Joan.* XV. 27. in quo habemus: καὶ ὑμεῖς δὲ μαρτυρεῖτε. Quod is convertit : *& vos itidem*, aut, *quin & vos teſtabimini*, aliaque ex *Xenoph. Thucyd. Arrian.* hoc Luciani teſtimonio non omiſſo, adducit. *J. F. R.*

63. Ἐς τοῦτο] *Non dubito, quin legendum ſit* ἐς ταυτὸ, *ſic certe interpretatus ſum.* *J. M. G.*

Ἐς ταυτὸ] Quod Clar. *Geſn.* conjecit, id *Solanus* quoque ſic emendaverat : & quia neceſſaria eſt emendatio, vel ſine Codd. auctoritate ita edidi. *J. F. R.*

67. Οὐ παραχαράττων τὰ] Dicit Demonactem imitatum eſſe Socratem, & frugalitate Diogenem, οὐ παραχαράττων τὰ ἐς τὴν δίαιταν, ὡς θαυμάζοιτο, καὶ ἀποβλέποιτο ὑπὸ τῶν ἐντυγχανόντων, ἀλλ' ὁμοδίαιτος ἅπασι. Vertunt : *Non tamen adulterabat ea quae ad victum pertinebant, admirationis emerendae gratia, utque ab iis reſpiceretur, quibuscum verſabatur ; verum communi cum aliis vivendi ratione utebatur.* παραχαράττειν τὰ εἰς τὴν δίαιταν. *non eſt adulterare quae ad victum pertinent*, ſed *non mutare vivendi rationem, non recedere a communi vivendi genere.* Joſephus v. ἀρχαιολογίας, παρέβαινε δ' ἤδη τὰ πάτρια, καὶ τὴν οἰκείαν δίαιταν παρεχάραττε ξενικῶν μιμήσει ἐθισμῶν. *ejurabat patrios mores, domeſticosque ritus antiquabat, imitatione peregrinorum morum.* Ruffinus ſic vertit : *Tranſcendebat jam leges patrias, & edicta propria requirebat mores imitando peregrinorum.* Syneſius : καὶ τοὺς τραπεζίτας τοὺς πονηροὺς τοὺς καθάπερ νόμισμα τὸ δόγμα τὸ θεῖον παραχαράττοντες. *ut nummos divinam doctrinam mutantes.* *J. G. G.*

Καὶ τὴν μὲν τοῦ Σωκράτους εἰρωνείαν οὐ προσιέμενος, χάριτος δὲ Ἀττικῆς μεστὰς ἀποφαίνων τὰς συνουσίας· ὡς τοὺς προσομιλήσαντας ἀπιέναι, μήτε καταφρονήσαντας ὡς ἀγεννοῦς, μήτε τὸ σκυθρωπὸν τῶν ἐπιτιμήσεων ἀποφεύγοντας, παντοίους δὲ ὑπ' εὐφροσύνης γενομένους, καὶ κοσμιωτέρους παραπολὺ, καὶ φαιδροτέρους, καὶ πρὸς τὸ μέλλον εὐέλπιδας.

Οὐδεπώποτε γοῦν ὤφθη κεκραγὼς, ἢ ὑπερδιατεινόμενος, ἢ ἀγανακτῶν, οὐδ' εἰ ἐπιτιμᾶν τῳ δέοι, ἀλλὰ τῶν μὲν ἁμαρτημάτων καθήπτετο, τοῖς δὲ ἁμαρτάνουσι συνεγίνωσκε, καὶ τὸ παράδειγμα παρὰ τῶν ἰατρῶν ἠξίου λαμβάνειν, τὰ μὲν νοσήματα ἰωμένων, ὀργῇ δὲ πρὸς τοὺς νοσοῦντας οὐ χρωμένων. ἡγεῖτο γὰρ ἀνθρώπου μὲν εἶναι τὸ ἁμαρτάνειν, θεοῦ δὲ, ἢ ἀνδρὸς ἰσοθέου, τὰ πταισθέντα ἐπανορθοῦν.

Τοιούτῳ δὴ βίῳ χρώμενος, εἰς ἑαυτὸν μὲν οὐδενὸς ἐδεῖτο, φίλοις δὲ συνέπραττε τὰ εἰκότα, καὶ τοὺς μὲν εὐτυχεῖν δοκοῦντας αὐτῶν ὑπεμίμνησκεν, ὡς ἐπ' ὀλιγοχρονίοις τοῖς δοκοῦσιν ἀγαθοῖς ἐπαιρομένους· τοὺς δὲ ἢ πενίαν ὀδυρομένους, ἢ φυγὴν δυσχεραίνοντας, ἢ γῆρας, ἢ νόσον αἰτιωμένους, σὺν γέλωτι παρεμυθεῖτο, οὐχ ὁρῶντας ὅτι μετὰ μικρὸν αὐτοῖς παύσεται μὲν τὰ ἀνιῶντα, λήθη δέ

6. Socratis quidem illam diſſimulationem non admittens, ſed plenam Attica quadam gratia conſuetudinem prae ſe ferens. Itaque ſic ab eo diſcedebant, qui cum illo fuerant, ut neque contemnerent tanquam ignavum, neque aſperitatem reprehenſionum ejus refugerent: ſed prae voluptate quaſi immutati, decentiores multum, & hilariores, & ſpei in futurum melioris eſſent.

7. Nunquam enim viſus eſt clamare, aut ſupra modum contendere, aut indignari, neque ſi quis reprehendendus eſſet: ſed peccata cum perſtringeret, ignoſcebat peccantibus, volebatque exemplum nos capere a medicis, ſanantibus quidem morbos, ira autem in aegrotos non utentibus. Putabat enim, hominis quidem eſſe peccare, Dei autem aut aequalis Deo hominis, peccata corrigere.

8. Hanc vitam cum viveret, pro ſe ille quidem nullius rei indigebat, ſed amicos in iis, quae e re eſſe judicaret, adjuvabat: & ſi qui illorum felices *ſibi* viderentur, ſubmonuit, quam brevibus, quae nunc viderentur, bonis efferrentur. Qui vero aut paupertatem deplorarent, aut exilium aegre ferrent, aut ſenectutem, vel morbum accuſarent, conſolatus cum riſu eſt, qui non viderent, poſt puſillum temporis ceſſatura quae ipſos contriſtarent, oblivionem vero quan-

73. Σωκράτους εἰρωνείαν] Hinc Socrates dictus εἴρων, utebatur enim, ut ait *Cic.* I. de Off. libenter ea diſſimulatione, quam Græci εἰρωνίαν vocant. *G.C.*

78. Παντοίους] Alio ſenſu uſurpare ſolet. Vid. N. Δ. 21. *M. du S.*

82. Οὐδεπώποτε] Id plus eſſe, quam οὐδέποτε vid. ſupra in verbis *Diog. Laërt.* ab *Solano* prolatis ad 2. *Ver. Hiſt.* c. 18. *J. F. R.*

16. Οἰκεῖον] *Homo ſum, humani nihil a me alienum puto.* Terent. *M. du S.*

17. Πλέον δὲ, ἢ ἔλαττον ἔχαιρε συνὼν ἐνίοις αὐτῶν, μόνοις ἐξιστάμενος, ὁπόσοι ἂν ἐδόκουν αὐτῷ ὑπὲρ τὴν τῆς θεραπείας ἐλπίδα διαμαρτάνειν] Sic diſtinguendum opinor. Vulgo junctim haec leguntur, συνὼν ἐνίοις αὐτῶν μόνοις ἐξιστάμενος. Interpres hic iterum turpiſſime ſeſe dat, vertens: *Plus autem, minusve laetabatur, eorum ſolummodo conſuetudinem devitans, quotquot illi videbantur propter ſpem obſequii delinquere.* Nihil inſullius, ſi Graeca ſpectes, & mentem ſcriptoris. Verto: *Plus autem minusve laetabatur, converſans cum quibusdam eorum* (quibuscum nempe verſabatur: verſabatur autem cum omnibus, non omnium tamen uſu peraeque delectatus) *iis ſolis ſe abſtinens, quotquot ei viderentur ſupra omnem ſpem emendationis delinquere.* Eos devitabat Demonax, de quibus nulla morum emendatio ſperari poterat; qui erant ἀνήκεστοι; &, ut Belgae dicimus, **daer geen ſalv meer aen te ſmeren was.** *J. J.*

Πλέον δὲ, ἢ ἔλαττον ἔχαιρε, συνὼν ἐνίοις αὐτῶν μόνοις ἐξιστάμενος, ὁπόσοι ἂν &c.] Diſtinguenda mihi quidem videntur verba hoc modo: πλέον δὲ ἢ ἔλαττον ἔχαιρε συνὼν ἐνίοις αὐτῶν, μόνοις ἐξιστάμενος, ὁπόσοι ἂν. &c. h. e. *Plus vero minusve delectabatur conſuetudine quorundam ex iis, devitans ſolos, quicumque.* Quemadmodum hic Lu-

quandam bonorum pariter ac malorum, ac libertatem longam brevi omnes occupaturam.

τις ἀγαθῶν καὶ κακῶν, καὶ ἐλευθερία μακρὰ πάντας ἐν ὀλίγῳ [a] καταλήψεται.

9. Curae hoc quoque ſibi habebat, ut diſſidentes inter ſe fratres in concordiam redigeret, mulieribusque pacem cum maritis conciliaret. Eſt etiam ubi in populo turbis agitato concinne verba fecit, perſuaſitque majori parti, ut miniſtrarent patriae *tributa* mediocria. Talis erat ratio illius philoſophiae, mitis, manſueta, hilaris.

[b] Ἔμελε δὲ αὐτῷ καὶ ἀδελφοὺς στασιάζοντας διαλλάττειν, καὶ γυναιξὶ πρὸς τοὺς γεγαμηκότας εἰρήνην πρυτανεύειν. καί που καὶ δήμοις ταραττομένοις ἐμμελῶς διελέχθη, καὶ τοὺς πλείστους αὐτῶν ἔπεισεν ὑπουργεῖν τῇ πατρίδι τὰ μέτρια. τοιοῦτός τις ἦν ὁ τρόπος τῆς φιλοσοφίας αὐτοῦ, πρᾶος, καὶ ἥμερος, καὶ φαιδρός.

10. Solum moleſtia ipſum afficiebat morbus aut mors amici, qui maximum inter homines bonum amicitiam judicaret. Ac propter haec amicus erat omnibus, nec eſt, quem non domeſticum & familiarem putaret, in quantum homo eſſet. Caeterum magis minusve quorundam inter illos conſuetudine delectabatur, a ſolis illis ſe removens, qui ultra ſpem emendationis peccare ipſi viderentur. Atque haec cum Gratiis & ipſa Venere faciebatque & dicebat, ut ſemper, quod eſt in Comoedia, *Suada in labiis illius inſideret.*

Μόνον αὐτὸν ἠνία φίλου νόσος ἢ θάνατος, ὡς ἂν καὶ τὸ μέγιστον τῶν ἐν ἀνθρώποις ἀγαθῶν τὴν φιλίαν ἡγούμενον· καὶ διὰ τοῦτο φίλος μὲν ἦν ἅπασι, καὶ οὐκ ἔστιν ὅν τινα οὐκ οἰκεῖον ἐνόμιζεν, ἄνθρωπόν γε ὄντα. πλέον δὲ ἢ ἔλαττον ἔχαιρε συνὼν ἐνίοις αὐτῶν, μόνοις ἐξιστάμενος, ὁπόσοι ἂν ἐδόκουν αὐτῷ ὑπὲρ τὴν τῆς θεραπείας ἐλπίδα διαμαρτάνειν. καὶ ταῦτα πάντα μετὰ Χαρίτων καὶ Ἀφροδίτης αὐτῆς ἔπραττέ τε καὶ ἔλεγεν, ὡς ἀεὶ τὸ κωμικὸν ἐκεῖνο, Τὴν Πειθὼ τοῖς χείλεσιν αὐτοῦ ἐπικαθῆσθαι.

11. Itaque Athenienſium cum univerſus populus, tum principes, ſupra modum illum admirabantur, & ut ad Deum aliquem ſemper ad ipſum reſpiciebant. Quamquam initio pleriſque illorum offenſus eſt, odiumque non minus populari illo contraxit

Τοιγαροῦν καὶ Ἀθηναίων ὅ, τε σύμπας δῆμος, καὶ οἱ ἐν τέλει ὑπερφυῶς ἐθαύμαζον αὐτὸν, καὶ διετέλουν, ὥς τινα τῶν κρειττόνων προσβλέποντες. καίτοι ἐν ἀρχῇ προσέκρουε τοῖς [c] πολλοῖς αὐτῶν, καὶ μῖσος οὐ μεῖον τοῦ παρὰ τοῖς πλήθεσιν ἐκτήσατο ἐπί τε τῇ

a Καταλήψ.] Καταλείψ. male *P.* *b* Ἔμελε] Ἔμελλε *Fl.* male. Cett. recte ut edidimus. *c* Πολλοῖς] Πολλῖς male *J.* ſola.

Lucian. ἔχαιρε συνὼν ἐνίοις, ita *Xenoph.* K. Π. II. 15. ἥδομαι συνὼν τούτῳ. *L. Bos.*

Πλέον δὲ, ἢ ἔλαττον ἔχαιρε, &c.] Diſtinctionem a *L. Bos* propoſitam ſum ſecutus, priſtinam abolendo. *J.F.R.*

19. Ὑπὲρ τὴν τῆς θεραπείας ἐλπίδα διαμαρτάνειν] Benedictus, *propter ſpem obſequii delinquere*, ex Opſopæo, qui largius, *propter ſpem exhibiti obſequii delinquere.* Mirabiles verſiones. Intellige *ſupra ſpem emendationis delinquere.* *J.G.*

20. Μετὰ Χαρίτων καὶ Ἀφροδίτης] Conf. *Alciphr.* I. Ep. 38. p. 180. ibique not. *Bergleri.* *J.F.R.*

22. Κωμικὸν] *Eupolis.* Vid. fragmentum allatum in notis ad Νιγρ. c. 4. *M. du S.*

Ibid. Τὴν Πειθὼ τοῖς χείλεσιν &c.] Utitur & *Alciphr.* I. ep. 38. p. 178. f. ἐπ' ἄκροις μοι δοκεῖ τοῖς χείλεσιν αὐτῆς ἐκάθισεν ἡ Πειθώ. Ad quae verba *Bergler.* haec Luciani aliaque adferre non eſt oblitus. *J.F.R.*

26. Κρειττόνων] (Verte *ex Diis.*) *L. Kuſt.* Vid. Ἀμισθ. c. 8. *M. du S.*

28. Οὐ μεῖον τοῦ παρὰ τοῖς πλήθ.] Non ſatis haec intelligo. Si τοῦ abſit, μεῖον reſpiciet ad amorem & admirationem, de qua modo dictum: ſi retinendum eſt, excidiſſe nomen *Socratis* dicam. Interim verti, ut verba jacent. *J.M.G.*

29. Τοῦ παρὰ] Delendum cenſeo illud τοῦ, cum ſententiam obſcuret. *M. du S.*

33. Οὐ-

τῇ παῤῥησίᾳ καὶ ἐλευθερίᾳ. καί τινες ἐπ' αὐτὸν συνέστησαν Ἄνυτοι καὶ [a] Μέλιτοι, τὰ αὐτὰ κατηγοροῦντες, ἅπερ κἀκεῖνοι τότε, ὅτι οὔτε θύων ὤφθη πώποτε, οὔτε ἐμυήθη μόνος ἁπάντων ταῖς Ἐλευσινίαις. πρὸς ἅπερ ἀνδρείως μάλα στεφανωσάμενος, καὶ καθαρὸν ἱμάτιον [b] ἀναλαβὼν, καὶ παρελθὼν εἰς τὴν ἐκκλησίαν, τὰ μὲν ἐμμελῶς, τὰ δὲ καὶ τραχύτερον [c] ἢ κατὰ τὴν ἑαυτοῦ προαίρεσιν ἀπελογήσατο. πρὸς μὲν γὰρ τὸ μὴ τεθυκέναι πώποτε τῇ Ἀθηνᾷ, Μὴ θαυμάσητε, ἔφη, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, εἰ μὴ πρότερον αὐτῇ ἔθυσα. οὐδὲ γὰρ δεῖσθαι αὐτὴν τῶν παρ' ἐμοῦ θυσιῶν ὑπελάμβανον. πρὸς δὲ θάτερον τὸ τῶν μυστηρίων, ταύτην ἔφη ἔχειν τὴν αἰτίαν, τοῦ μὴ κοινωνῆσαι σφίσι τῆς τελετῆς, ὅτι ἄν τε φαῦλα ᾖ τὰ μυστήρια, οὐ σιωπήσεται πρὸς τοὺς μηδέπω μεμυημένους, ἀλλ' ἀποτρέψει αὐτοὺς τῶν ὀργίων· ἄν τε καλὰ, πᾶσιν αὐτὰ ἐξαγορεύσειν ὑπὸ φιλανθρωπίας. ὥστε τοὺς Ἀθηναίους ἤδη λίθους ἐπ' αὐτὸν ἐν ταῖν χεροῖν ἔχοντας, πράους αὐτῷ καὶ ἵλεως γενέσθαι αὐτίκα, καὶ τὸ ἀπ' ἐκείνου ἀρξαμένους τιμᾶν, καὶ αἰδεῖσθαι, καὶ τὰ τελευταῖα, θαυμάζειν. καίτοι εὐθὺς ἐν ἀρχῇ τῶν πρὸς αὐτοὺς λόγων, τραχυτέρῳ ἐχρήσατο τῷ προοιμίῳ. Ἄνδρες γὰρ, ἔφη, Ἀθηναῖοι, ἐμὲ μὲν ὁρῶντες ἐστεφανωμένον, ὑμεῖς ἤδη κἀμὲ καταθύσατε· τὸ γὰρ πρότερον οὐκ ἐκαλλιερήσατε.

Βούλομαι δὲ ἕνα παραθέσθαι τῶν εὐστόχως

loquendi illa fiducia atque libertate. Jamque conſurrexerant contra illum Anyti quidam & Meliti, accuſantes eadem, quae illi quondam, quod neque ſacrificare unquam viſus eſſet, neque initiatus eſſet ſolus omnium Eleuſiniis. Ad quae quidem ille viriliter ſane, coronatus & pura veſte indutus cum in concionem prodiiſſet, partim concinne, partim vero aſperius quam pro ſuo inſtituto cauſſam dixit. Ad illud enim crimen, quod nunquam rem ſacram Minervae feciſſet, *Nolite*, inquit, *mirari, Athenienſes, ſi non prius ei ſacrum feci; neque enim indigere meis illam victimis putabam.* Ad alterum vero illud de Myſteriis, *Hanc ſibi cauſſam eſſe* dicebat, *cur non veniret in communionem initiorum, quod, ſi mala ſint myſteria, taciturus non eſſet apud non initiatos, ſed dehortaturus illos ab orgiis, ſin bona, indicaturum prae humanitate omnibus.* Igitur Athenienſes qui jam lapides contra ipſum haberent in manibus, mites illi & propitii ſtatim ſunt facti, & illo initio facto honorarunt virum, reveriti ſunt, ac denique admirati: quamquam in principio ſtatim ſuae ad illos orationis aſperiori paullum uſus eſſet prooemio. Nam, *Athenienſes*, inquit, *cum coronatum me* (victimae inſtar) *videatis, vos jam me quoque mactate; priore enim hoſtia non litaſtis.*

12. Volo jam ſubjicere quaedam acute pa-

a Μέλιτοι] Μέλητοι *Fl.* male. Cett. recte. Conf. ſupra Ἀναβ. §. 10. *b* Ἀναλαβὼν] Sic Edd. Ἀναβαλὼν malit *M. du S.* *c* Ἢ] Deeſt haec particula in *Fl.*

33. Οὔτε θύων ὤφθη πώποτε] Contrarium docet *Xenoph.* in Memorab. L. I. p. 570. 571. Ed. *Baſil.* Sed cum Socrates de facultatibus exiguis exigua ſacra faceret, nihilo ſe putabat minus praeſtare, quam illos, qui de magnis opibus multas & amplas hoſtias caederent. *J.F.R.*

34. Ταῖς Ἐλευσινίαις] Scilicet τελεταῖς. *F.G.*

36. Ἀναλαβὼν] Forſan ἀναβαλὼν; certe Noſtro ἀναβολὴ eo ſenſu frequens. *M. du S.*

42. Οὐδὲ γὰρ δεῖσθαι] *Minut. Fel.* Octavio. *J.B.*

62. Ἀπὸ Φαβωρίνου] De quo *Philoſtrat.* Lib. I. Sophiſtar. *G.C.*

Ἀπὸ Φαβωρίνου] Φαβωρῖνος Latine ſcribendum *Favorinus* (non *Phavorinus*) ut jam pridem monuit *Jenſius*; eſt enim Romanum nomen a *favor*, ut *Cenſorinus*, a *Cenſor* &c. *Olearius* ad Philoſtr. Vit. Sophiſt. I. §. VIII. p. 489. *J.F.R.*

65. Καὶ μάλιστα τῶν ἐν αὐταῖς μελῶν] Sic hæc verba bonus Opſopœus interpretatus eſt, quaſi hoc loco μελῶν de membris accipiendum eſſet. Infeliciter certe, ne

pariter & urbane ab illo dictorum. Juvat autem a Phavorino & his, quae ad illum dixit, incipere. Cum enim audiſſet e quodam Phavorinus, deridiculo ab illo haberi ipſius cum familiaribus ſermones, maxime verſiculos illis immiſtos, quod fracti nimis, ignavi, muliebres, philoſophiam minime decentes eſſent: acceſſit ad Demonactem rogavitque, *Quis eſſet*, (quid ſibi arrogaret) *qui ſua derideret?* Is, *Homo*, inquit, *aures habens deceptu non nimium faciles*. Inſtante vero Sophiſta atque interrogante, *Quo vero viatico inſtructus, Demonax, a puero ad Philoſophiam acceſſiſti? Teſticulis*, inquit.

τε ἅμα καὶ ἀστείως ὑπ᾽ αὐτοῦ λελεγμένων· ἄρξασθαι δὲ ἀπὸ Φαβωρίνου καλὸν, καὶ ὧν πρὸς ἐκεῖνον εἶπεν. ἐπεὶ γὰρ ὁ Φαβωρῖνος ἀκούσας τινὸς, ὡς ἐν γέλωτι [d] ποιοῖτο τὰς ὁμιλίας αὐτοῦ, καὶ μάλιστα τῶν ἐν αὐταῖς μελῶν τὸ ἐπικεκλασμένον σφόδρα, ὡς ἀγεννὲς, καὶ γυναικεῖον, καὶ Φιλοσοφίᾳ ἥκιστα πρέπον, προσελθὼν, ἠρώτα τὸν Δημώνακτα, τίς ὢν χλευάζοι τὰ αὐτοῦ; Ἄνθρωπος, ἔφη, οὐκ εὐαπάτητα ἔχων τὰ ὦτα. ἐγκειμένου δὲ τοῦ σοφιστοῦ, καὶ ἐρωτῶντος, τίνα δὲ καὶ ἐφόδια ἔχων, ὦ Δημῶναξ, ἐκ παιδὸς ἐς Φιλοσοφίαν ἥκεις; ὄρχεις, ἔφη.

13. Alio quodam tempore idem accedens interrogat Demonactem, *Quam maxime ſectam in philoſophia amplecteretur?* At ille, *Quis vero tibi*, inquit, *dixit me philoſophari?* & jam diſcedens apud ſe ſuaviter ſane riſit. Illo vero interrogante, *Quid rideret? Ridiculum mihi*, inquit, *eſſe videbatur, te a barba judicari velle philoſophos, barbam cum ipſe non habeas.*

Ἄλλοτε δέ ποτε ὁ αὐτὸς [e] προσελθὼν ἠρώτα τὸν Δημώνακτα, τίνα αἵρεσιν ἀσπάζεται μᾶλλον ἐν Φιλοσοφίᾳ, ὁ δὲ, τίς γάρ σοι εἶπεν, ὅτι Φιλοσοφῶ; καὶ ἀπιὼν ἤδη παρ᾽ [f] αὐτοῦ ἡδὺ μάλα ἐγέλασε. τοῦ δὲ ἐρωτήσαντος ἐφ᾽ ὅτῳ γελᾷ, ἐκεῖνος ἔφη, Γελοῖόν μοι εἶναι ἔδοξεν, εἰ σὺ ἀπὸ τοῦ πώγωνος ἀξιοῖς κρίνεσθαι τοὺς Φιλοσοφοῦντας, αὐτὸς πώγωνα οὐκ ἔχων.

14. Sidonio aliquando Athenis florente, ac de ſe laudem commemorante ejusmodi, ſe philoſophiam univerſam exploraſſe, ſed nihil impedit verba ipſa referre: *Si Ariſtoteles me vocet in Lyceum, ſequar: ſi Plato in Academiam, veniam: ſi Zeno ad Poecilen, ibi commorabor: ſi Pythagoras vocet, ſi-*

Τοῦ δὲ Σιδωνίου ποτὲ σοφιστοῦ Ἀθήνησιν εὐδοκιμοῦντος, καὶ λέγοντος ὑπὲρ αὐτοῦ ἔπαινόν τινα τοιοῦτον, ὅτι πάσης Φιλοσοφίας πεπείραται, οὐ χεῖρον δὲ αὐτὰ εἰπεῖν ἃ ἔλεγεν· ἐὰν Ἀριστοτέλης με καλῇ ἐπὶ τὸ Λύκειον, ἕψομαι· ἂν Πλάτων ἐπὶ τὴν Ἀκαδημίαν, ἀφίξομαι· ἂν Ζήνων ἐπὶ [g] τῇ Ποικίλῃ, διατρίψω· ἂν Πυθαγόρας καλῇ,

d Ποιοῖτο] Sic recte Edd. Ποιῶτο P. Ποιεῖτο Ex. *Fl.* utrumque male. *e* Προσελθὼν] Προσελθεῖν male *S.* quod *Amſt.* tamen correxit & vett. Edd. —ων habent. *f* Αὐτοῦ] Αὐτοῦ P. L. & *J.* Αὐτῷ male Ex. *Fl. H. P. S.* Αὐτῷ *B2.* *g* Τῇ Ποικίλῃ] Sic dedit *M. du S.* ex Angl. L. & P. Τὴν Ποικίλην Edd. priores.

ne dicam ridicule. At tu verte: *& maxime in illis carmina fracta & minime generoſa.* *J. P. a G.*

71. Ἐγκειμένου δὲ τοῦ σοφιστοῦ] Male Interpres: *Inſtante vero quodam Sophiſta*, vertendum: Inſtante vero Sophiſta: hoc eſt, Favorino. *AE. M.*

73. Ὄρχεις ἔφη] Spado fuit Favorinus. *AE. M.*

Ὄρχεις] Quia Eunuchus Phavorinus (Vid. Εὐν. No. 7.) & ejus orationes molles, ut ſupra viſum eſt: plurimi in eam rem joci jacti ſunt & ab aliis. Vid. *Philoſtr.* p. 541. & Noſtrum Εὐν. c. 7. *M. du S.*

78. Αὐτοῦ] P. L. & Ed. *J.* Reliquae αὐτῷ, niſi quod *B2.* αὐτῷ fecit. *M. du S.*

81. Αὐτὸς πώγωνα οὐκ ἔχων] Ἀγενείως γὰρ τοῦ προσώπου καὶ γηράσκων εἶχεν, inquit de eo *Philoſtratus* de vit. Soph. L. I. VIII. 1. p. 489. *M. du S.*

83. Σιδωνίου] Quis ille ſophiſta fuerit, neſcio; certe apud *Philoſtratum* fruſtra quaeſivi. *M. du S.*

89. Ἐπὶ τὴν Ποικίλην] Angl. ἐπὶ τῇ ποικίλῃ. *J. B.*

Ἐπὶ τῇ Ποικίλῃ] A. P. & L. unde etiam reliqua aliter interpungenda eſſe diſcimus. Reliqui ἐπὶ τὴν Ποικίλην. *M. du S.*

λῇ, σιωπήσομαι· ἀναςὰς οὖν ἐκ μέσων τῶν ἀκροωμένων οὗτος, ἔφη, προσειπὼν τὸ ὄνομα, καλεῖ σε Πυθαγόρας.

lebo : ſurgens igitur ex mediis auditoribus, *Heus tu*, inquit, *nomine illum appellans, vocat te Pythagoras.*

Πύθωνος δέ τινος τῶν ἐν Μακεδονίᾳ εὐπαρύφων, νεανίσκου ὡραίου, ἐρεσχελοῦντος αὐτὸν, καὶ προτείνοντος ἐρώτημά τι σοφιστικὸν, καὶ κελεύοντος εἰπεῖν τοῦ συλλογισμοῦ τὴν λύσιν, Ἓν, ἔφη, οἶδα τέκνον, ὅτι περαίνῃ. ἀγανακτήσαντος δὲ ἐκείνου [a] ἐπὶ τῷ τῆς ἀμφιβολίας σκώμματι, καὶ συναπειλήσαντος· Αὐτίκα σοι μάλα τὸν ἄνδρα ἐπιδείξω, ὁ δὲ σὺν γέλωτι ἠρώτησε, καὶ γὰρ ἄνδρα ἔχεις;

15. Pythonis cujuſdam Purpuratorum Macedoniae filio pulchro, irritante illum nugis, & ſophiſticam interrogationem proponente, ejusque ſyllogiſmi ſolutionem dicere illum jubente, *Unum*, inquit, *puer, novi, te περαίνεσθαι.* Aegre autem ferente illo luſum ex ambiguo, & una minitante, *Statim tibi virum monſtrabo !* cum riſu interrogavit, *Virum nempe habes?*

Ἐπεὶ δέ τις ἀθλητὴς καταγελασθεὶς ὑπ' αὐτοῦ, ὅτι ἐσθῆτα ὤφθη ἀνθεινὴν ἀμπεχόμενος, Ὀλυμπιονίκης ὢν, ἐπάταξεν αὐτὸν εἰς τὴν κεφαλὴν λίθῳ, καὶ αἷμα ἐῤῥύη· οἱ μὲν παρόντες ἠγανάκτουν, ὡς αὐτὸς ἕκαστος [b] τετυπτημένος, καὶ ἐβόων ἐπὶ τὸν ἀνθύπατον ἰέναι· ὁ δὲ Δημῶναξ, Μηδαμῶς, ἔφη, ἄνδρες, πρὸς τὸν ἀνθύπατον, ἀλλ' ἐπὶ τὸν ἰατρόν.

16. Cum vero athleta quidam deriſus ab illo, quod in florida veſte, Olympionices licet, viſus eſſet, caput illius lapide percuſſiſſet, & ſanguis efflueret : praeſentes quidem indignari, quaſi unusquisque ipſorum pulſatus eſſet, clamareque, ad Proconſulem eundum eſſe : at Demonax, *Nequaquam*, inquit, *viri, ad Proconſulem ; ſed ad Medicum.*

Ἐπεὶ δέ ποτε καὶ χρυσοῦν δακτύλιον ὁδῷ βαδίζων εὗρε, γραμμάτιον ἐν ἀγορᾷ προθεὶς, ἠξίου τὸν ἀπολέσαντα, ὅςις εἴη τοῦ δακτυλίου δεσπότης, ἥκειν. καὶ εἰπόντα ὁλκὴν

17. Invenerat aureum anulum incedens per viam, tabellaque in foro propoſita poſtulabat, ut qui perdidiſſet, dominus anuli, veniret, dictoque pondere illius & gemma,

a Ἐπὶ τῷ] Ἐπὶ τὸ *J.* male. b Τετυπτημένος] Et ſic *J.* cum *Fl. P. S.* &c.

99. * Τῷ τῆς ἀμφιβ. σκ.] Σημαίνει γὰρ τὸ † περαίνειν καὶ τὸ τὸν συλλογισμὸν τέλειον εἶναι, ἔχοντα συμπέρασμα, καὶ τὸ αἰσχρῶς τινα κατὰ τὰ ἀφροδίσια ἐνεργεῖσθαι, ‡ ἢ σπέρμα ἐκβάλλειν. *V.*

* Hoc Schol. ad aliena verba relatum in editis, in ſedem ſuam reſtituit *M. du S.*

† Περαίνειν] Sic reſtituit idem ex C. quum περαῖον eſſet in Editis.

‡ Ἢ σπέρμα] Tria illa poſteriora verba deerant in Editis, ſupplevit ex Cod. collatione, non addens cujus, *M. du S.*

94. Πύθωνος] De hoc nihil apud alios reperio, neque mirum. *M. du S.*

Ibid. Εὐπαρύφων] Iterum infra, §. 41. *M. du S.*

98. Ὅτι περαίνῃ] Legendus Doctiſſimus *Flor. Chriſtian.* ad εἰρη. Ariſtoph. *J. B.*

Ibid. Περαίνῃ] Narrantur plures in ea voce joci apud *Diog. Laërt.* Mened. p. m. 65. A. & B. & Arceſ. 104. F. V. *Muret.* Var. Lect. XI. 11. *M. du S.*

Περαίνει] Neſcio an habeat Latina lingua vocabulum amphiboliae huic exprimendae aptum, nec vehementer quaerendum putavi: περαίνειν eſt dialecticum, ſignificatque, ut Latinum *efficere*, concludere aliquid & demonſtrare ex ſumtis quibusdam. vid. *Kuhn.* ad *Diog. Laërt.* 7, 45. & quem laudat *Sextum Empir.* Math. 8, 436. Inde eſt ἀπέραντος λόγος, qui non recte concludit, ap. eundem Sextum Math. 8, 429. & 10, 96. Sed περαίνεσθαι etiam obſcoenum eſt, ut *confici* Latinorum. Vid. *Diog. Laërt.* 2, 127. & 4, 34. *J. M. G.*

3. Καὶ γὰρ ἄνδρα ἔχεις] Vertitur : *Etenim virumne habes?* pro: *Et ſane virum habes :* hanc vim habet τὸ καὶ γὰρ. *M. V. la Croze.*

Ibid. Ἄνδρα ἔχεις] Dixi ad illud Petron. *quaeque virum quaerunt.* *J. B.*

5. Ἐσθῆτα — ἀνθεινὴν] Innuit hiſce Lucianus, ſolis Ludorum victoribus id conceſſum. Vid. quae ſupra ad Νιγρ. c. 8. a me ſunt annotata. *M. du S.*

20. Δακτύλιον] De hac dictione alibi. *J. B.*

Δακ-

ma, & imagine, eum reciperet. Venit adoleſcentulus formoſus, ſe perdidiſſe dicens. Cum vero ſani nihil diceret, *Abi*, *puer*, inquit, *& tuum ipſius anulum ſerva: hunc quidem non perdidiſti!*

18. De Romano Senatu aliquis Athenis filium ipſi ſuum oſtendens formoſum valde, ſed effeminatum fractumque, *Salutat te*, inquit, *filius hic meus.* Et Demonax, *Pulcher*, inquit, *& te dignus, & matris ſimilis.*

19. Cynicum illum in urſi pelle philoſophantem, non Onoratum, quod illi nomen erat, ſed Arceſilaum vocari volebat.

20. Interrogante quodam, *Quis ipſi finis felicitatis videretur? Solum felicem*, ait, *liberum:* illo vero dicente, *multos liberos eſſe; At ego*, inquit, *illum puto, qui neque ſperet quidquam, neque metuat.* Ille, *Et quomodo quis illud poſſit? Omnes enim ut plurimum hiſce rebus ſervimus. Quin ſi perſpicies*, inquit, *res hominum, deprehendes, il-*

αὐτῷ, καὶ λίθον, καὶ τύπον, ἀπολαμβάνειν· ἧκεν οὖν τις μειρακίσκος ὡραῖος, αὐτὸς ἀπολωλεκέναι λέγων· ἐπεὶ δὲ οὐδὲν ὑγιὲς ἔλεγεν, Ἄπιθι, ἔφη, ὦ παῖ, καὶ τὸν ἑαυτοῦ δακτύλιον φύλαττε, τοῦτον γὰρ οὐκ ἀπολώλεκας.

Τῶν δὲ ἀπὸ τῆς [c] Ῥωμαίων βουλῆς τις Ἀθήνησιν υἱὸν αὐτῷ δείξας πάνυ [d] ὡραῖον, [e] θηλυδρίαν δὲ καὶ διακεκλασμένον, Προσαγορεύει σε, ἔφη, ὁ ἐμὸς υἱὸς οὑτοσί· καὶ ὁ Δημῶναξ, Καλός, ἔφη, καὶ σοῦ ἄξιος, καὶ τῇ μητρὶ ὅμοιος.

Τὸν δὲ Κυνικὸν, ἐν ἄρκτου δέρματι φιλοσοφοῦντα, οὐκ [f] Ὀνώρατον, ὥσπερ ὠνομάζετο, ἀλλ' [g] Ἀρκεσίλαον καλεῖν ἠξίου.

Ἐρωτήσαντος δέ τινος· τίς αὐτῷ ὅρος εὐδαιμονίας εἶναι δοκεῖ, μόνον εὐδαίμονα, ἔφη, τὸν ἐλεύθερον· ἐκείνου δὲ φήσαντος, πολλοὺς ἐλευθέρους εἶναι, Ἀλλ' ἐκεῖνον νομίζω, τὸν μήτε ἐλπίζοντά τι, μήτε δεδιότα. ὁ δὲ, Καὶ πῶς ἂν, ἔφη, τοῦτό τις δύναιτο; ἅπαντες γὰρ ὡς τὸ πολὺ τούτοις δεδουλώμεθα. Καὶ μὴν, ἔφη, εἰ κατανοήσεις τὰ τῶν ἀνθρώπων πράγματα, εὕροις ἂν αὐτὰ οὔτε ἐλπίδος,

c Ῥωμαίων] Ῥωμαίον male *J.* d Ὡραῖον] Ὡραῖων male *J.* e Θηλυδρίαν] Θηληθρ. male *B2.* f Ὀνώρατον] Ὀνώκρατον *B2.* ſola. g Ἀρκεσίλαον] Ἀρκτησίλαον male *P.* ſola.

20. Δακτύλιον φύλαττε] Εἰς τὸν ἀφεδρῶνα ἀπέσκωψε· καὶ γὰρ δακτύλιος λέγεται ὁ αὐτός. *V.*

Δακτύλιον] Notae *Bourdelotianae* adſcripſerat *M. V. la Croze.* Semper alibi. *Voila bien des* alibi *forains.* Indicat Vir Cl. idem quod Cl. *Hemſterh.* T. I. ad *Nigrin.* ait: *Bourdelotio* ſolemne eſſe tractationem eorum quae neſcit, alio remittere. *J. F. R.*

29. Ὀνώρατον] Latinum nomen eſſe certum eſt; aſpirare tamen noluimus, ut ſcripturam veterem, qualem in libris reperi, repraeſentarem. Niſi forte conjectura Editoris *B2.* uti malis, qui Ὀνώκρατον fecit. *M. du S.*

Οὐκ Ὀνώρατον] An fuit οὐχ Ὀνωράτον, Latinum nomen, *Honoratum?* *J. M. G.*

30. Ἀρκεσίλαον] Ridet hoc nomine pellem urſinam, quam ille geſtabat; nec illa opus eſt mutatione, quam Ed. *P.* excogitavit. Certe ſic jocus peribit, quo ad Philoſophum celebrem inter Academicos etiam reſpicitur, de quo *Diog. Laërt.* IV. p. 103. *M. du S.*

Ἀλλ' Ἀρκεσίλαον] Frigida, niſi quid me fugit, ad primam ſyllabam nominis cum ἄρκτῳ convenientem alluſio. Sed ſunt pluſcula ex hoc genere, quo delectabantur non Graeculi modo, ſed Graeci, & ipſe Socrates. Certe in Cratylo multa ſunt frigidiora etiam. *J. M. G.*

Ἀρκεσίλαον] Ablancurtius: *Arceſilas* vel *Arcteſilas*; nam ἄρκτος ſignificat *Urſum.* Et ſic ſupra in *Alex.* vidimus ἀρκεῖος & ἀρκτεῖος. Quare ſi *Pariſ.* Edit. hic Ἀρκτεσίλαον pro ſuo Ἀρκτησίλαον dediſſet, non video cur jocus periiſſet. Ἀρκεσίλαος apud *Diog. Laërt.* ſine τ. compluribus locis ſcribitur. *Perſius* vero Sat. III. 79. *Arceſilas.* At in nomine ficto quis dixerit praeſtetne Ἀρκτεσ— non Ἀρκεσ—? *J. F. R.*

35. Μήτε ἐλπίζοντα, μήτε δεδιότα] Conf. ſupra, *Alex.* c. 8. *M. du S.*

45. Οὐ

δος, οὔτε φόβου ἄξια, παυσαμένων πάντως καὶ τῶν ἀνιαρῶν, καὶ τῶν ἡδέων.

Περεγρίνου δὲ τοῦ Πρωτέως ἐπιτιμῶντος αὐτῷ, ὅτι ἐγέλα τὰ πολλὰ, καὶ τοῖς ἀνθρώποις προσέπαιζε, καὶ λέγοντος, Δημῶναξ οὐ κυνᾷς, ἀπεκρίνατο· Περεγρῖνε, οὐκ ἀνθρωπίζεις.

Καὶ μὴν καὶ φυσικόν τινα περὶ τῶν ἀντιπόδων διαλεγόμενον, ἀναστήσας, καὶ ἐπὶ φρέαρ ἀγαγὼν, καὶ δείξας [a] αὐτῷ τὴν ἐν τῷ ὕδατι σκιὰν, ἤρετο, Τοιούτους ἄρα τοὺς ἀντίποδας εἶναι λέγεις;

Ἀλλὰ καὶ μάγου τινὸς εἶναι λέγοντος, καὶ ἐπῳδὰς ἔχειν ἰσχυρὰς, ὡς ὑπ' αὐτῶν ἅπαντας ἀναπείθειν, καὶ παρέχειν αὐτῷ ὁπόσα βούλεται, Μὴ [b] θαύμαζε, ἔφη, καὶ γὰρ αὐτὸς ὁμότεχνός εἰμί σοι, καὶ εἰ βούλει, ἕπου πρὸς τὴν ἀρτόπωλιν, καὶ ὄψει με διὰ μιᾶς ἐπῳδῆς, καὶ μικροῦ τοῦ φαρμάκου πείθοντα αὐτὴν δοῦναί μοι τὸν ἄρτον· αἰνιττόμενος τὸ νόμισμα, ὡς τὰ ἴσα τῇ ἐπῳδῇ δυνάμενον.

Ἐπεὶ δὲ Ἡρώδης ὁ πάνυ, ἐπένθει τὸν Πολυδεύκη πρὸ ὥρας ἀποθανόντα, καὶ ἠξίου ὄχημα ζεύγνυσθαι αὐτῷ, καὶ ἵππους [c] παρίστασθαι ὡς ἀναβησομένῳ, καὶ δεῖπνον παρα-

las neque ſpe neque metu dignas, cum deſinant omnino moleſta pariter & jucunda.

21. Peregrino illo Proteo increpante, quod multum rideret, atque alluderet hominibus, ac dicente, *Demonax non agis canem* (Cynicum) reſpondit, *Peregrine, non agis hominem!*

22. Verum Phyſicum quendam, de antipodibus diſputantem, excitavit, & ad puteum deducto oſtendit in aqua umbram, interrogans: *Tales igitur ais eſſe Antipodas?*

23. Cum aliquis magum ſe eſſe diceret, & carmina habere potentiſſima, quibus perſuadere poſſet omnibus, ut praeberent ſibi quaecunque vellet: *Noli admirari*, inquit; *Nam & ego artis tuae ſum: &, ſi vis, ſequere ad panum venditricem, & videbis, uno me carmine, & pauxillo veneno, inducere illam ut panem mihi det*, nummum indicans, cujus eadem quae carminis vis eſſet.

24. Cum Herodes ille celeberrimus Pollucem ſuum lugeret ante pubertatem defunctum, juberetque currum illi jungi, & equos adſtare tanquam conſcenſuro, & coenam

a Αὐτῷ] Sic *H.* 1. 2. *J. S.* Αὐτοῦ *P.* *b* Θαύμαζε] Sic habere Edd. omnes notavit *M. du S.* *c* Παρίστασθαι] Παρίστασθαι male *J.* ſola.

45. Οὐ κυνᾷς] Deleo frigidam illam, immo abſurdam interrogationis notam, quae libros ferme omnes inſidet, & verſionem ipſam poſtremam foedarat. *M. du S.*

Οὐ κυνᾷς] Haec ante ſic male interpuncta legebantur: οὐ κυνᾷς; —— οὐκ ἀνθρωπίζεις; &c. *J. F. R.*

47. Καὶ μὴν καὶ φυσ. τ. π. τῶν ἀντιπόδων διαλεγόμενον] *Tzetzes* in Chiliadibus. *AE. M.* Notavit idem *Gujetus.* *J. F. R.*

Ibid. Περὶ τῶν ἀντιπόδων] Ridet itaque eorum ſententiam, qui . . . uti & Εὐχ. c. 44. Riſerunt etiam Patres multi (vid. *Rittersh.* p. 45.) unde hoc ſaltem diſcere licet, cavendum viris bonis, ne dum quae non intelligunt, vituperant, riſum & jocum peritioribus praebeant. *M. du S.*

48. Ἀναστήσας] H. e. poſtquam excitaſſet (Phyſicum illum) non vero *ſurgens*, ut habebat verſio. *L. Bos.*

55. Θαυμάζω] In omnibus θαύμαζε, legitur; quo quid abſurdius dici poteſt? Niſi forſan θαῦμά γε a prima manu fuerit. *M. du S.*

Θαύμαζε] Θαυμάζω voluiſſe legere *Solanum*, ex ejus nota video; licet ipſum contextum non mutaverit; ſed quia deinde rectius conjicit, etiam θαῦμά γε legi poſſe, ideo vulgatam intactam reliqui. *J. F. R.*

61. Ἡρώδης] *Atticus.* Hujus Herodis *Gellius*, *Spartianus*, *Pauſan.* & alii meminere, & *Philoſtrat.* in Sophiſt. *G. C.*

Ἡρώδης] Notiſſimus hic ex *Philoſtrato*, *Gellio* & aliis. *M. du S.*

Ibid. Πολυδεύκη] Atqui *J. Pollux* Onomaſtici auctor annos vixerat LVIII. teſte *Philoſtrato* in ejus vita p. 593. & *Suida.* Cumque *epithalamium* Commodo Criſpinam ducenti ſcripſiſſe tradatur a *Suida*, poſt an. Chr. 178. mortuum oportet ſtatuamus (v. *Dio* LXXI. p. 814. & *Capitol.* Marco p. 134. A.) Immo *Philoſtratus* ad Commodi ipſius imperium deducit, cum tradit cum ſuggeſtu Athenis ab eo donatum: *Soph.* p. 593. Veriſſimum igitur eſt, quod a Doctiſſimo Philoſtrati interprete acute obſervatum eſſe video, alium *Pollucem* intelligi, cumque aut ſervum, aut libertum He-

nam parari, accedens, *A Polluce*, inquit, *adfero tibi epiſtolam.* Delectato autem illo, atque putante, pro communi reliquorum ratione, & ipſum ſuo ſubſervire morbo, dicenteque: *Quid ergo, Demonax, Pollux poſtulat? Accuſat te*, inquit, *quod non jam ad ipſum abeas.*

σκευάζεσθαι, προσελθὼν, παρὰ Πολυδεύκους, ἔφη, κομίζω σοί τινα ἐπιστολήν. ἡσθέντος δὲ ἐκείνου, καὶ οἰηθέντος ὅτι κατὰ τὸ κοινὸν καὶ αὐτὸς τοῖς ἄλλοις συντρέχει τῷ πάθει αὐτοῦ, καὶ εἰπόντος· Τί οὖν, ὦ Δημῶναξ, Πολυδεύκης ἀξιοῖ; Αἰτιᾶταί σε, ἔφη, ὅτι μὴ ἤδη πρὸς αὐτὸν ἄπει.

25. Idem lugenti filium, & in tenebris ſe concludenti, accedens dixit, *Magum ſe eſſe, & poſſe ipſi evocare filii umbram, modo ſibi tres quosdam homines nominaret, qui neminem unquam luxerint.* Multum autem illo dubitante & haerente; neque enim habebat, opinor, quem talem nominaret, *Tum tu*, inquit, *ridicule, ſolum te intolerabilia pati arbitraris, cum tamen expertem luctus videas neminem?*

[d] Ὁ δ' αὐτὸς υἱὸν πενθοῦντι, καὶ ἐν σκότῳ ἑαυτὸν καθείρξαντι, προσελθὼν ἔλεγε, μάγος τε εἶναι καὶ δύνασθαι αὐτῷ ἀναγαγεῖν τοῦ παιδὸς τὸ εἴδωλον, εἰ μόνον αὐτῷ τρεῖς τινας ἀνθρώπους ὀνομάσειε, μηδένα πώποτε πεπενθηκότας. ἐπὶ πολὺ δὲ ἐκείνου ἐνδοιάσαντος, καὶ ἀποροῦντος, οὐ γὰρ εἶχέ τινα, οἶμαι, εἰπεῖν τοιοῦτον, εἶτ' ἔφη, Ὦ γελοῖε, μόνος ἀφόρητα πάσχειν νομίζεις, μηδένα ὁρῶν πένθους ἄμοιρον;

26. Etiam illos riſu ſolebat excipere, qui in congreſſibus uterentur antiquatis omnino peregrinisque nominibus. Uni ergo interrogato a ſe aliquid, & ſupra modum Attice reſpondenti, *Equidem te jam nunc*, inquit, *interrogavi: at tu mihi tanquam ſub Agamemnone reſpondes.*

Καὶ μὴν κἀκείνων καταγελᾶν ἠξίου, τῶν ἐν ταῖς ὁμιλίαις πάνυ ἀρχαίοις καὶ ξένοις ὀνόμασι χρωμένων. ἑνὶ γοῦν ἐρωτηθέντι ὑπ' αὐτοῦ λόγον τινὰ, καὶ ὑπεραττικῶς ἀποκριθέντι· Ἐγὼ μέν σε ἔφη, ὦ ἑταῖρε, νῦν ἠρώτησα, σὺ δέ μοι ὡς ἐπ' Ἀγαμέμνονος ἀποκρίνῃ.

27. Dicente ſodalium quodam, *Abeamus, Demonax, in Aeſculapii, & oremus*

Εἰπόντος δέ τινος τῶν ἑταίρων, Ἀπίωμεν Δημῶναξ εἰς τὸ Ἀσκληπιεῖον, καὶ προσευξώ-

d Ὁ δ' αὐτὸς] Conſtans Edd. lectio.

Herodis, ut vult ad p. 558. aut certe *alumnum* diſcipulumve, cum inter τροφίμους, quos impenſe amaverat, ibi recenſeatur. De luctu ejus vide omnino *Philoſtratum* in voce *Herod.* p. 558. ubi & ſtatuas venantis poſuiſſe ait, quod huc facere exiſtimo. *M. du S.*

63. Ὄχημα . . . ὡς ἀναβ.] Locum hunc mire illuſtrat *Philoſtrati* locus p. 558. ubi de hoc ipſo *Polluce* cum Achille & Memnone, quos impenſe Herodes amaverat, verba faciens, ſcribit: εἰκόνας γοῦν ἀνετίθει σφῶν θηρώντων, καὶ τεθηρακότων, καὶ θηρασόντων. τὰς μὲν ἐν δρυμοῖς, τὰς δ' ἐπ' ἀγροῖς, τὰς δὲ πρὸς πηγαῖς, τὰς δὲ ὑπὸ σκιαῖς πλατάνων, οὐκ ἀφανῶς, ἀλλὰ ξὺν ἀραῖς τοῦ περικόψοντος, ἢ κινήσοντος. *M. du S.*

Ibid. Ζεύγνυσθαι αὐτῷ] An Πολυδεύκει; *F. G.*

64. Δεῖπνον παρασκ.] Idem aliis verbis infra §. 33. ὡς ζῶντας ἑστιᾶν. Sed in *Act. Apoſt.* X. 10. καὶ ἤθελε γεύσασθαι· παρασκευαζόντων δὲ ἐκείνων, ἐπέπεσεν ἐπ' αὐτὸν Ad quae verba Rev. *Jac. Elſn.* hoc Luciani aliudque ex *Catapl.* aliisque adfert, qui probet παρασκευάζεσθαι eſſe *parare quid in prandium.* *J. F. R.*

72. Ὁ δ' αὐτὸς] *Vorſtius* τῷ δ' αὐτῷ; ſed fruſtra. cum conſtet Herodi filium unicum fuiſſe, quem ſuperſtitem reliquit. Vid. *Philoſtr.* p. 558. De eodem credo *A. Gellium* loqui XIX. 12. *M. du S.*

Ibid. Υἱὸν πενθ.] *Philoſtratus* tradit, unicum ei fuiſſe filium, qui patri ſuperſtes fuit, p. 558. Sed idem de *Polluce* aliisque duobus ita loquitur, quaſi ab eo fuerint adoptati, cum ait: οὓς ἴσα γνησίοις ἐπένθησε. Ego itaque horum unum hic intelligendum exiſtimo. *Philoſtratus* autem, qui aliorum dicta eam in rem memoriae mandavit, Demonactis nullibi meminit. *M. du S.*

75. Τρεῖς . . . .] Vide *Juliani* Imperatoris Epiſt. XXXVII. ubi ſimilem habes de Dario & Democrito narrationem. *M. du S.*

89. Ἀσκληπιεῖον] Vide Ἑρμ. c. 37. & *Suid.* *M. du S.*

εὐξώμεθα ὑπὲρ τοῦ υἱοῦ. Πάνυ, ἔφη, κωφὸν ἡγῇ τὸν Ἀσκληπιὸν, εἰ μὴ δύναται κἀντεῦθεν ἡμῶν εὐχομένων ἀκούειν.

Ἰδὼν δέ ποτε δύο τινὰς Φιλοσόφους κομιδῆ [a] ἀπαιδεύτους ἐν ζητήσει ἐρίζοντας, καὶ τὸν μὲν ἄτοπα ἐρωτῶντα, τὸν δὲ οὐδὲν πρὸς λόγον ἀποκρινόμενον· Οὐ δοκεῖ ὑμῖν, ὦ φίλοι, ἔφη, ὁ μὲν ἕτερος τούτων τράγον ἀμέλγειν, ὁ δὲ αὐτῷ κόσκινον ὑποτιθέναι;

Ἀγαθοκλέους δὲ τοῦ Περιπατητικοῦ μέγα φρονοῦντος, ὅτι μόνος αὐτός ἐστι καὶ πρῶτος τῶν διαλεκτικῶν, ἔφη, Καὶ μὴν, ὦ Ἀγαθόκλεις, εἰ μὲν πρῶτος, οὐ μόνος, εἰ δὲ μόνος, οὐ πρῶτος.

Κεθήγου δὲ τοῦ ὑπατικοῦ, ὁπότε διὰ τῆς Ἑλλάδος εἰς τὴν Ἀσίαν ἀπῄει πρεσβεύσων τῷ πατρὶ, πολλὰ καταγέλαστα καὶ λέγοντος καὶ ποιοῦντος, ἐπειδὴ τῶν ἑταίρων τις ὁρῶν ταῦτα ἔλεγεν, αὐτὸν μέγα κάθαρμα εἶναι, Μὰ τὸν Δί', ἔφη [b] ὁ Δημώναξ, οὐδὲ μέγα.

pro filio, *Utique*, inquit, *ſurdum judicas Aeſculapium*, *ſi non poteſt hinc etiam orantes audire.*

28. Videns aliquando duos quoſdam philoſophos omnino indoctos in diſputatione contendere, & alterum quidem abſurda objicere, alterum nihil quod ad rem faceret reſpondere, *Nonne videtur vobis*, inquit, *amici*, *alter horum mulgere hircum*, *alter cribrum ei ſupponere?*

29. Agathocle Peripatetico gloriante, *ſolum ſe & primum dialecticorum*, *Quin tu*, inquit, *Agathocles*, *ſi quidem primus*, *non ſolus: ſi vero ſolus*, *non primus*.

30. Cethego Conſulari, cum per Graeciam in Aſiam pergeret legatus patri futurus, ridicula multa & dicente & faciente; atque ſodalium ipſius uno, qui iſta videret, dicente: *magnum eum purgamentum eſſe*; *Medius fidius*, inquit Demonax, *ne magnum quidem*.

31. Apol-

a Ἀπαιδεύτους] Ita Edd. omnes. *b* Ὁ Δημ.] Sic *Jenſ.* & *B2.* Ὦ Δημ. Edd. cett. male.

94. Ἀπαιδεύτους] Forſan ἀπαιδεύτως. *M. du S.*

99. Ἀγαθοκλέους] Peripateticus hic, de quo nihil invenio. Alium Agathoclem, Stoicum alibi memorat Ἰκαρ. c. 16. Cynicum alium Τοξ. c. 12. & f. Alium medicum Καταπλ. c. 6. *M. du S.*

5. Κεθήγου δὲ τοῦ ὑπατ.] Anno Chr. CLXXII. Cethegum Conſulem invenio. *M. du S.*

6. Πρεσβ. τῷ πατρὶ] An & apud alios hoc ſenſu inveniatur, dubito, Graecos ſcilicet, nam Romanis familiare eſt. *M. du S.*

8. *Ἐπειδὴ τῶν ἑταίρων τις ὁρῶν ταῦτα, ἔλεγεν αὐτὸν μέγα κάθαρμα εἶναι, Μὰ τὸν Δί', ἔφη ὁ Δημώναξ, οὐδὲ μέγα.*] Sic legendum. Vulgo ὦ Δημῶναξ· male; ipſe id dixit Demonax. Scilicet enarrat Lucianus multa, quae Demonax vario tempore, tempeſtive de quibusdam vel hominibus vel rebus dixerit reſponderitve: inter alia etiam hoc; nimirum cum Cethegus quidam conſularis multa ridicula & diceret & faceret, ac aliquis ſociorum magnum eum eſſe ſcelus diceret, ajebat Demonax, *Ne magnum quidem*, ſcilicet eum eſſe ſcelus. *J. J.*

10. Ὁ Δημώναξ] Sic *B2.* recte. Reliqui Libri ὦ, prave. *M. du S.*

Ibid. Οὐδὲ μέγα] Illud οὐδὲν μέγα vide apud *Diog. Laërt.* 148. C. *nihil mirum.* Et apud ipſum Noſtrum Φιλοψ. c. 16. οὐ μέγα. Θαῦμα ſcilicet, vel ſimile quid ſubintelligitur. Hoc autem dicto haud dubie patrem hujus petit; quaſi diceret; nec mirum eſt, tali patre ortum tam ſtultum eſſe filium. *M. du S.*

14. Μετάπεμπτος] *Capitolinus* in Antonino Pio c. X. *Cujus avaritiam etiam in mercedibus notavit.* (vide *Caſauboni* ad eum locum notas.) Hinc eſt quod *eum* hic Demonax *cum agmine ſuo aureum vellus petere ait*; joco duplici, alludit enim etiam ad alium Apollonium, cujus Argonautica nota. *M. du S.*

Ibid. Ἐπὶ παιδείᾳ τῷ βασιλεῖ συνεσόμενος] Interpr. *ut regis eſſet præceptor.* Pro *regis* potius repone, *Imperatoris.* Imperatores autem Romanos Græcis ſcriptoribus βασιλεῖς appellari, res eſt nota. Infra pag. ſeq. recte hæc verba tranſtulit, *ὁ βασιλεύς με τῇ Ῥωμαίων πολιτείᾳ τετίμηκεν. Imperator me Romanorum civitate donavit.* *H. V.*

15. Προσέρχεται, ἔφη, ὁ Ἀπολλώνιος, καὶ οἱ Ἀργοναῦται αὐτοῦ] Jocus eſt in voce *Argonautæ.* Nam Apollonium & ejus diſcipulos inſimulabat avaritiæ, utpote qui Romam cum magiſtro ad Imperatorem ibant, ut divites ibi fierent, ſicut Argonautæ ad vellus aureum, de qua expeditione extat egregium poëma omnibus notum Apollonii alterius, ad quod alludit. *J. P. a G.*

16. Ἀπολλώνιος . .] Alludit ad alium Apollonium, cujus *Argonautica* hodieque exſtant. *M. du S.*

Ἀπολλώνιος καὶ οἱ Ἀργοναῦται] Dubitat *Creſollius*

Thea-

31. Apollonium aliquando Philoſophum cum videret multis cum diſcipulis exeuntem, ibat autem arceſſitus, ut inſtitutionis cauſſa cum Imperatore eſſet: *Accedit*, inquit, *Apollonius*, *cum ſuis Argonautis*.

Καὶ Ἀπολλώνιον δέ ποτε τὸν φιλόσοφον ἰδὼν μετὰ πολλῶν τῶν μαθητῶν ἐξελαύνοντα, ἤδη δὲ ἀπῄει μετάπεμπτος, ὡς ἐπὶ παιδείᾳ τῷ βασιλεῖ συνεσόμενος· Προσέρχεται, ἔφη, ὁ Ἀπολλώνιος, καὶ οἱ Ἀργοναῦται αὐτοῦ.

32. Interrogante alio, *Utrum immortalis illi videatur anima? Immortalis*, inquit, *ſed ut omnia*.

Ἄλλου δέ ποτε ἐρομένου, εἰ ἀθάνατος αὐτῷ ἡ ψυχὴ δοκεῖ εἶναι; Ἀθάνατος, ἔφη, ἀλλ' ὡς πάντα.

33. *De Herode dicebat, verum dicere Platonem, non unam nos animam habere. Neque enim ejusdem eſſe animae, Regillam & Pollucem* (mortuos) *ut viventes convivio excipere, & talia declamare.*

Περὶ μέντοι Ἡρώδου ἔλεγεν ἀληθεύειν τὸν Πλάτωνα φάμενον οὐ μίαν ἡμᾶς ψυχὴν ἔχειν, οὐ γὰρ εἶναι τῆς αὐτῆς ψυχῆς, [c] Ῥηγίλλαν καὶ Πολυδεύκη ὡς ζῶντας ἑστιᾶν, καὶ τὰ τοιαῦτα μελετᾶν.

34. Auſus eſt aliquando publice interrogare Athenienſes, audita illa denuntiatione, *Propter quam cauſſam excludant ſacris Barbaros, idque, cum conſtituerit illis initia Eumolpus, Barbarus e Thracia?*

Ἐτόλμησε δέ ποτε καὶ Ἀθηναίους ἐρωτῆσαι δημοσίᾳ, τῆς προῤῥήσεως ἀκούσας, διὰ τίνα αἰτίαν ἀποκλείουσι τοὺς βαρβάρους, καὶ ταῦτα, τοῦ τὴν τελετὴν αὐτοῖς καταστησαμένου Εὐμόλπου, βαρβάρου καὶ Θρᾳκὸς ὄντος.

Ἐπεὶ

c Ῥηγιλλαν] Ut *Marcil.* voluit, edidi. Ῥηγίλαον Edd. priores.

Theatro Rhett. 4, 11. extr. utrum hoc laudis cauſa dixerit Demonax, tanquam florem Graeciae, an exprobrandae pigritiae, ut Latinus poëta: *Non nautas puto vos, ſed Argonautas* (Martial. 3, 67.) ſed mihi ſimpliciter reſpicere videtur ad ſtuporem Imperatoris, *oviculae*, & avaritiam inhiantium aureo ipſius velleri philoſophorum &c. Tanto autem facilius hoc in mentem venire illi poterat, quod *Apollonii* Argonautica nota ſunt. *J.M.G.*

19. Ἀλλ' ὡς πάντα] Ut enim nihil fit in philoſophia iſta, ita nihil perit. *Hippocr.* de Diaeta 1, 5, 13. Heraclitica ratione, Ἀπόλλυται μὲν οὐδὲν ἁπάντων χρημάτων, οὐδὲ γίνεται, ὅ, τι μὴ καὶ πρόσθεν ἦν. ξυμμισγόμενα δὲ καὶ διακρινόμενα ἀλλοιοῦται κ. τ. λ. *J.M.G.*

22. Ῥηγίλαον, καὶ Πολυδεύκη] Ῥηγίλλαν καὶ Π. *Th.M.*

Ῥηγίλαον] Recte vidit *Marcilius* in his verbis οὐ γὰρ εἶναι τῆς αὐτῆς ψυχῆς Ῥηγίλαον καὶ Πολυδεύκη, legendum eſſe Ῥηγίλλαν. Regilaum enim nemo novit, nemo illius mentionem fecit. Regilla vero fuit uxor Herodis Sophiſtae, uti conſtat ex Philoſtrato, & inſcriptione antiqua, quam illuſtravit Cl. *Salmaſius.* *J.G.G.*

Ῥηγίλλαν] De Herode & Rhegilla uxore fuſe *Salmaſius* ad Rhegillae inſcriptionem ab eo editam. Herodem *Attici* a Graecis dictum ex *Philoſtrato* obſervat, quem Romani Herodem *Atticum* vocabant, ut in *Torquato & Attico Coſſ.* p. 90. Duas filias amiſit ex IV. liberis (Inſcr.) Apud *Philoſtr.* p. 558. leguntur tantum *tres*. Praegnantem mortuam cum foetu, poſt mortem unius filiae, conjicit *Salmaſ.* p. 96. vid. *Salmaſ.* ad Spartian. p. 77. *Sponii* Miſcel. p. 321—7. Non ante annum Chr. CLX. obiiſſe conſtat. Vid. *Joh. Maſſ.* Exc. ined. ad Pauſan. Theatrum ei exſtruxit, de quo *Philoſtratus* in vita ejus p. m. 551. ipſe Herodes ſe ὑπερπενθῆσαι ἀποθανοῦσαν, ait ibid. 556. & paulo poſt; παρῆν αὐτῷ πονήρως διατιθεμένῳ τὸ πένθος. Inſcriptiones has Herodis iterum prodiiſſe audio Londini A. 1722. cum ſelectis Caſauboni & Salmaſii notis, novisque Editoris Mettarii, inter Miſcellanea Graecorum aliquot ſcriptorum carmina. *M. du S.*

23. Πολυδ.] Vide ſupra ad cap. 24. *M. du S.*

Ibid. Ἑστιᾶν..] Heroibus id quotannis publice fiebat. Vid. Μακρ. c. 21. *Thucyd.* III. p. 58. 2. V. c. 11. VII. c. 11. *Plut.* in Timol. 464. 2. & *Plat.* 353. 2. Privatis etiam licuiſſe, ſi cui tantae ſuppeterent facultates, ſuis parentare ad eundem modum, probabile eſt. Quae autem filii parentibus mortuis praeſtare legibus Atticis tenebantur, ſemel fieri ſatis erat. Vid. *Potter.* 164. 2. Orationem tamen funebrem quotannis iteratam idem opinatur 247. De inferiis iſtis vid. Ἐπισκ. c. 22. *M. du S.*

26. Προῤῥήσεως] Ergo integra ea non eſt, quam habemus. Ἀλεξ. c. 38. *M. du S.*

29. Εὐμόλπου] Dico alibi. *J.B.*

Εὐμόλπου] Inſignis ea de re eſt *Euripidis* locus, interpretibus non ſatis intellectus in Rheſo 941. Ibi enim de Athenis agitur, quamvis Cl. *Barneſio* aliter viſum fuerit, qui Thamyrim intelligit. *M. du S.*

37. Συν-

Ἐπεὶ δέ ποτε πλεῖν μέλλοντι αὐτῷ διὰ χειμῶνος, ἔφη τις τῶν φίλων, Οὐ δέδοικας μὴ ἀνατραπέντος τοῦ σκάφους, ὑπὸ ἰχθύων καταβρωθῇς; [a] κᾆτα, ἀγνώμων ἂν εἴην, ἔφη, ὀκνῶν ὑπὸ ἰχθύων καταδαπανηθῆναι, τοσούτους αὐτὸς ἰχθῦς καταφαγών.

Ῥήτορι δέ τινι κάκιστα μελετήσαντι, συνεβούλευσεν ἀσκεῖν, καὶ γυμνάζεσθαι· τοῦ δὲ εἰπόντος, Ἀεὶ ἐπ' ἐμαυτοῦ λέγω· Εἰκότως τοίνυν, ἔφη, τοιαῦτα λέγεις, μωρῷ ἀκροατῇ χρώμενος.

. Καὶ μάντιν δέ ποτε [b] ἰδὼν δημοσίᾳ ἐπὶ μισθῷ μαντευόμενον, Οὐχ ὁρῶ, ἔφη, [c] ἐφ' ὅτῳ τὸν μισθὸν ἀπαιτεῖς· εἰ μὲν γὰρ ὡς ἀλλάξαι τι δυνάμενος τῶν ἐπικεκλωσμένων, ὀλίγον αἰτεῖς, ὁπόσον ἂν αἰτῇς· εἰ δὲ ὡς δέδοκται τῷ θεῷ, πάντα ἔσται, τί σου δύναται ἡ μαντική;

Πρεσβύτου δέ τινος Ῥωμαίου εὐσωματοῦντος, καὶ τὴν ἐνόπλιον αὐτῷ μάχην πρὸς πάτταλον ἐπιδειξαμένου, καὶ ἐρομένου, Πῶς σοι Δημῶναξ μεμαχῆσθαι ἔδοξα; Καλῶς, ἔφη, ἂν ξύλινον τὸν ἀνταγωνιστὴν ἔχῃς.

Καὶ μὴν καὶ πρὸς τὰς ἀπόρους τῶν ἐρωτήσεων, πάνυ εὐστόχως παρεσκεύαστο. ἐρομένου γάρ τινος ἐπὶ χλευασμῷ, εἰ χιλίας

35. Cum navigaturo per hiemem diceret amicorum aliquis, *Non metuis, ne everſo navigio devoreris a piſcibus? Tum ingratus fuerim*, inquit, *ſi gravarer conſumi a piſcibus, qui ipſe multos adeo piſces epulatus ſim.*

36. Rhetori cuidam peſſime declamanti conſuluit exercere ſe, & meditari. Hoc autem dicente: *Semper apud me dico; Non igitur mirum eſt*, inquit, *talia te dicere, qui ſtultum adeo auditorem adhibeas.*

37. Divinatorem videns publice accepta mercede divinantem, *Non video*, inquit, *pro qua re mercedem repetas. Si enim, ut qui mutare aliquid poſſis de fatis, parum nimis exigis, quantumcunque exigas. Sin vero ut decretum Deo eſt, ſic erunt omnia; tua quid prodeſt divinatio?*

38. Sene quodam Romano, corporis bene curati, armatam ipſi pugnam ad palum oſtendente, atque interrogante, *Quomodo tibi, Demonax, pugnaſſe videor? Praeclare*, inquit, *ligneum ſi hoſtem habueris.*

39. Etiam ad difficiles quaeſtiones acute admodum paratus erat. Per ludibrium enim interrogante quodam, *Si mille minas ligno-rum*

a Κᾆτα] Deeſt in *Fl.* Adeſt in reliqq. Κᾶτα *J.* & *P.* ſine puncto ſubſcripto. b Ἰδὼν] Sic recte *P.* & *Bz.* Εἰδὼν *J.* & reliqq. male. c Ἐφ' ὅτῳ] Ἀνθ' ὅτου Ex. *Fl.* At vulgatam etiam ſervat P.

37. *Συνεβούλευσεν ἀσκεῖν, καὶ γυμνάζεσθαι*] Benedictus, *ſuaſit ut exercitationi incumberet.* Opſopœus, *ut frequenti exercitio incumberet.* At quis negare audet ſæpius id ab illo factum? Sed præclarus luſus eſt in Græcis, quæ non tam ſuadent exercitium vel exercitationem, quam manuarias & corporis, non animi & ingenii probationes. Sic in Amoribus de Callicratide. *ἦν δὲ καὶ τῷ σώματι γυμναστικός.* Et rurſus notabili diſtinctione, *πᾶσι δὲ τοῖς φιλοσόφοις ψυχῆς μαθήμασι λιπαρῶς ἐναθλήσας, ἐπειδὰν ἡ διάνοια τῶν ἐγκυκλίων ἀγαθῶν κορεσθῇ, τὸ σῶμα ταῖς ἐλευθέραις ἀσκήσεσιν ἐκπονεῖ.* *J.G.*

42. *Καὶ μάντιν δέ ποτε εἰδὼν*] Scribendum *ἰδὼν* quod ſequiores depravarunt, cum primae editiones recte habeant. *J.J.*

50. *Ἐνόπλιον αὐτῷ μάχην*] Vid. ſupra Ὀρχ. c. 8. *M. du S.*

Ibid. Πρὸς πάτταλον] Idem voluit *Theophraſtus* ſi ejus quidem foetus eſt, cap. Π. ὀψιμαθίας, p. 7 ' B, quum ait, eum καὶ μακρὸν ἀνδριάντα παίζειν. *M. du S.*

58. *Στῆσον — τὴν σποδὸν*] In Edit. Blancard. *Th. Magiſtri* τὸν σποδὸν male legitur, ubi is ſub verbo ἵστημι haec Luciani adfert, ac verbum id recte exponit ζυγοστατῶ. Et hoc ſenſu ap. LXX. perſaepe, ut *Esdr.* VIII. 25. Καὶ ἔστησα αὐτοῖς τὸ ἀργύριον, καὶ τὸ χρυσίον. Verum apertius 2. *Reg.* XIV. 26. καὶ κειρόμενος αὐτὴν ἔστησε τὴν τρίχα τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ διακοσίους σίκλους. Alibi plene ἔστησεν ἐν ζυγῷ vel σταθμῷ, ut *Job* XXXI. 6. *Eſai.* XLVI. 6. &c. *J. F. R.*

69. Πρόβατον] Sotades apud *Stobaeum* idem dixit.

Εἰ καὶ βασιλεὺς πέφυκας, ὡς θνητὸς ἄκουσον.
Ἂν μακρὰ πτύῃς, φλεγματίᾳ (γρ. κρατεῖς) κρατῇ πελιοστῷ.
Ἂν εὐϊματῇς, ταῦτα πρὸ σοῦ προβάτιον εἶχεν.

Vid. *Grotii* Flor. p. 115. *M. du S.*

72. Ὑπὲρ

rum cremavero, Demonax, quot ibi minae fumi fuerint? Appende, inquit, *cineres; reliquum omne fumus eſt.*

μνᾶς ξύλων καύσαιμι, ὦ Δημῶναξ, πόσαι μναῖ ἂν καπνοῦ γένοιντο; Στῆσον, ἔφη, τὴν σποδὸν, καὶ τὸ λοιπὸν πᾶν καπνός ἐστι.

40. Polybio cuidam indocto plane homini, & vitioſe loquenti, cum diceret: *Imperator Romana me civitate honoravit: Utinam*, inquit, *Graecum te potius quam Romanum feciſſet!*

Πολυβίου δέ τινος, κομιδῇ ἀπαιδεύτου ἀνθρώπου, καὶ σολοίκου, εἰπόντος, Ὁ βασιλεύς με τῇ Ῥωμαίων πολιτείᾳ τετίμηκεν· Εἴθε σε, ἔφη, Ἕλληνα μᾶλλον ἢ Ῥωμαῖον πεποίηκεν.

41. Cum praetextatum aliquem videret, latitudine clavi ſuperbientem, ad aurem illius inclinatus, & prehenſa veſte oſtenſaque, *Hanc quidem*, inquit, *ante te ovis geſtabat, & erat ovis.*

Ἰδὼν δέ τινα τῶν εὐπαρύφων, ἐπὶ τῷ πλάτει τῆς πορφύρας μέγα φρονοῦντα, κύψας αὐτοῦ πρὸς τὸ οὖς, καὶ τῆς ἐσθῆτος λαβόμενος, καὶ δείξας, ἔφη, Τοῦτο μέντοι πρὸ σοῦ πρόβατον ἐφόρει, καὶ ἦν πρόβατον.

42. In balneo cum ingredi in ferventem aquam cunctaretur, & ut timidum aliquis accuſaret, *Dic mihi*, inquit, *an pro patria ſubiturus eram?*

Ἐπεὶ μέντοι λουόμενος ὤκνησεν εἰς τὸ ὕδωρ ζέον ἐμβῆναι, καὶ ἠτιάσατό τις ὡς ἀποδειλιάσαντα, Εἰπέ μοι, ἔφη, ὑπὲρ πατρίδος αὐτὸ πείσεσθαι ἔμελλον;

43. Interrogante quodam, *Quid putas agi apud inferos? Expecta*, inquit, *inde tibi reſcribam.*

Ἐρομένου δέ τινος, Ὁποῖα νομίζεις εἶναι τὰ ἐν ᾅδου; Περίμεινον, ἔφη, κἀκεῖθέν σοι ἐπιστελῶ.

44. Admeto cuidam, malo poëtae, cum diceret ſcriptum a ſe epigramma unius verſus, quod teſtamento juſſiſſet ſuae columellae *ſepulcri* inſcribi: ſed quid prohibet ipſum ponere,

Terra cape Admeti utriculum, Deus exiit ipſe!

Ἀδμήτῳ δέ τινι, ποιητῇ φαύλῳ, λέγοντι γεγραφέναι μονόστιχον ἐπίγραμμα, ὅπερ ἐν ταῖς διαθήκαις κεκέλευκεν ἐπιγραφῆναι αὐτοῦ τῇ στήλῃ, οὐ χεῖρον δὲ καὶ αὐτὸ εἰπεῖν,

Γαῖα λάβ' Ἀδμήτου ἔλυτρον, βῆ δ' εἰς θεὸν αὐτός·

χε-

62. Τῇ Ῥωμαίων πολιτείᾳ τετίμηκεν] Οὐ γὰρ ἔδει * οὕτως εἰπεῖν, ὅτι τῇ Ῥωμαίων ἐτίμησέ με πολιτείᾳ, ἀδιανόητον γὰρ τοῦτο καὶ ἄδηλον, ποίᾳ τινὶ εἰσεγράψατο αὐτὸν † φρατρίᾳ, ἐκ πολλῶν φρατριῶν τῆς Ῥωμαίων πολιτείας συγκεκροτημένης· οἷον Οὐεττίων, Φλαβίων ‡ Αὐρηλίων, καὶ ἄλλων πλείστων. οὐ γὰρ § καὶ πάσαις ἐπολιτογραφήθη εἷς ὤν. ἀλλ' εἴπερ ἄρα οὕτως ἐχρῆν εἰπεῖν τῇ Ῥωμαίων εἰσεγράψατο πολιτείᾳ. ¶ ἵνα τὸ πλατὺ τοῦ ἀορίστου περιελαμβάνετο καὶ αὐτὸς, ἢ ὅτι Ῥωμαῖον βασιλεὺς ἐποίησέ με. τὸ γὰρ αὐτὸ καὶ ἐκ τούτου παρεδηλοῦτο, ὃ καὶ αὐτὸς ὁ Δημῶναξ ὑπέθετο διορθούμενος, ἅμα δὲ καὶ σκώπτων, ὡς μὴ ** καθαρῶς ἑλληνίζοντα, Ἕλληνα βουλόμενον εἶναι. *V.*

* Οὕτως] In V. erat οὐ, & iterum Schol. 8. quod ego pro οὕτως ſtare exiſtimo. Vide illic notam noſtram. *M. du S.*

† Φατρίᾳ] Ita hic, & mox quoque φατριῶν Cod. V. Licet φρατρίᾳ & φρατριῶν Edit. *Cler.* Et melius cum ρ ſcribitur. *M. du S.* (an ποίᾳ —— φρατρίᾳ; ut mox πολιτείᾳ. *J. F. R.*)

‡ Αὐρηλίων] Sic dedit *Solanus*, ſine auctoritate, ſed bene; nam Ἀβρηλίων edita; quae tamen non mutaſſem, ſi mea ſolius auctoritate haec edere ſuſcepiſſem. *J. F. R.*

§ Καὶ πάσαις] Aberat καὶ in editis. Addidit *M. du S.*

¶ Ἵνα τὸ πλατὺ —— καὶ αὐτὸς] Corrupta haec ſunt. *M. du S.*

** Καθαρῶς] Sic dedi ex conjectura, καθαρὸς enim habebant edita, nec varietatis quidquam notarat *Solanus* noſter. *J. F. R.*

72. Ὑπὲρ πατρίδος αὐτὸ πείσεσθαι ἔμελλον] Non inepte ad ſenſum tranſtulit d'*Ablancourt: Il ne s'agit pas*, dit-il, *de mourir pour ſa Patrie.* Quaſi diceret; nam, ſi id ageretur, ſatis patientem ac fortem me praebuiſſem, nunc nolo eſſe male fortis. *J. F. R.*

77. Ἀδμήτῳ] Fruſtra hominem usque adeo obſcurum quaeſieris. *M. du S.*

80. Οὐ χεῖρον δὲ καὶ αὐτὸ εἰπεῖν] *Quod referre non fuerit deterius.* Sic habet verſio. Verum tu Latine potius dicas: *quod referre ab re non fuerit alienum.* Sic *Lucian.* noſter in Dip.ad. cap. 6. Et *Ariſtoph.* Equit. p. 290. *H. V.*

86. Ἰδὼν

γελάσας εἶπεν· Οὕτω καλόν ἐστιν, ὦ Ἄδμητε, τὸ ἐπίγραμμα, ὥστε ἐβουλόμην αὐτὸ ἤδη ἐπιγεγράφθαι.

Ἰδὼν δέ τις ἐπὶ τῶν σκελῶν αὐτοῦ οἷα τοῖς γέρουσιν ἐπιεικῶς γίγνεται, ἤρετο, τί τοῦτο, ὦ Δημῶναξ; ὁ δὲ μειδιάσας, [a] Χάρων με ἔδακεν, ἔφη.

Καὶ μέντοι καὶ Λακεδαιμόνιόν τινα ἰδὼν τὸν αὐτοῦ οἰκέτην μαστιγοῦντα, Παῦσαι, ἔφη, ὁμότιμον σαυτοῦ τὸν δοῦλον ἀποφαίνων.

Δανάης δέ τινος πρὸς τὸν ἀδελφὸν δίκην ἐχούσης, Κρίθητι, ἔφη, οὐ γὰρ εἶ Δανάη, ἡ Ἀκρισίου θυγάτηρ.

Μάλιστα δὲ ἐπολέμει τοῖς οὐ πρὸς ἀλή-

ridens dixit : *Adeo pulchrum eſt, o Admete, epigramma, ut velim illud jam inſcriptum eſſe.*

45. Videns aliquis in cruribus illius [a] qualia fere ſolent accidere ſenibus, rogarat: *Ecquid hoc Demonax? Ille ſubridens, Cerberus*, inquit, *me momordit.*

46. Lacedaemonium quendam cum vidiſſet flagellis caedere ſervum ſuum, *Deſine*, inquit, *parem tibi honore reddere ſervum tuum.*

47. Danaë quaedam litem contra fratrem cum haberet, *In jus ambula*, inquit, *neque enim illa es Danaë Acriſii* (injudicati) *filia.*

48. Maxime autem impugnabat, qui non

a Χάρων] Mallem Κέρβερος. *M. du S.* recte adſcripſit.

90. Καὶ Λακεδαιμόνιόν τινα] Ἐμάστιζον γὰρ ἑαυτοὺς Λάκωνες τελούμενοι, καὶ εἰς τοῦτο * αὐτὸν ἀποσκώπτει. *V.*

* Αὐτὸν] Conf. Scholion 9. ad verb. δρομακισθῆναι, ubi ταὐτὸν recte & Attice pro τὸ αὐτὸ legitur. Ideoque & hic forſan ſic legendum; quia Grammatici ajunt αὐτὸν pro αὐτὸ Attice numquam dici. Sed cum iidem etiam ſcribant τοῦτον pro τοῦτο numquam dici, ac *Maittaire* de Dialect. p. 37. tamen ex *Pauſan.* p. 281. adferat τοῦτον πέλαγος, Grammaticis tuto confidi non poſſe dixeris. Verum quum unum exemplum in re ejusmodi nihil probet, ego Grammaticos ſequar, donec plura teſtimonia in contrarium invenero. *J. F. R.*

86. Ἰδὼν δέ τις ἐπὶ τῶν σκελῶν αὐτοῦ, οἷα τοῖς γέρουσιν ἐπιεικῶς γίγνεται] Benedictus, *cum vidiſſet quispiam eum cruribus innixum, prout accidere ſolet ſenibus.* Quod tantum abeſt, ut ſoleat accidere, ut ſit inauditum. Et omnes homines quoque cruribus innituntur. Denique quaſi legiſſet αὐτόν. Longe melior Opſopœus; *cum vidiſſet quispiam crura ejus tarda & turgida, qualia fere ſenibus fieri conſueverunt.* Poterant iſta epitheta ſecure omitti, quum ex ſequentibus videantur intelligi neſcio qui livores. *J. G.*

92. Ὁμότιμον σαυτοῦ τὸν δοῦλον] Uterque interpres *ſervo tuo ſimilem te.* Cur igitur Lucianus non dixit, ὅμοιον σαυτὸν τῷ δούλῳ? Sed facetiſſime alludit ad διαμαστίγωσιν Lacedæmoniam, de qua tum plurimi alii tum I. Meurſius in Græcia feriata, & ipſe Lucianus de Gymnaſiis cap. 38. tom. II. Per quam fiebat, ut idem honor videretur contingere ſervo, ſi ab domino verberaretur, qui ſolebat contingere liberis ac dominis. *J. G.*

Ὁμότιμον] Tum quia ingenuos Lacedaemonii virgis caedere ſolemne habebant. (Vid. Ἰκαρ. c. 16.) tum quod ſervile ingenium in ſervum ſaeviendo prodebat. *M. du S.*

Ὁμότιμον σαυτοῦ τὸν δοῦλον ἀποφαίνων] Vertebatur: *Deſine ſervo tuo ſimilem te oſtendere.* Sed Frater G. O. Reitz. bene animadvertit, vertendum: *ſervum tui ſimilem.* *J. F. R.*

93. Δανάης δέ τινος πρὸς τὸν ἀδελφὸν δίκην ἐχούσης, Κρίθητι, ἔφη, οὐ γὰρ εἶ Δανάη Ἀκρισίου θυγάτηρ] Jocus ſane frigidus ex nomine Acriſii, quaſi Ἀκρίσιος ἄνευ κρίσεως. Niſi fortean dixit, non enim es Acriſii filia, intelligi volens, non enim es turri cluſa ut Acriſii filia, ſed prodire potes. Aut; Procede in publicum litigatura: non enim metus, ne quis tam deformem Jupiter te rapiat. *Th. M.*

94. Κρίθητι] Vid. *Suid.* v. ἀκρισία, & Δανάη. *M. du S.*

98. Τρίβωνα μὲν καὶ πήραν ἔχοντα, ἀντὶ δὲ τῆς βακτηρίας ὑπέρογκον κεκραγότα] Melius τρίβωνα μὲν καὶ πήραν ἔχοντα, ἔτι δὲ τὴν βακτηρίαν ὑπέρογκον, κεκραγότα, &c. nempe κυνικόν. *Th. M.*

Τρίβωνα μὲν καὶ πήραν ἔχοντα, ἀντὶ δὲ τῆς βακτηρίας ὑπέρογκον κεκραγότα] Hæc, ut leguntur, ſunt nive frigidiora, & ne micam quidem ſalis habent. Sed unius voculæ emendatione patebit facetus ſalis jocus. Lego igitur ἐπὶ τῇ βακτηρίᾳ, non vero ἀντὶ τῆς βακτηρίας. Jocus eſt, quod Cynicus ille innixus baculo, quod geſtamen erat Cynicorum, contenta voce clamans ſe eſſe Antiſthenis, Cratetis & Diogenis, & eorum ſectæ imitatorem, a Demonacte irriſus eſt & ſubſannatus. *Imo* (inquit) *Hyperidis videris eſſe diſcipulus.* Ludens in voce Ὑπερίδης, quam ab ὑπερείδω fingit derivari, quod eſt *innitor*, eo quod inniſus erat baculo. Hyperides autem fuit rhetor Athenienſis celeberrimus, forte

non vere, ſed oſtentationis cauſſa philoſopharentur. Unum enim videns Cynicum pallium quidem habentem ac peram, pro clava autem piſtillum, clamantem ultra modum, dicentemque ſe Antiſthenis, & Cratetis & Diogenis aemulum, *Noli mentiri*, inquit, *tu enim Hyperidis* (q. d. piſtoris, aut piſtillarii) *diſcipulus es.*

49. Cum multos Athletarum videret male pugnantes, & contra legem certaminis loco pancratii mordentes, *Haud injuria*, inquit, *hodiernos Athletas ſui ſectatores leones appellant.*

50. Lepidum ſane illud quoque ipſius & mordax ſimul ad Proconſulem dictum. Erat is nempe ex eo numero, qui crura ac

θειαν, ἀλλὰ πρὸς ἐπίδειξιν φιλοσοφοῦσιν. ἕνα γοῦν ἰδὼν Κυνικὸν, τρίβωνα μὲν καὶ πήραν ἔχοντα, [b] ἀντὶ δὲ τῆς βακτηρίας, ὑπέρογκον 1 κεκραγότα, καὶ λέγοντα, ὅτι Ἀντισθένους, καὶ Κράτητος, καὶ Διογένους ἐστὶ ζηλωτὴς, Μὴ ψεύδου, ἔφη, σὺ γὰρ Ὑπερίδου μαθητὴς ὢν τυγχάνεις.

Ἐπεὶ μέντοι πολλοὺς τῶν ἀθλητῶν ἑώρα κακομαχοῦντας, καὶ παρὰ τὸν νόμον τὸν ἐναγώνιον, ἀντὶ τοῦ παγκρατιάζειν δάκνοντας, Οὐκ ἀπεικότως, ἔφη, τοὺς νῦν ἀθλητὰς οἱ παρομαρτοῦντες λέοντας καλοῦσιν.

Ἀστεῖον δὴ κἀκεῖνο αὐτοῦ, καὶ δηκτικὸν ἅμα, τὸ πρὸς τὸν ἀνθύπατον εἰρημένον. ἦν μὲν γὰρ τῶν πιττουμένων τὰ σκέλη, καὶ τὸ σῶμα ὅλον·

b Ἀντὶ] Sic Edd. Ἐπὶ τῇ βακτ. conjicit *Palm.* Ἔτι δὲ τὴν βακτ. *Vorſt.* & *Marcil.* Ἄνδυ melius *Solan.*

3. † Ὑπερίδου μαθ.] Εἰς τὸ ἄραβδον διασύρει ὡς ὑπερείσεως δεόμενον. *V.*

† Ὑπερίδου] Hoc Schol. ad alia verba male relatum, duce *Solano* ſedi ſuae reddidi; & eodem monente ex V. ac C. τὸ ἄραβδον dedi, pro vulgato τὸν ῥάβδον. *J. F. R.*

‡ Οὕτως λέγειν] Οὐ λέγει editum ante, ſine ſenſu, σΥλε.

9. Λέοντας καλοῦσιν] Καὶ γὰρ οἰώθαμεν τοὺς ἀνδρείους, εἰς λέοντας ἀπεικάζοντες ‡ οὕτως λέγειν, λέων ἐστίν. *V.*

eſſe in V. teſtatur idem, quo compendio ſatis commode ſignificari οὕτως λέγειν exiſtimat, jubetque conferri Scholium 5. quare & hic facile monenti parui. *J. F. R.*

te fuit etiam Philoſophus ejus nominis, de quo tamen nihil legi. *J. P. a G.*

99. Ἀντὶ δὲ τῆς βακτ.] Ego omnino pro ἀντὶ legendum cenſeo ἄνδυ, quam emendationem confirmabit Scholium. *M. du S.*

Ibid. Ὑπέρογκον κεκραγότα] Eam ſententiam eſſe hujus loci, quam in verſione dedi, certus ſum: hoc eſt, ὕπερον, *piſtillum* pro clava habuit hic Cyniſcus. τρίπηχυ fuiſſe nonnunquam h. e. *trium cubitorum*, hoc inſtrumentum, docet *Heſiodus* Ἐργ. f. 423. ubi vereor, ut figura antiqua antiquum ὕπερον cum ſuo ὅλμῳ recte expreſſerit: quam alioquin machinationem in hodierno civium ſuorum Hungarorum uſu eſſe, docuit me Gollega optimus *J. A. Segnerus.* Nempe ὕπερον ſimplex lignum eſt, longum, teres, capitatum, coni certe formam habens &c. Ut μοχλὸς *vectis*, κόρηθρον *ſcopae*, ſic ὕπερον, *piſtillus*, ſimplicia ligna ſunto magica arte animata apud Noſtrum in Philopſeude. Et qui proverbium fecerunt, quo utitur auctor περὶ ἑρμηνείας S. 119. κοσμούμενον ὕπερον, ſimplex ſine dubio lignum, non machinam illam compoſitam, intellexit. Quare piſtillum ſine dubio geſtavit hic alter Diogenes. Sed de hoc ambigo, pepereritne ὕπερον illud τὸ ὑπέρογκον, quod plane huc non pertinet; an ab eo, ut fit, hauſtum devoratumque ſit. Nam utrumque Luciano dignum, ἔχοντα ἀντὶ βακτηρίας ὕπερον, ὑπέρογκον κεκραγότα, &, ἔχοντα ἀντὶ βακτ. ὕπερον, κεκραγότα κ. τ. λ. Qui characterem quaſi dictorum Demonactis noſtri, & monetam norit, qui cogitarit; neceſſario deſiderari aliquid, quod pro baculo ſeu clava uſurparit Cyniſcus; qui *Hyperidis* nomen cum ὑπέρῳ comparaverit: ille nobiſcum, puto ſentiet. *J. M. G.*

3. Ὑπερίδου] Hujus nominis Rhetorem fuiſſe notum, de quo *Plut.* in X. Rhet. 456. non me latet. Sed quid is ad rem praeſentem, aut quem alium intelligat, non ſatis aſſequor. Scholiaſta reſtitutus indicat ſine baculo fuiſſe, quod Cynico non conveniebat. Hinc ei alium magiſtrum aſſignat Demonax. Sed cur Hyperidem? An quia conviciator notus? Id vero ſi ex hiſtoria pateat, optimum efficiet Demonactis jocum. *M. du S.*

6. Παρὰ τὸν νόμον, τὸν ἐναγώνιον, ἀντὶ τοῦ παγκρατιάζειν δάκνοντας] Eſt in eam rem locus *Philoſtrati* luculentiſſimus in Imag. II. p. 818. οἱ παγκρατιάζοντες, ὦ παῖ, κεκινδυνευμένῃ προσχρῶνται τῇ πάλῃ· δεῖ γὰρ αὐτοῖς ὑπτιασμῶν τε, οἳ μή εἰσιν ἀσφαλεῖς τῷ παλαίοντι, καὶ συμπλοκῶν, ἐν αἷς περιγίνεσθαι χρὴ, οἷον πίπτοντα. δεῖ δὲ αὐτοῖς καὶ τέχνης εἰς τὸ ἄλλοτε ἄλλως ἄγχειν. οἱ δὲ αὐτοὶ καὶ σφυρῷ προσπαλαίουσι, καὶ τὴν χεῖρα στρεβλοῦσι, προσόντες τοῦ παίειν καὶ ἐνάλλεσθαι· ταυτὶ γὰρ τοῦ παγκρατιάζειν ἔργα, πλὴν τοῦ δάκνειν ἢ ὀρύττειν. *M. du S.*

12. Πιττουμένων τὰ σκέλη] Vid. id ſupra expoſitum, in de *Merced. Cond.* c. 33. *J. F. R.*

24. Δρω-

ὅλον· Κυνικοῦ δέ τινος ἐπὶ λίθον ἀναβάντος, καὶ αὐτὸ τοῦτο κατηγοροῦντος αὐτοῦ, καὶ εἰς κιναιδίαν διαβάλλοντος, ἀγανακτήσας, καὶ [a] κατασπασθῆναι τὸν Κυνικὸν κελεύσας, ἔμελλεν ἢ ξύλοις συντρίψειν, ἢ καὶ φυγῇ ζημιώσειν· ἀλλ' ὅγε Δημώναξ παρατυχὼν παρῃτεῖτο συγγνώμην ἔχειν αὐτῷ, κατά τινα πάτριον τοῖς Κυνικοῖς παῤῥησίαν θρασυνομένῳ. εἰπόντος δὲ τοῦ ἀνθυπάτου, Νῦν μέν σοι ἀφίημι αὐτὸν, ἂν δὲ ὕστερον τοιοῦτόν τι τολμήσῃ, τί παθεῖν ἄξιός ἐστι; καὶ ὁ Δημώναξ· Δρωπακισθῆναι τότε αὐτὸν κέλευσον.

totum corpus vellerent. Cynico autem quodam adſcendente in lapidem, atque id ipſum accuſante, mollitiemque illius traducente, indignatus, detrahique jubens Cynicum, aut fuſtibus contundere aut multare exilio parabat. Forte autem ſuperveniens Demonax deprecatus eſt, veniam illi dari, qui patria quadam Cynicis libertate hoc auſus eſſet. Dicente vero Proconſule: *Jam quidem illum tibi dimitto, ſed ſi in poſterum tale quid auſus fuerit, quid pati dignus eſt?* Demonax, *Tum dropace illum velli jube*, inquit.

Ἄλλῳ δέ τινι στρατοπέδων ἅμα καὶ ἔθνους τοῦ μεγίστου τὴν ἀρχὴν ἐμπιστευθέντι ἐκ βασιλέως, ἐρομένῳ, πῶς ἄν τις ἄριστα ἄρξῃ; [b] Ἀόργητος, ἔφη, καὶ ὀλίγα μὲν λαλῶν, πολλὰ δὲ ἀκούων.

51. Alii cuidam, cui legionum & provinciae maximae imperium commiſſum fuerat ab Imperatore, interroganti, *Quomodo optime imperaret aliquis?* reſpondit: *Si non iraſcatur, & loquatur pauca, multa vero audiat.*

Ἐρομένῳ δέ τινι εἰ καὶ αὐτὸς πλακοῦντας ἐσθίει; Οἴει οὖν, ἔφη, τοῖς μωροῖς τὰς μελίσσας τιθέναι τὰ κηρία;

52. Interrogante quodam, *Num & ipſe placentas ederet? Putasne igitur*, inquit, *ſtultis favos ſtrui ab apibus?*

Πρὸς δὲ τῇ Ποικίλῃ ἀνδριάντα ἰδὼν τὴν χεῖρα ἀποκεκομμένον, Ὀψέ ποτε, ἔφη, Ἀθηναίους εἰκόνι χαλκῇ τετιμηκέναι τὸν Κυναίγειρον.

53. Ad Poecilen cum vidiſſet ſtatuam manu truncatam, *Sero tandem*, ait, *ſtatua aenea honoratum ab Athenienſibus Cynaegirum.*

Καὶ μὴν καὶ Ῥουφῖνον τὸν Κύπριον, λέγω δὲ τὸν χωλὸν, τὸν ἐκ τοῦ Περιπάτου, ἰδὼν

54. Rufinum Cyprium, dico autem illum claudum, illum de Peripato, videns mul-

a Κατασπασθῆναι] Nil mut. *J. H. Fl. P.* b Ἀόργητος] Sic Edd. conſtanter.

24. Δρωπακισθῆναι] Ἀντὶ τοῦ, τῆς αὐτῆς αὐτὸν ἀξίωσον ἀτιμίας, ἧς καὶ αὐτός σοι νῦν ἐπιμέμφεται, τ' αὐτὸν γὰρ τὸ πιττοῦσθαι τῷ δρωπακίζεσθαι· ἔστι δὲ ἄμφω, τὸ * τὰς τρίχας τοῦ παντὸς σώματος † μαδᾷν χρίσμασι. V.

36. Κυναίγειρον] Τοῦτο γὰρ Κυναίγειρος πέπονθεν Ἀθηναῖος ἐν τῇ ‡ πρὸς Πέρσας ναυμαχίᾳ, πελέκει πρὸς Πέρσου τὴν χεῖρα ἀποκοπείς. V.

* Τὰς] Τὲς male Edit. *Cler.*
† Μαδᾷν] Μαδδᾷν C.

‡ Πρὸς] Ἐς legebatur in editis, mutavit *Solan.* non addens unde habeat: ναυμαχίᾳ vero ego dedi pro edito ναυμαχιᾶ. *J. F. R.*

24. Δρωπακισθῆναι] Dixi ad illud Petronii *Salamandra ſupercilia tua exuſſit.* *J. B.*

26. Στρατοπέδων καὶ ἔθνους τοῦ μεγίστου] Palam nugatur Benedictus, *caſtrorum & maximi exercitus*; quod tamen fecit æmulatione Opſopœi, qui *caſtra & magnum exercitum.* Nam verti debebat *legionum & maximæ provinciæ.* Peſſima autem eſt in Græcis diſtinctio. *J. G.*

27. Ἐκ βασιλέως] Pro ὑπὸ βασ. Conf. *Eunuch.* c. 3. ubi alia exempla dedimus. *J. F. R.*

29. Ἀόργητος] Lege ἀοργήτως. *M. du S.*

36. Χαλκῇ] Erat quidem Athenis ſtatua Cynaegiri, de qua Z. Τρ. c. 32. Sed non aenea, ad quod hic alludit. *M. du S.*

Ibid. Τὸν Κυναίγειρον] Cujus hiſtoria notiſſima ex *Herod. Diodor. Sicul. Valer. Maxim. Suid.* *J. B.*

38. Καὶ μὴν καὶ Ῥουφῖνον τὸν Κύπριον, λέγω δὲ τὸν χωλὸν, τὸν ἐκ τοῦ Περιπάτου ἰδὼν ἐπιπολὺ τοῖς περιπάτοις ἐνδιατρίβον-

multum in illis ambulationibus verſantem, *Nihil eſt*, inquit, *clando Peripatetico impudentius.*

ἐπιπολὺ τοῖς Περιπάτοις ἐνδιατρίβοντα, Οὐδέν ἐστιν, ἔφη, ἀναισχυντότερον χωλοῦ Περιπατητικοῦ.

55. Cum quondam Epictetus non ſine reprehenſione conſuleret illi uxorem ducere, & procreare liberos, *decere enim hoc quoque virum philoſophum, ut alium pro ſe rerum naturae relinquat*, ſic reſpondit, ut planiſſime illum refutaret, *Da mihi igitur, Epictete, unam filiarum tuarum.*

Ἐπεὶ δέ ποτε ὁ Ἐπίκτητος ἐπιτιμῶν ἅμα συνεβούλευεν αὐτῷ ἀγαγέσθαι γυναῖκα, καὶ παιδοποιήσασθαι, πρέπειν γὰρ καὶ τοῦτο φιλοσόφῳ ἀνδρὶ, ἕτερον ἀνθ' αὑτοῦ καταλιπεῖν τῇ φύσει, ἐλεγκτικώτατα πρὸς αὐτὸν ἀπεκρίνατο, Οὐκοῦν, ὦ Ἐπίκτητε, δός μοι μίαν τῶν σαυτοῦ θυγατέρων.

56. Etiam illud quod ad Ariſtotelicum Herminum dixit, commemorabile eſt. Cum obſervaret peſſimum hominem & infinita patrantem mala, Ariſtotelem autem & decem illius categorias (*praedicamenta*) in ore habentem; *Vere*, ait, *Hermine dignus es decem categoriis* (accuſationibus.)

Καὶ μὴν καὶ τὸ πρὸς Ἑρμῖνον τὸν Ἀριστοτελικὸν ἄξιον ἀπομνημονεῦσαι. εἰδὼς γὰρ αὐτὸν παγκάκιστον μὲν ὄντα, καὶ μυρία κακὰ ἐργαζόμενον, τὸν Ἀριστοτέλη δὲ [c] διὰ στόματος καὶ αὐτοῦ τὰς δέκα κατηγορίας ἔχοντα, Ἑρμῖνε, ἔφη, ἀληθῶς ἄξιος εἶ δέκα κατηγοριῶν.

57. Athenienſibus aemulatione quadam Corinthiorum de gladiatorum conſtituendo ſpectaculo deliberantibus, progreſſus inter illos, *Ne prius*, inquit, *o Athenienſes, de his in ſuffragium ite, quam Miſericordiae aram ſuſtuleritis.*

Ἀθηναίων δὲ σκεπτομένων κατὰ ζῆλον τὸν πρὸς Κορινθίους καταστήσασθαι θέαν μονομάχων, προσελθὼν εἰς αὐτοὺς, Μὴ πρότερον, ἔφη, ταῦτα, ὦ Ἀθηναῖοι, ψηφίσεσθε, ἂν μὴ τοῦ ἐλέου τὸν βωμὸν καθέλητε.

58. Cum Olympiam venienti Elienſes aeneam ſtatuam decernerent, *Nequaquam*, inquit, *o viri Elienſes, hoc facite, ne exprobrare videamini majoribus veſtris, qui*

Ἐπεὶ δὲ εἰς Ὀλυμπίαν ποτὲ ἐλθόντι αὐτῷ, Ἠλεῖοι εἰκόνα χαλκῆν ἐψηφίσαντο, Μηδαμῶς τοῦτο, ἔφη, ὦ ἄνδρες Ἠλεῖοι, μὴ δόξητε ὀνειδίζειν τοῖς προγόνοις ὑμῶν, ὅτι

c Διὰ στόματος καὶ] Ex Fl. ſic dedimus. Καὶ διὰ στομ. Edd. cett.

61. Ἐλέου τὸν βωμὸν] Εἰ γὰρ ὁ ἐλέου βωμὸς οἰκτίρμονας κηρύττει Ἀθηναίους, πῶς ἂν ἀνάσχοισθε, φησὶ, τοιοῦτον ὠμὸν πρᾶγμα θεᾶσθαι; *V.*

βοντα, οὐδέν ἐστιν ἔφη ἀναισχυντότερον χωλοῦ περιπατητικοῦ] Hic quoque interpres hallucinatus, cum ſic vertit: *Quin etiam cum Ruffinum Cyprium, claudum illum dico, Peripateticum, vidiſſet diu in pergulis verſantem, claudo Peripatetico*, inquit, *nihil eſt impudentius.* περίπατοι non ſunt *pergulae*, ſed *ambulationes.* ἐνδιατρίβειν ἐν τοῖς περιπάτοις, eſt *ambulare, ambulationibus vacare.* *J.G.G.*

Καὶ μὴν καὶ] Supra §. 46. καὶ μέν τοι καὶ. §. 56. rurſus καὶ μὴν καὶ mox c. 54. 56. & ſupra c. 22. Item *Eun.* c. 3. Sic καὶ γὰρ καὶ *Lexiph.* c. 3. *Alex.* c. 24. & 28. atque alibi perſaepe, ut ex Indice adparebit; ſi Fratri *Carolo* operae pretium videbitur ea illuc referre. Adde *Ael.* V. H. III. 1. f. *J. F. R.*

48. Δός μοι μίαν τῶν σ. θυγατέρων] Coelebs enim & Demonacte natu grandior Epictetus, quippe qui ſub Tito jam Veſpaſiano cum reliquis Philoſophis Roma exulare juſſus eſt, an. Chr. LXXXIII. *A. Gell.* XV. 11. Vide tamen *Suidam*, qui eum ad *M. Aurelii* usque tempora deducit, & quae ibi a Cl. *L. Kuſtero* ex proprio & *Gatakeri* penu depromta ſunt. Ego quid exiſtimem ad Titulum hujus opuſculi jam notavi, factum hoc ſcilicet circa annum a Chriſto nato CXXV. vel CXXX. *M. du S.*

50. Ἑρμῖνον] De hoc nihil invenio. *M. du S.*

53. Διὰ στόματος καὶ] Sic Ed. *Fl.* quem verborum ordinem reliquae Edd. perturbatum ſic exhibent; καὶ δ. σ. *M. du S.*

60. Ψηφίσεσθε] Ψηφίσαισθε. *F. G.*

61. Ἐλέου τὸν βωμὸν] Vide quae ſupra ad *Τιμ.* c. 25. annotata ſunt. *M. du S.*

ὅτι μήτε Σωκράτει, μήτε Διογένει εἰκόνα ἀνατεθείκασιν.

Ἤκουσα δὲ αὐτοῦ ποτὲ καὶ πρὸς [a] τὸν τῶν νόμων ἔμπειρον ταῦτα λέγοντος, ὅτι κινδυνεύουσι ἄχρηστοι εἶναι οἱ νόμοι, ἄν τε πονηροῖς, ἄν τε ἀγαθοῖς γράφωνται· οἱ μὲν γὰρ οὐ δέονται νόμων, οἱ δὲ ὑπὸ νόμων οὐδὲν βελτίους γίγνονται.

Τῶν δὲ Ὁμήρου στίχων ἕνα ᾖδε μάλιστα,

Κάτθαν' ὁμῶς ὅ, τ' ἀεργὸς ἀνὴρ, ὅ, τε πολλὰ ἐοργώς.

Ἐπῄνει δὲ καὶ τὸν Θερσίτην, ὡς Κυνικόν τινα δημηγόρον.

Ἐρωτηθεὶς δέ ποτε, τίς αὐτῷ ἀρέσκοι τῶν Φιλοσόφων, ἔφη, Πάντες μὲν θαυμαστοί· ἐγὼ δὲ Σωκράτη μὲν σέβω, θαυμάζω δὲ Διογένην, καὶ φιλῶ Ἀρίστιππον.

Ἐβίω δὲ ἔτη ὀλίγου δέοντα τῶν ἑκατὸν, ἄνοσος, ἄλυπος, οὐδένα ἐνοχλήσας τὶ, ἢ αἰτήσας, φίλοις χρήσιμος, ἐχθρὸν οὐδένα οὐδὲ πώποτε ἐσχηκώς. καὶ τοσοῦτον ἔρωτα εἶχον πρὸς αὐτὸν Ἀθηναῖοί τε αὐτοὶ, καὶ ἅπασα ἡ Ἑλλὰς, ὥστε παριόντι ὑπεξανίστασθαι μὲν τοὺς ἄρχοντας, σιωπὴν δὲ γίγνεσθαι πάντων. τὸ τελευταῖον δὲ, ἤδη

neque Socrati ſtatuam, neque Diogeni poſuerint.

59. Audivi illum quondam ad juriſperitum iſta dicere: *Inutiles fere leges eſſe, ſive bonis ſcribantur, ſive malis: alteros enim nec indigere legibus, alteros nihilo a legibus fieri meliores.*

60. Homeri verſuum unum maxime cantillabat:

Mors ſimul ignavum rapit, & qui multa patravit.

61. Therſitem laudabat ut Cynicum quendam concionatorem.

62. Interrogatus, *Quis Philoſophorum maxime ſibi probaretur? Omnes quidem*, ait, *admirabiles: ego vero Socratem veneror, miror Diogenem, amo Ariſtippum.*

63. Vixit annos non multos infra centum, ſine morbo, ſine dolore, nemini moleſtus cum fuiſſet, a nemine quidquam cum petiiſſet: utilis amicis, qui inimicum nunquam quemquam habuiſſet. Tanto illum amore proſecuti ſunt cum ipſi Athenienſes, tum univerſa Graecia, ut prodeunti in publicum aſſurgerent principes, ſilentium autem ab omnibus illi praeſtaretur. Denique cum ultimam ſenectutem jam

a Τὸν] Et ſic habere cum *J.* etiam *Fl. B2. H.* &c. notat *Solan.*

68. Τὸν τῶν νόμων] Videtur ſcripſiſſe τινὰ, non τὸν, niſi forte nomen exciderit, cujus hae ſint reliquiae. *M. du S.*

75. Κάτθαν'] *Homer.* Il. I. 320. *M. du S.*

83. Ὀλίγου δέοντα τῶν ἑκατὸν] Miror itaque in Catalogo μακροβίων nomen ejus non comparere inter Philoſophos; niſi forte ultra illud ſcriptum vitam produxerit, quod ego verum eſſe puto. Sed quae ea de re dicenda ſunt, eo melius differentur. (Vid. Μακρ. c. 18.) *M. du S.*

93. Θεοῦ τινα ἐπιφάνειαν] Narrat Demonactem ſenio confectum in quamcunque domum incidiſſet, in illa coenaſſe & dormiviſſe, τῶν ἐνοικούντων Θεοῦ τινα ἐπιφάνειαν ἡγουμένων τὸ πρᾶγμα, *incolis pro Dei quadam praeſentia habentibus hoc factum.* Quaſi Deus quidam apud eos divertiſſet. Obſcure interpretes Θεοῦ ἐπιφάνειαν, *Dei exortum* interpretantur. ἐπιφάνειαι enim Θεοῦ, ſunt *Dei apparitiones*, ut dudum docti monuerunt. vide inprimis *Caſaubonum* in exercitationibus contra *Baronium*. In aliis quoque Luciani locis male vertitur. *J. G. G.*

9. Ἐναγώνιον τῶν κηρ. πόδα] (Vid. *Pollucem* IV. 91. & ibi interpr.) *L. Kuſt.* Praeconum ἀγὼν additus reliquis Ol. XCVI. *Loyd.* ex Afr. ἀναγρ.

Initium hoc carminis, quo praecones inchoabant Ludos, & mutatis pauculis, claudebant. Initialis imitationem exhibet *Julianus* in Caeſ. p. Ed. Cunaei 209. Par. vero Ed. 25. ubi & *Canteclari* notas vide 336. & 305. Hoc autem apud Lucianum finale eſt; niſi unum fuiſſe malis, cujus primam vocem ἄρχει vel λήγει, prout inchoabant claudebantve, fecerit, aut a Demonacte mutata fuerit ea vox, quo ſibi jam jam morituro adaptaret. *Galenus* etiam ejus Carminis meminit Epidem. VI. teſte *Conſtantino* Lexicographo. De vo-

jam egreſſus eſſet, invocatus quamcunque luberet domum ingreſſus, coenabat ibi pernoctabatque, quam rem Dei alicujus adventum interpretabantur incolae, bonumque aliquem genium domum ad ſe introiiſſe. Praetereuntem panum venditrices certatim ad ſe trahere, poſtulans unaquaeque a ſe panem uti caperet, eoque ſe feliciorem, quae dederat, judicare. Quin pueri fructus illi offerre, & appellare patrem.

ὑπέργηρος ὢν, ἄκλητος εἰς ἣν τύχοι παριὼν οἰκίαν, ἐδείπνει, καὶ ἐκάθευδε, τῶν ἐνοικούντων θεοῦ τινα ἐπιφάνειαν ἡγουμένων τὸ πρᾶγμα, καί τινα ἀγαθὸν δαίμονα εἰσεληλυθέναι αὐτοῖς εἰς τὴν οἰκίαν. παριόντα δὲ αἱ ἀρτοπώλιδες ἀνθεῖλκον πρὸς αὑτὰς, ἑκάστη ἀξιοῦσα παρ' αὐτῆς λαμβάνειν τὸν ἄρτον, καὶ τοῦτο εὐτυχίαν ἑαυτῆς ἡ δεδωκυῖα ᾤετο. καὶ μὴν καὶ οἱ παῖδες ὀπώρας προσέφερον αὐτῷ, πατέρα ὀνομάζοντες.

64. Seditione aliquando Athenis exorta, in concionem prodiit, ipſaque praeſentia ſua ſilentium procuravit. At ille cum videret, jam illos reſipuiſſe, verbo nullo prolato iterum diſceſſit.

Στάσεως δέ ποτε Ἀθήνησι γενομένης, εἰσῆλθεν εἰς τὴν ἐκκλησίαν, καὶ φανεὶς μόνον, σιωπᾶν ἐποίησεν αὐτούς. ὁ δὲ, ἰδὼν ἤδη μετεγνωκότας, οὐδὲν εἰπὼν καὶ αὐτὸς ἀπηλλάγη.

65. Cum intelligeret ſe non amplius praeſtare ſibi opem poſſe, dixit ad praeſentes, praeconum illud in certaminum ludis carmen:

Ludus finit Pulchram tribuens
Meritis laurum, Tempusque vocat;
Prohibetque moras:

atque abſtinens omnibus vita diſceſſit hilaris, & qualis ſemper his, qui illum vidiſſent, apparuit.

Ὅτε δὲ συνῆκεν οὐκ ἔθ' οἷός τε ὢν αὑτῷ b ἐπικουρεῖν, εἰπὼν πρὸς τοὺς παρόντας τὸν ἐναγώνιον τῶν κηρύκων πόδα,

Λήγει μὲν ἀγὼν τῶν καλλίστων ἄθλων
ταμίας·
Καιρὸς δὲ καλεῖ μηκέτι μέλλειν.

καὶ πάντων ἀποσχόμενος ἀπῆλθε τοῦ βίου φαιδρὸς, καὶ οἷος ἀεὶ τοῖς ἐντυγχάνουσιν ἐφαίνετο.

Ὀλί

b Ἐπικουρεῖν] Ἐποικουρεῖν *Fl.*

voce ἐναγώνιος vid. Ὀρχ. c. 2. De certamine ipſo Praeconum adi notam *Palmerii* ad Περ. c. 32. *M. du S.*

Ibid. Τὸν ἐναγώνιον — πόδα] Expreſſit hoc carmen ludorum integrum Julianus in Caeſaribus, quae occaſio fuit illuſtriſſimo Spanhemio illius, hujusque ipſius loci adeo declarandi ad *Julian.* p. 154, b. & 394. Gall. itemque ad *Ariſtoph.* Plut. 255. Add. *Kuſt.* ad ejusdem *Ariſtoph.* Ran. 1358. De illa vero ποδὸς, *Pedis* appellatione vid. *Pollux* IV. 91. & ibi viri docti, qui tamen illum locum nondum ſatis explicuerunt. *J.M.G.*

10. *Λήγει μὲν ἀγὼν τῶν καλλίστων ἄθλων ταμίας*] Uterque interpres *jam finis eſt pulcherrimorum munerum certaminis.* At manifeſte apparet imperfectam eſſe ſententiam, & duntaxat poſtrema in Græcis vox negligitur injuſte. Et cur non potuerunt reddere? *Jam finit agon pulcherrimorum munerum diſpenſator* vel judex & arbiter? *J.G.*

Λήγει μὲν ἀγὼν] Ex Juliani Saturnalibus hic adſcripſerat Cl. *La Croze* ſequentia: (unde vides ὁ ante τῶν inſerendum)

Ἄρχει μὲν ἀγὼν	Οἱ τὸ πρὶν βασιλεῖς	Ἴτ' ἐς ἀντίπαλον
Ὁ τῶν καλλίστων	Δουλωσάμενοι	Ἴσαθε κρίσιν.
Ἄθλων ταμίας·	Ἔθνεα πολλὰ	Οἵ τε φρόνησιν
Καιρὸς δὲ καλεῖ	Καὶ πολέμοισιν	Τέλος ὀλβίστης
Μηκέτι μέλλειν·	Δάϊον ἔγχος	Θέμενοι βιοτῆς
Ἀλλ' ἀκούοντες	Θήξαντες, ὁμοῦ	Οὕς τ' ἀντὶ βίους
Τὰν ἡμετέραν	Γνώμης τε μέγαν	Κακὰ πολλ' ἔρξαν
Κήρυκα βοὰν	Πινυτόφρονα νοῦν	Καὶ χρηστὰ φίλους

Τίκμαρ βιότου. — cet. ad verſum Ζηνὶ μελήσει. Adi *Pollucem* L. IV. c. 12. & notas p. 401. *J.F.R.*

Ibid. Τῶν καλλίστων] An Gloſſema? Si haec tollas, verſus erit anapaeſticus, ut qui ſequitur. Non diſplicet. *F.G.* Immo non placet haec tolli, propter ea quae *La Croze* modo ex *Juliano* adduxit. Eſſe autem praeconum carmen, *Solan.* in marg. notarat, juſſeratque conferri infra *Peregr.* c. 32. *J.F.R.*

16. Ὀλ-

Ὀλίγον δὲ πρὸ τῆς τελευτῆς ἐρομένου τινὸς, περὶ ταφῆς τί κελεύεις; Μὴ πολυπραγμονεῖτε, ἔφη· ἡ γὰρ ὀδμή με θάψει. Φαμένου δὲ ἐκείνου, τί οὖν οὐκ αἰσχρὸν ὀρνέοις καὶ κυσὶ βορὰν προτεθεῖναι τηλικούτου ἀνδρὸς σῶμα; Καὶ μὴν οὐδὲν ἄτοπον, ἔφη, τοῦτο, εἰ μέλλω καὶ ἀποθανὼν ζώοις τισὶ χρήσιμος ἔσεσθαι.

66. Paullo ante mortem interrogante aliquo, *De ſepultura quid jubes? Nolite laborare*, inquit, *odor me ſepeliet.* Dicente autem illo: *Quid? nonne turpe avibus canibusque cibum jacere talis viri corpus? Quin*, ait, *nihil abſurdi hoc, ſi mortuus etiam animalibus quibusdam utilis ſim.*

Οἱ μέντοι Ἀθηναῖοι καὶ ἔθαψαν αὐτὸν δημοσίᾳ μεγαλοπρεπῶς, καὶ ἐπιπολὺ ἐπένθησαν, καὶ τὸν θῶκον τὸν λίθινον, ἐφ' οὗ εἰώθει, ὁπότε κάμνοι, ἀναπαύεσθαι, προσεκύνουν, καὶ ἐστεφάνουν ἐς τιμὴν τοῦ ἀνδρὸς, ἡγούμενοι ἱερὸν εἶναι καὶ τὸν λίθον, ἐφ' οὗ ἐκαθέζετο. ἐπὶ μὲν γὰρ τὴν ἐκφορὰν οὐκ ἔστιν ὅστις οὐκ ἀπήντησε, καὶ μάλιστα τῶν φιλοσόφων. οὗτοι μέντοι ὑποδύντες ἐκόμιζον αὐτὸν ἄχρι πρὸς τὸν τάφον. Ταῦτα ὀλίγα πάνυ ἐκ πολλῶν ἀπεμνημόνευσα· καὶ ἔστιν ἀπὸ τούτων τοῖς ἀναγινώσκουσι λογίζεσθαι, ὁποῖος ἐκεῖνος ἀνὴρ ἐγένετο.

67. Verum Athenienſes & publico illum funere magnifico extulere, & luxerunt diu, & lapideam ſedem, in qua acquieſcere feſſus ſolebat, adorabant, coronabantque honoris viro habendi cauſſa, rati ſacrum etiam eſſe, in quo ſederat, lapidem. Ad funus quidem nemo fuit quin procederet, philoſophorum praeſertim. Hi quidem ſubeuntes *feretro* ad ſepulcrum illum portarunt. Haec pauca ſane de multis commemoravi. Et eſt de his quoque exiſtimandi copia lectoribus, qualis ille vir fuerit.

AMO-

16. Ὀλίγον] Vid. *Chriſtianum Simonem Lithum Miſenum* in notis ad vitam Ignatii Lojolae, L. V. c. 3. p. 173. *M. V. la Croze.*

19. Ὀρνέοις] Apopth. *Leopard.* exhibet 60. Sic ante eum Diogenes inhumatum ſe projici juſſiſſe fertur, ut omne genus ferarum ſui eſſet particeps. *Diog. Laërt.* VI. p. 156. F. quod fuſius etiam a *Cicerone* narratur Tuſc. I. 43. *M. du S.*

24. Αὐτὸν δημοσίᾳ] Non attendit ad vocem δημοσίᾳ. Interpretes *cum luctu publico extulerunt.* ut *Lyſias Rhetor.* in Epitaphio ἡ πόλις αὐτοὺς καὶ ἐπένθησε καὶ ἔθαψε δημοσίᾳ, *publice, ſive funere publico, ſive publico luctu.* de luctu publico longiſſima narratio. Licet videatur ſatisdatum ad *Martial.* & *Perſ.* *J. B.*

26. Τὸν θῶκον τὸν λίθινον] Bona fide, potuiſtine naſum hic continere Luciane? Poteras igitur fortaſſis etiam non ridere illum invenuſtum hominem, qui cum alterius rei copia non eſſet, locum oſculabatur, ubi aſſediſſe τῆς εὐμαρίης εἵνεκα Helenam ſuam paullo ante noverat. Hoc erat extrema linea amare. *J. M. G.*

ΕΡΩΤΕΣ] Non eſſe Luciani ſed alicujus qui Lucianum ſupervixerit, jam monui præfatione ad Lectorem, videtur eſſe *Ariſtæneti.* Incertus Interpres lectorem curioſum ſæpiſſime decipit. *J. B.*

ΕΡΩΤΕΣ] Hic Dialogus Luciani non videtur. ἐπέχω tamen. *F. G.*

ΕΡΩΤΕΣ] Stylus hujus Libelli a Lucianeo valde diſcrepat, utpote nimis ſophiſticus & affectatus, quod ſatis arguit Lucianum non eſſe ejus Auctorem. *L. K.*

74. Δεθὲν] Ἐκεῖνο (Χάος) μὲν ἐς ἐσχάτου ταρτάρου μυχοὺς ἐφυγάδευσας, ἔνθα ὡς ἀληθῶς σιδήρειαί τε πύλαι, καὶ χάλκεος οὐδὸς, ὅπως ὑπ' ἀρρήκτου δοθὲν φρουρᾶς, τῆς ἔμπαλιν ὁδοῦ εἴργηται. Is, qui encomium παιδεραστίας eſt dicturus, invocat Cupidinem, quem ait primum omnium creatum fuiſſe; ejus opera exſtitiſſe rerum formas, & informe Chaos in ima Tartari eſſe proturbatum, ubi portae ſint ferreae, limen aheneum; ut ibi aeterna & non diſſolvenda cuſtodia vinctum, reditu ad ſuperos prohibeatur. Vel puer videat (immo ipſe puer ante aliquot annos videram & notaveram) legendum eſſe δεθὲν, non δοθέν. Nec aliter, ac conjeceram, poſtea vidi contineri in editione Florentina. Sicuti hic ergo δεθεὶς ὑπ' ἀρρήκτου φρουρᾶς, ita ὑπὸ κλοιῷ δεθεὶς in *Apolog. pro Merc. Cond.* c. 1. & infra in *Toxar.* c. 32. Caeterum de Cupidinis antiquitate Noſter iterum in *De Saltatione*, ubi ſaltationem ſimul & Cupidinem cum ipſis rerum primordiis exſtitiſſe memorat c. 7. Ἅμα τῇ πρώτῃ γενέσει τῶν ὅλων φαίην ἄν σοι καὶ ὄρχησιν ἀναφῦναι, τῷ ἀρχαίῳ ἐκείνῳ Ἔρωτι συναναφανεῖσαν. *Simul cum prima univerſi generatione diceret tibi, & Saltationem ortam eſſe, una cum antiquo illo Cupidine editam.* Itidem in *Deor. dialogo* II. ubi ad Cupidinem Jupiter, σὺ παιδίον, ὦ Ἔρως, ὃς ἀρχαιότερος εἶ πολὺ τοῦ Ἰαπετοῦ; Huc faciunt verba *Platonis* in Sympoſio, Ἐγὼ δὲ Φαίδρῳ πολλὰ ἄλλα ὁμολογῶν, τοῦτο οὐχ ὁμολογῶ, ὡς Ἔρως Κρόνου καὶ Ἰαπετοῦ ἀρχαιότερός ἐστιν. ἀλλὰ φημὶ νεώτατον αὐτὸν εἶναι θεῶν, καὶ ἀεὶ νέον. *Ego vero multa alia Phaedro adſentiens, id minime adſentior, quod Cupido ſit Saturno & Japeto antiquior. Verum ajo illum Deorum eſſe natu minimum, ſemperque juvenem.* Statim poſt Chaos, poſt Terram, & Tartara exſtitiſſe Cupidinem, in Theogo-

omnium animatorumque factus es opifex: eximia autem hominibus concordia affundenda honeſtas amicitiae affectiones conjunxiſti, ut ex innocenti & molli adhuc anima ſimul enutrita benevolentia ad virilem maturitatem perveniat.

33. Nuptiae enim, ut neceſſariae ſucceſſionis remedia, inventae ſunt: ſolus amor maſculus honeſtum philoſophae mentis imperium eſt. Quaecumque autem praeter neceſſitatem decoris cauſſa exercentur, ea major conſequitur honor, quam quibus uſus quaedam indigentia adjecta eſt: & omnino pulchra neceſſariis ſunt praeſtantiora. Donec ergo imperiti erant homines, necdum ſatis otii ad quotidiana meliorum experimenta haberent, contenti *praeſentibus* intra ipſa ſe neceſſaria continebant; urgensque tempus bonae vivendi rationis inveniendae opportunitatem non praebebat. Poſtquam vero urgentes illae indigentiae finem habuere; poſterorumque ingenia, neceſſitate ſoluta, otii ſatis nacta ſunt melioribus inveniendis; ex ea re paullatim artes enatae ſunt. Hoc nobis de vilioribus illis licet conjicere. Vix nati erant primi qui-

τε, καὶ ψυχὴν ἔχοντος ἐγένου δημιουργός· ἐξαίρετον δὲ ἐγκεράσας ὁμόνοιαν ἀνθρώποις τὰ σεμνὰ φιλίας πάθη συνῆψας, ἵν' ἐξ ἀκάκου καὶ ἁπαλῆς ἔτι ψυχῆς ἡ εὔνοια συνεκτρεφομένη, πρὸς τὸ τέλειον ἀνδρῶται.

Γάμοι μὲν γὰρ διαδοχῆς ἀναγκαίας εὕρηνται φάρμακα. μόνος δὲ ὁ ἄῤῥην ἔρως, φιλοσόφου καλόν ἐστι ψυχῆς ἐπίταγμα. πᾶσι δὲ τοῖς ἐκ τοῦ περιόντος εἰς εὐπρέπειαν ἠσκημένοις, ἕπεται τιμὴ πλείων, ἢ ὅσα τῆς [f] παραυτίκα χρείας ἐπιδεῖται· καὶ πάντη τοῦ ἀναγκαίου τὸ καλὸν κρεῖττον. ἄχρι μὲν οὖν ὁ βίος ἀμαθὴς ἦν, οὐδέπω τὴν καθ' ἡμέραν πεῖραν πρὸς τὸ βέλτιον εὐσχολῶν, ἀγαπητῶς ἐπ' αὐτὰ τὰ ἀναγκαῖα συνεστέλλετο· τῆς δὲ ἀγαθῆς διαίτης ἐπείγων ὁ χρόνος, οὐ παρέσχεν εὕρεσιν. ἐπειδὴ δὲ αἱ μὲν ἐσπευσμέναι χρεῖαι πέρας εἶχον, οἱ δὲ τῶν ἐπιγιγνομένων ἀεὶ λογισμοὶ τῆς ἀνάγκης ἀφεθέντες [g] ηὐκαίρουν, ἐπινοεῖν τι τῶν κρειττόνων ἐκ τούτου κατ' ὀλίγον ἐπιστῆμαι συνηύξοντο. τοῦτο δ' ἡμῖν ἀπὸ τῶν [h] ἐντελεστέρων τεχνῶν ἔνεστιν εἰκάζειν. αὐτίκα πρῶτοί τι-

f Παραυτίκα] Reſtitutum ex *J.* & *V2.* Παρ' αὐτὰ cett. & M. *g* Ἠυκαίρουν] Sic Edd. Εὐκαίρουν P. *h* Ἐντελεστέρων] Nil mutare *Fl.* notat *M. du S.* Sed nec *J. H. P. S.*

gonia ait *Heſiodus*. De antiquitate Cupidinis vide etiam *Orphea* in Argon. 422. *J. J.*

Διθέν] Recte in W. *Fl.* & *P.* corrupte autem in reliquis δόθεν. *M. du S.*

87. Παραυτίκα] Sic recte Ed. *J.* & *V2.* niſi quod diviſim ſcribant. Aliter M. *Fl. Fr. B2. S.* nempe παρ' αὐτά. *M. du S.*

Παραυτίκα] Nemo mirabitur hanc lectionem a me receptam eſſe, licet omnes fere Edd. & Codd. repugnent. Nam inſpicienti patebit, eam ſe ſua venuſtate commendare, nec opus erit amplius adverbii hanc ſtructuram uſumque exemplis firmare; modo videas quae indicamus ad c. 16. hujus Προσλαλιᾶς. *J. F. R.*

91. Ἀγαπητῶς] *Alciphr.* I. Ep. 13. Πόθεν γάρ ποτε εἰς ἁλιέα δύστηνον ἀγαπητῶς τὴν ἀναγκαίαν ἐκπορίζοντα διατροφὴν ἔρως ἐνέσκηψε; quod Cl. *Bergl.* vertit: *Enimvero unde in piſcatorem miſerum, qui VIX neceſſarium victum adquirit, amor impetum fecit?* aliaque tria teſtimonia adducit, quibus probat ἀγαπητῶς eſſe *vix*, *aegre*. Ap. *Herodian.* vero VI. 2. 10. μηδὲ ματαίαις ἐλπίσιν αἰωρούμενον — ἀγαπητῶς δὲ ἔχειν ἕκαστον τὰ αὐτοῦ. *Debere unumquemque ſuis rebus contentum eſſe.* Et VII. 8. 9. νῦν ἡσυχάζουσιν, ἀγαπητῶς ἔχοντες τὰ ἑαυτῶν. Sed cum *Steph.* alia proferat, ubi *grate*, *amabiliter* ſignificet, rogaveris, anne contraria ſignificatio ſic inſit huic adverbio? Verum ſi propriam ejus vim attendas, videbis eſſe id, quod praeſens rerum ſtatus exigit, quo quis contentus eſt, adeoque ad animum hominis ubi referas, ſuum ſtatum amantis, i. e. contenti, manere ſenſum atque originem τοῦ ἀγαπᾷν, ut apud nos, voor lief nemen. Quod ipſum tamen, cum de re mediocri ac tenui dici amet, facile patet, cur id etiam *vix*, *aegre* interdum vertere liceat. Et ſic ſane vertendus alter *Alciphronis* locus III. 25. p. 332. Ἐγὼ δὲ οἰκουρῶ μόνη, μετὰ Σισύρας ἀγαπητῶς τὰ παιδία βουκολοῦσα — *ſola ego cum Syra liberos* aegre *alens*. Et quamvis locutionis ratio non adpareret, ſatis eſt uſum ſic jubere. *J. F. R.*

95. Ἐπιγιγνομένων] Supple ἀνθρώπων. *F. G.*

98. Ἐντελεστέρων] Non ſine ratione Florentinam hic contulit *Solanus*; nam videtur ſuſpicatus aliquam ceterarum εὐτελεστέρων habere. Et Interpres Pariſinae ſic videtur legiſſe, qui *vulgaribus & inferioribus* vertit, quum *Benedictus* contra *abſolutiſſimis*, & ſic debebat,

τινες ἄνθρωποι γενόμενοι, τοῦ καθ' ἡμέραν λιμοῦ φάρμακον ἐζήτουν, εἶθ' ἁλισκόμενοι τῇ πρὸς τὸ παρὸν ἐνδείᾳ, τῆς ἀπορίας οὐκ ἐώσης ἐλέσθαι τὸ βέλτιον, τὴν εἰκαίαν πόαν ἐσιτοῦντο, καὶ μαλθακὰς ῥίζας ὀρύττοντες, καὶ τὰ πλεῖστα δρυὸς καρπὸν ἐσθίοντες. ἀλλ' ἡ μὲν ἀλόγοις ζώοις μετὰ χρόνον [a] ἐρρίφη, σπόρον δὲ πυροῦ καὶ κριθῆς εἶδον αἱ γεωργῶν ἐπιμέλειαι, εὑροῦσαι κατ' ἔτος ἐκνεάζοντα· καὶ οὐδὲ μανεὶς ἂν εἴποι τις, ὅτι δρῦς στάχυος ἀμείνων.

Τί δ' οὐκ ἐν ἀρχῇ μὲν [b] εὐθὺ τοῦ βίου, σκέπης δεηθέντες ἄνθρωποι, νάκη, θηρία δείραντες ἠμφιέσαντο; καὶ σπήλυγγας ὀρῶν, κρύους καταδύσεις ἐπενόησαν, ἢ [c] παλαιῶν ῥιζῶν, ἢ φυτῶν αὖα κοιλώματα; τὴν δὲ ἀπὸ τούτων μίμησιν, ἐπὶ τὸ κρεῖττον ἀεὶ μετάγοντες, ὕφηναν μὲν ἑαυτοῖς χλανίδας, οἴκους δὲ [d] ᾠκίσαντο, καὶ λεληθότως αἱ περὶ ταῦτα τέχναι τὸν χρόνον λαβοῦσαι διδάσκαλον,

dam homines, cum quotidianae famis remedium quaeſivere: tum deprehenſi a praeſente inopia, cum indigentia, quod melius eſſet, eligendi facultatem non concederet, fortuita herba veſcebantur, cum & molles radices effoderent, & quercus plerumque fructum ederent: ſed haec quidem poſt tempus aliquod mutis animantibus abjecta ſunt: ſed tritici ſementem atque hordei videbant agricolarum curae, quam invenerant, quotannis inſtaurari. Nec adeo inſaniat quiſquam, qui ſpica meliorem dicat quercum.

34. Quid vero? nonne principio ſtatim vitae, indigentes tegumento homines, excoriatorum pellibus animalium induebantur? & montium ſpeluncas perfugia frigoris excogitabant, aut rurſus radicum plantarumque *aſſervandarum* ſiccas cavernas? Verum *coeptam* ab his imitationem, transferentes ſemper in melius, texuere ſibi laenas, domus aedificarunt, & ſenſim artes iſtarum rerum tempus magiſtrum nactae, pro

a Ἐρρίφη] Sic Edd. Ἐρρίφθη L. *b* Εὐθὺ] Deeſt in Ex. *Fl.* Adeſt in Edd. & P. *c* Παλαιῶν] Ex *J.* & *V2.* Πάλαι Edd. cett. In W. Πάλαι ῥιζῶν legitur, ſed litera eſt extrita, & videtur fuiſſe ῥοιζῶν. Παλαιὰ marg. A. W. *d* Ὠκίσαντο] Ὠκήσαντο W.

qui ἐντελ. legit, quod nec ego in εὐτελ. mutaverim. De iis enim artibus loquitur, quae jam ſummum perfectionis gradum attigerint, olim autem rudes & imperfectae erant. *J.F.R.*

7. Ἡ] Πόα ſcilicet. *M. du S.*

Ibid. Ἐρρίφη] Ἐρρίφθη *Solan.* correxerat ex L. addideratque conferendum *Dial. mort.* X. §. 2. Sed hoc parum ad rem; nam illic ἀπερρίφθων legas, quod eſt praeterit. imperativi, unde non conſequitur, hic aoriſto ſecundo pro primo uti non licere. Niſi forſan hoc tempus fefellerit ipſum, credentem ex analogia aor. 2. ἐρρίπην habere. At cum ῥίπτω ſit a ῥίφω formatum, facit ἐρρίφην, in particip. ῥιφείς. Quare quod probum eſt, non ſollicitemus. *J.F.R.*

12. Εὐθὺ τοῦ βίου] Habuimus ſaepe ſupra, ut εὐθὺ τῆς Ἑλλάδος, in *Herod.* ſ. *Aet.* c. 1. verſ. 13. Et *Hermot.* c. 23. χωρεῖν εὐθὺ τῆς πόλεως. c. 46. verſ. 56. ἄγει εὐθὺ τῆς εὐδαιμονίας. *J.F.R.*

15. Πάλαι ῥιζῶν] Legitur σκέπης δεηθέντες ἄνθρωποι, νάκη, θηρία δείραντες, ἠμφιέσαντο, καὶ σπήλυγγας ὀρῶν κρύους καταδύσεις ἐπενόησαν. ἢ πάλαι ῥιζῶν, ἢ φυτῶν αὖα κοιλώματα. dudum vitii ſuſpectus mihi fuit hic locus, in poſteriore parte: merito autem videbar mihi ſuſpicari, pro πάλαι ſcriptum fuiſſe aliquid, quod radicibus poſſit detrahi, & utcumque pro tegumento adhiberi. Neque vero πάλαι hic commode poteſt eſſe *olim*, ut intellexit Interpres, reddens, *Homines tegumento indigentes, vellera, feris excoriatis, induerunt; & ſpeluncas montium, quas contra frigus ſubirent, excogitarunt: aut olim radices, plantarumque ſiccas cavitates.* Vir quidam in his literis inſignis, ſuggerebat mihi, πάλαι ῥιζῶν poſſe verti *antiquarum radicum*; ſed deſiderabam articulum, qui vulgo voculae πάλαι ſoleat apponi; ut οἱ πάλαι. Haereo, Lector, haereo. *J.J.*

Παλαιῶν ῥιζῶν] Recta omnino haec ſcriptura, quam *J.* & *V2.* debemus; in reliquis enim foediſſimo conſenſu πάλαι legitur. nec in tot Editoribus repertus, qui medicinam faceret, aut ſaltem tentaret. In W. etiam πάλαι. Sed ibidem videtur fuiſſe prius ῥοιζῶν. *M. du S.*

Ἢ πάλαι ῥιζῶν] Suſpicor legendum ἢ πάλιν, ut disjunctioni modo ſerviat. Non ſemper *iterationem* aut *reciprocum* quiddam ſignificari hac particula, ſed connexioni ſ. disjunctioni potius ſervire apparet, V. G. ex Themiſtoclis ad Artaxerxen epiſtola apud *Thucyd.* I, 137. ἐπειδὴ ἐν τῷ ἀσφαλεῖ μὲν ἐμοί, ἐκείνῳ δὲ ἐν ἐπικινδύνῳ πάλιν ἡ ἀποκομιδὴ ἐγίγνετο. Sic Latini *contra* adhibent ac *rurſus*. Sic Noſter paullo poſt c. 35. extr. ἀλλὰ τὰ μὲν παλαιὰ — ἃ δὲ αὖθις — ὁ βίος ἐξεῦρεν. *J.M.G.*

Πα-

pro ſimplici textura pulchrius quiddam variegarunt; pro vilibus caſis, ſublimia tecta, & ſaxa ſumtuoſa machinati ſunt, & nudam parietum informitatem floridis colorum tincturis pinxere. Verum unaquaeque harum artium ac ſcientiarum, muta olim & profunda oblivione merſa, velut poſt longum occaſum paullatim in ſuos radios exorta eſt. Unusquisque enim, ſi quid inveniſſet, ſuo ſucceſſori tradidit: tum ipſa accipientium ſeries, addendo iis, quae didiciſſet, quod deficiebat explevit.

35. Ne igitur a vetuſto tempore maſculos amores quisquam repetat. Cum mulieribus enim congredi neceſſe erat, ne plane ſeminis expers genus noſtrum interiret. Varia autem eruditio, & virtutis hujus, pulchri amore accenſae, cupiditates vix ab ipſo, quod nihil imperveſtigatum relinquit, aevo in lucem venturae erant, ut cum divina philoſophia puerorum etiam

ἀντὶ μὲν λιτῆς ὑφῆς, τὸ [e] κάλλιστον ἐποίκιλαν, ἀντὶ δὲ εὐτελῶν δωματίων, ὑψηλὰ τέρεμνα, καὶ λίθων πολυτέλειαν ἐμηχανήσαντο, καὶ γυμνὴν τοίχων ἀμορφίαν εὐανθέσι βαφαῖς χρωμάτων κατέγραψαν. πλὴν ἑκάστη γε τούτων τῶν τεχνῶν, καὶ ἐπιστημῶν, ἄφωνος οὖσα, καὶ βαθεῖαν ἐπιτεθειμένη λήθην, ὡς ἀπὸ μακρᾶς [f] δύσεως κατὰ μικρὸν εἰς τὰς ἰδίας ἀνέτειλεν ἀκτῖνας. ἕκαστος γὰρ εὑρών τι, παρεδίδου τῷ μετ' αὐτόν· εἶθ' ἡ διαδοχὴ τῶν λαμβανόντων, οἷς ἔμαθεν ἤδη προστιθεῖσα, τὸ ἐνδέον ἐπλήρωσε.

Μὴ [g] δή τις ἔρωτας ἀῤῥένων ἀπαιτείτω παρὰ τοῦ παλαιοῦ χρόνου. γυναιξὶ γὰρ ὁμιλεῖν ἀναγκαῖον ἦν, ἵνα μὴ τελέως [h] ἄσπερμον ἡμῶν [i] φθαρῇ τὸ γένος. αἱ δὲ ποικίλαι σοφίαι, [k] καὶ τῆς φιλοκάλου ταύτης ἀρετῆς ἐπιθυμίαι, μόλις ὑπὸ τοῦ μηδὲν ἐῶντος ἀνίχνευτον αἰῶνος εἰς τοὐμφανὲς ἔμελλον ἥξειν, ἵνα τῇ θείᾳ φιλοσοφίᾳ καὶ τὸ παι-

e Κάλλιστον] Ita reſtitui ex L. Κάλλιον Edd. hac priores. f Δύσεως] Sic *J. Pell.* Λύσεως Edd. Sed pro μικρᾶς eſt μακρᾶς ap. eund. & Edd. g Δή τις] Vulgatam hanc etiam eſſe in P. notat *M. du S.* h Ἄσπερμον] Ita habent M. & P. cum Edd. plurimis. Ἄσπερον *J. V2. Fl.* i Φθαρῇ] Φανῇ P. k Καὶ] Deerat in *P. H.* & *Fl.* Inſerui ex *J.*

35. Ἄσπερμον] Ὦ μιαρολόγε, εἰ χωρὶς γυναικῶν ἄσπερμος, ὁ βίος, τό γε λοιπὸν ἐφ' ὑμῖν ἀ[illegible]οῦσι τὸ θῆλυ, λύσις ἔσται τοῦ κόσμου, τί γὰρ ἔτι κόσμος τῆς ἀνθρωπίνης χηρεύων φορᾶς; M.

Παλαιῶν] Etſi ſcio αἱ πάλαι ῥίζαι aeque Graecum eſſe atque παλαιαὶ, tamen obſecundavi *Solano*, quia ſenſus adverbii foret alius, & hic ineptus; nam οἱ πάλαι ſunt quidem *antiqui*; ſed ii, qui non amplius ſunt. Jam non intelligendae radices quae olim fuere, nunc non ſunt amplius; ſed *inveteratae* & *robuſtae*. Quod in *marg. Ald. Weſſel.* eſt παλαιὰ, natum eſſe poteſt ex Cod. qui παλαιαὶ habuit, aut dare voluit, Graeciſmo ſatis quidem uſitato, hic vero non conveniente, propter ſequens αὖα κοιλώματα. *J. F. R.*

28. Ὡς ἀπὸ μικρᾶς λύσεως] Benedictus *tanquam a parvo occaſu*, Legit ergo δύσεως, quæ nullum hic ſenſum habet. Alii *a parvo fomite*, nimis tranſlate, nec opus tam alta figura, quum apte poſſimus ac debeamus *velut exiguam nacta ſolutionem* vel laxamentum. *J. G.*

Ὡς ἀπὸ μακρᾶς δύσεως] *Aldina* lectio & ipſa poſt longas hujus loci tenebras, ὡς ἀπὸ μακρᾶς δύσεως, revocanda merito. Miror, qui δύσεως vidit, cum μακρᾶς potuiſſe fugere. Convenit cum praecedentibus, ubi ἄφωνος, & βαθεῖαν ἐπιτεθειμένη λήθην unaquaeque artium vocatur, cum reſpectu forte ad illas aeternas rerum revolutiones & ἀποκαταστάσεις Stoicas & Heracliteas, Pythagoricasque adeo: vel certe ad Platonicum illud Socraticumque dogma, quo diſcere eſt reminiſci. *J. M. G.*

Ibid. Ἀπὸ μακρᾶς δύσεως] Ἀπὸ μικρᾶς λύσεως erat in omn. Edd. Excepta *Ald.* 2. quam Cl. *Geſn.* indicat. In *Ald.* 1. autem aeque eſt λύσεως atque in ceteris. Sed quum & *Pelleti* Cod. accedat lectioni ab Cl. *Geſn.* & *Solan.* revocatae, vulgatam rejeci. *J. F. R.*

Ibid. Λύσεως] Ego δύσεως ab Auctore hujus libelli ſcriptum fuiſſe exiſtimo. *M. du S.*

Λύσεως] Αὔσεως. *F. G.* Sic diſerte in nott. Mſſ. *Gujeti* legebatur; non dubito tamen quin deſcribentis ſit vitium; nam δύσεως auctor voluit. *J. F. R.*

38. Ἐπιθυμίαι] An gloſſema eſt τοῦ ποικίλαι σοφίαι; placet. *F. G.*

Ἐπιθυμίαι] Καὶ non legerat *Gujetus* in ſua Edit. ideoque pro gloſſemate habuit adpoſitionem τοῦ ἐπιθυμίας, jam vero adparet, non eſſe plane idem quod poſt σοφίαι ſequitur. *J. F. R.*

44. Γυ-

παιδεραστεῖν συνακμάσῃ. μὴ δῆτα, Χαρίκλεις, ὃ μὴ πρότερον εὕρητο, τοῦτο ἐπινοηθὲν αὖθις ὡς φαῦλον εὔθυνε· μηδ᾽ ὅτι τῶν παιδικῶν ἐρώτων αἱ γυναικεῖαι σύνοδοι πρεσβυτέρους ἐπιγράφονται χρόνους, ἐλάττου θάτερον. ἀλλὰ τὰ μὲν παλαιὰ τῶν ἐπιτηδευμάτων ἀναγκαῖα νομίζομεν. ἃ δὲ αὖθις [a] ἐνευσχολήσας τοῖς λογισμοῖς ὁ βίος ἐπεξεῦρεν, ὡς ἐκείνων ἀμείνω τιμητέον.

Ἐμοὶ μὲν γὰρ ὀλίγου καὶ γελᾶν ἔναγχος ἐπῄει, Χαρικλέους ἄλογα ζῶα καὶ τὴν Σκυθῶν ἐρημίαν ἐπαινοῦντος· ὀλίγου δὲ ὑπὸ τῆς ἄγαν φιλονεικίας καὶ μετενόει, γενόμενος Ἕλλην. οὐδὲ γὰρ ὡς ἐναντία φθεγγόμενος, οἷς ἐπεχείρει λέγειν, [b] ὑπεσταλμένῳ τῷ τῆς φωνῆς τόνῳ τὸ ῥηθὲν ἔκλεπτεν, ἀλλ᾽ ἐπηρμένῃ φωνῇ λαρυγγίζων, Οὐκ ἐρῶσι, φησὶν, ἀλλήλων λέοντες, οὐδ᾽ ἄρκτοι, καὶ σύες, ἀλλ᾽ αὐτῶν ἡ πρὸς τὸ θῆλυ μόνον ὁρμὴ κρατεῖ· καὶ τί θαυμαστόν; ἃ γὰρ ἐκ λογισ-

amor adoleſceret. Quare noli, Charicles, quod prius inventum non erat, poſtquam excogitatum eſt, rurſus tanquam pravum ſub cenſuram vocare; nec ideo, quod puerorum amoribus muliebres congreſſus antiquiora tempora inſcripta habent, alteri *generi* detrahe. Sed vetera quidem ſtudia neceſſaria putemus; quae autem rurſus vita, excogitandi otium nacta, adinvenit, ea tanquam meliora illis honorare oportet.

36. Equidem paullo ante vix a riſu mihi temperabam, Charicle muta animalia & Scytharum laudante ſolitudinem: parum aberat, quin prae nimia contentione, quod Graecus eſſet, ipſum poeniteret. Neque enim, ut qui contraria propoſito diceret, ſubmiſſa voce ipſa dicta ſua quaſi ſuffurabatur; ſed ſublata voce, dilatato gutture boans, *Non amant*, inquit, *ſe invicem leones mares, neque urſi, neque apri, ſed ipſos ſolus in feminas impetus ſuperat.* Et quid mirum? quae enim ratione ductus merito ele-

a Ἐνευσχολ.] Ἐναχ. *Fl.* At vulgata eſt in *J. P. H. S.* &c. *b* Ὑπεσταλμένῳ] Ὑπεσταλμένῳ τε W.

44. Γυναικεῖαι σύνοδοι] At ſupra c. 27. γυναικεῖοι σύνοδοι Edd. quod ex hoc loco corrigendum tamen ſervavimus, ut habeant & alii in quo ſe exerceant. Vid. quae ibi notavi. *J. F. R.*

50. Ἐμοὶ —— γελᾶν — ἐπῄει] Vid. de hac phraſi agentem Cl. *Hemſterh.* T. I. p. 26. ad *Prometh.* §. 2. *J. F. R.*

51. Σκυθῶν ἐρημ.] Ad quae *Chariclis* verba reſpiciat, incertum eſt. Sed ſic invidioſe ſolent Oratores aut detorquere adverſarii verba, aut etiam fingere. *M. du S.*

53. Τῆς ἄγαν φιλονεικίας] Similia hujus locutionis exempla vid. ſupra ad c. 16. *J. F. R.*

54. Οὐδὲ γὰρ &c.] Interpres verba [οὐδὲ γὰρ ὡς ἐναντία φθεγγόμενος, οἷς ἐπεχείρει λέγειν] ex ignoratione Helleniſmi vertens: *Neque enim veluti qui contraria loqueretur, quibus dicere aggrediebatur*, palam pervertit. Alia hic eſt ſyntaxis Latina, alia Graeca. Vertendum fuit, *Neque enim quaſi contraria loquens iis, quae dicere erat aggreſſus.* Integra fuiſſet Graeca locutio, ἐναντία φθεγγόμενος τούτοις, ἃ (vel etiam οἷς, ut notus eſt Graecorum mos) ἐπεχείρει λέγειν. Ellipticam iſtam loquendi rationem frequentiſſime amant Graeci: ſic Noſter in *Reviviſcentibus* c. 14. f. ὡς ὑπόσχῃ τὴν ἀξίαν ὧν ἔδρακε. *ut ſubeat dignam poenam eorum, quae fecit.* in *Hermotimo* c. 53. f. οὐ μνημονεύεις ὧν ἔφην. in *Sacrificiis*, οὐδὲν ἀμοιβαῖ ποιοῦσιν, ὧν ποιοῦσιν. In *Prometheus es in verbis*, ἐμμενετέον οἷς ἅπαξ προειλόμην. *Ariſtophanes* in Pluto,

Ἔχω τίν᾽ ἀγαθὴν ἐλπίδα, ἐξ ὧν εἰπέ μοι.

Iſocrates in Panathenaico, εἰ τέλος ἐπέθηκεν, οἷς διενοήθη πράττειν. Fuit cum haec concinna & ſuccincta Graecorum locutio fraudi eſſet *H. Stephano.* Nam cum apud *Herodianum* cap. 4. Marcus ait, Ἄχθεσθαι μὲν ὑμᾶς ἐφ᾽ οἷς ὁρᾶτέ με διακείμενον, θαυμαστὸν οὐδέν· volebat *H. Stephanus* excidiſſe οὕτω [οὕτω διακείμενον] & ἐφ᾽ οἷς ὁρᾶτέ με eſſe idem, quod ἐπὶ τῷ ὁρᾶν με. Sed hanc criſin ab hoc loco abſtinendam eſſe, docte monuit *Tan. Faber* in epiſtola ſua Herodiani editioni ultimae praefixa; docens ἄχθεσθαι ἐφ᾽ οἷς ὁρᾶτέ με διακείμενον poſitum eſſe pro ἄχθεσθαι ἐπ᾽ ἐκείνοις, ἐν οἷς ὁρᾶτέ με διακείμενον. Caeterum adeo religioſe obſervant hanc loquendi rationem elegantiores Graeci, ut etiam ſi inſequatur verbum, caeteroquin genitivum aliumve caſum poſtulans, illius tantummodo caſus, qui regatur a praecedenti verbo, rationem habeant. Sic in veteri proverbio apud Scholiaſten *Theocriti* ad Eid. X. vſ. 96. Ἔχεις ἅπερ ἐπεθύμεις, *voti compos factus es.* Notum eſt τὸ, ἐπιθυμεῖν fere ſemper cum ſecundo caſu conſtrui. Ita & apud *Sophoclem*, Αἰτεῖς, ἃ τεύξῃ pro, Αἰτεῖς ταῦτα, ὧν τεύξῃ, rogas; quae conſequeris. Hoc Sophoclis adducit *Suidas* in A, oſtendere volens, τὸ, ἃ quandoque pro ὧν poni. Sed profecto ἃ ſic non magis pro ὧν, quam pro οἷς poni poteſt, ubi ratio loquendi ita fert: idque aliquando fieri, exemplo doceat ipſe Lucianus: apud quem in *Necyomantia* c. 16. med.

elegerit aliquis, ea his, quae rationes non poſſunt ſubducere, propter ſuum ſtuporem habere non licet. Nam ſi Prometheus, aut Deorum quis alius, mentem unicuique humanam adjunxiſſet; non ſolitudo ſane & ſilveſtris victus ea paſceret, neque in cibo ſe invicem haberent: ſed aeque ac nos templis aedificatis, & mediis ſuarum quisque aedium Penatibus, communibus legibus in civitate viverent. Quid mirum autem, ſi animalia, ab ipſa natura damnata, quibus nihil eorum, quae ratio ſuppeditat, accipere a Providentia contigit, inter alias res maſculis etiam cupiditatibus privata ſunt? Non amant leones? ſed nec philoſophantur: non amant urſi? Quantum enim oriatur ex amicitia bonum, neſciunt. Sed inter homines prudentia ſcientiae conjuncta, frequentibus *collecta* experimentis, optimum quod eſt eligens, firmiſſimos amores decrevit maſculos.

μοῦ δικαίως ἄν τις ἕλοιτο, ταῦτα τοῖς μὴ δυναμένοις λογίζεσθαι δι' ἀφροσύνην οὐκ ἔνεστιν ἔχειν. ἐπεί τοι Προμηθεὺς, ἢ θεῶν τις ἄλλος, εἰ νοῦν ἑκάστῳ συνέζευξεν ἀνθρώπινον, οὐκ ἂν ἐρημία, καὶ βίος ὄρειος αὐτοὺς ἐποίμαινεν, οὐδὲ ἀλλήλους τροφὴν εἶχον. ἐξίσου δὲ ἡμῖν ἱερὰ δειμάμενοι, καὶ [c] μέσην ἑστίαν τῶν [d] ἰδίων ἕκαστος οἴκων, ὑπὸ [e] τοῖς κοινοῖς ἐπολιτεύοντο νόμοις. τί δὴ παράδοξον, εἰ ζῶα τῆς φύσεως κατάκριτα, μηδὲν, ὧν λογισμοὶ παρέχονται, παρὰ τῆς προνοίας λαβεῖν ἠτυχηκότα, προσαφῄρηται μετὰ τῶν ἄλλων καὶ τὰς ἄρρενας ἐπιθυμίας; οὐκ ἐρῶσι λέοντες, οὐδὲ γὰρ φιλοσοφοῦσιν· οὐκ ἐρῶσιν ἄρκτοι, τὸ γὰρ ἐκ φιλίας καλὸν, οὐκ ἴσασιν. ἀνθρώποις δ' ἡ μετ' ἐπιστήμης φρόνησις, ἐκ τοῦ πολλάκις πειρᾶσαι τὸ κάλλιστον ἑλομένη, βεβαιοτάτους ἐρώτων ἐνόμισε τοὺς ἄρρενας.

Μὴ

c Μέσην] Sic *Fl. H. P. S.* μέσην *J.* an μεσὴν *J.* voluit? d Ἰδίων] Ἡδέων *J.* ſola. e Τοῖς κοινοῖς] Τῆς κοινῆς male *J.* Τοῖς κοινῆς P. Τοῖς κοινοῖς P. *Ald. Fr. S.* &c.

78. Βεβαιοτάτους ἐρώτων] Εἰ πάντα πρός τι τέλος ἡ φύσις ἀφωρίσατο, ὁδὸν δὲ τὴν ἡδονὴν ἐπενόησε πρὸς τὸ τέλος, εἰπέ μοι, κατάρατε, τί πλέον ἡδονῆς ἡ ἀρρενοφθορία ἐπαγγέλλεται, ὡς ἡ τῶν γυναικῶν μίξις *παιδοποιΐαν, ἡ τῶν βρωμάτων ποικιλία τὴν σωματικὴν σύστασιν, ἡ τῶν ἱματίων τὴν ἀπὸ τῆς θλίψεως τοῦ ζώου συντήρησιν, καὶ ἐπὶ πάντων ὡσαύτως. † ἀλλ' ἐπὶ κεφαλήν σοι τὸ δύσφημον· ἄλογον εἰσάγειν τὴν τάξασαν τὴν φύσιν Θεόν. *V.*

* Παιδοπ.] Πρὸς παιδοποιΐαν erat editum. Sed praepoſitionem ducibus V. & M. delevit *M. du S.*
† Ἀλλ'] M. Cod. ἀλλ' οὐδὲν ἔχοις τοιοῦτον ἀπὸ τῆς μιαρᾶς δείξαι χρήσεως ταύτης, ὅ σοι καὶ πρὸς μεγάλην ἀποτελευτᾷ βλασφημίαν. καὶ μάτην εἶναι τὴν φύσιν. καὶ πολὺ πρότερον.

med. legas, Οὐχ ἃ πρὸς ὀλίγον ἐχρήσατο ἀποδιδόντες. pro οὐκ ἀποδιδόντες ταῦτα, οἷς πρὸς ὀλίγον ἐχρήσατο. Ex his male *Dionyſius Voſſius* ad Caeſaris III. de B. G. c. 24. corrigit Graecum Caeſaris Interpretem, pro καὶ ἡ φόβου παρεῖχον δόξῃ legens καὶ ἣν &c. *J. J.*

55. Οἷς ἐπεχείρει] Vulgarem hanc ellipſin obiter attigimus ad *Aſtrol.* c. 1. μέμφομαι ὁκόσοι σοφοί. *J. F. R.*

56. Ἔκλεπτεν] Non vererer vertere *abſcondidit*, etſi proprie ſit, *ſubtraxit* ſcil. audientibus. Nam κλέπτειν eleganter dici de iis qui clam aliquid agunt, ſi non ſatis notum, adeatur Cl. *Periz.* ad Aelian. III. 47. κλέπτων τὴν τῶν Ἀθηναίων τείχισιν. *J. F. R.*

57. Λαρυγγίζων] Vide ſupra c. 22. *M du S.*

Λαρυγγίζων] *Aeſchini* objicit Demoſthenes pro corona cap. 90. ἐπάρας τὴν φωνὴν ὡς γεγηθὼς, καὶ λαρυγγίζων. Refert etiam *Plin.* epiſt. 4, 7, 6. *J. M. G.*

62. Δι' ἀφροσύνην] Sic Populia M. F. apud *Macrob.* 2, 5, extr. ad ſimilem objectionem a mutis animantibus ſumtam reſpondet, *Beſtiae enim ſunt.* *J. M. G.*

67. Καὶ μέσην ἑστίαν τῶν — οἴκων] Addi poteſt hic locus, de Veſta in media domus parte culta, his, quae habet *Spanhem.* tum in diatr. de Veſta & Pryt. Gr. tum ad *Callim.* H. in Del. 325. p. 523. itemque alius e Scholiis ad *Heſiodi* Theogon. 454. ubi cauſſam reddit cur ἑστία etiam appelletur Terra Mater, Ceres, δημήτηρ, παρ' ὅσον τοῦ παντὸς τὸν μέσον λαχοῦσα τόπον ἡ γῆ, στάσεως καὶ μονῆς αἰτία ἐστὶ τοῖς ἄλλοις. Caeterum ἑστίαν ſ. *Veſtam* hic reſpondere *Penatibus*, *Laribusque* Romanorum hominum; οἴκους autem eadem ratione pro pluribus membris unius domus poni, ut *aedes* Romanis; vix opus eſt hic admoneri: ut nec illud, ſeparatis revera pluribus aediculis aedes honeſtiorum conſtitiſſe, qua de re, qui *Plinianas* villas, & aedificandi legem a Columella 1, 6. propoſitam attentius conſideraverit, vix eſt ut dubitet. Illud propius ad rem noſtram pertinet. Verti hunc locum ita, ut μέσην ἑστίαν referam ad δειμάμενοι, ac legam οἴκων ἰδίων, quod unice verum puto. Sed ſi quis, ut adhuc edi-

Μὴ τοίνυν, ὦ Χαρίκλεις, ἀκολάστου βίου συμφορήσας ἑταιρικὰ διηγήματα, γυμνῷ τῷ λόγῳ τῆς σεμνότητος ἡμῶν καταπόμπευε, μηδὲ τὸν οὐράνιον ἔρωτα τῷ νηπίῳ συναρίθμει· λογίζου δὲ ὀψὲ μὲν ἡλικίας τὰ τοιαῦτα μεταμανθάνων· ὅμως δ' οὖν λογίζου νῦν γε, ἐπειδήπερ οὐ πρότερον, ὅτι διπλοῦς θεὸς ὁ ἔρως, οὐ κατὰ μίαν ὁδὸν φοιτῶν, οὐδὲ ἑνὶ πνεύματι τὰς ἡμετέρας ψυχὰς ἐρεθίζων. ἀλλ' ὁ μὲν, ὡς ἂν οἶμαι, κομιδῇ νήπια φρονῶν, οὐδενὸς αὐτοῦ τὴν διάνοιαν ἡνιοχεῖν δυναμένου λογισμοῦ, πολὺς ἐν ταῖς τῶν ἀφρόνων ψυχαῖς ἀθροίζεται. μάλιστα δὲ αὐτῷ γυναικεῖοι πόθοι μέλουσιν· οὗτός ἐστιν ὁ τῆς ἐφημέρου ταύτης ὕβρεως ἑταῖρος, ἀκρίτῳ φορᾷ πρὸς τὸ βουλόμενον ἄγων· ἕτερος δὲ ἔρως ὠγυγίων πατὴρ χρόνων, σεμνὸν ὀφθῆναι, καὶ πάντοθεν ἱεροπρεπὲς θέαμα, σωφρονούντων ταμίας παθῶν, ἤπια ταῖς ἑκάστου διανοίαις ἐμπνέει, καὶ λαχόντες ἵλεω τοῦδε τοῦ δαίμονος, ἡδονὴν ἀρετῇ μεμιγμένην ἀσπαζόμεθα. διττὰ γὰρ ὄντως κατὰ τὸν τραγικὸν πνεύματα πνεῖ ὁ ἔρως· ἑνὸς δὲ ὀνόματος οὐχ ὅμοια τὰ πάθη κεκοινώνηκε· καὶ γὰρ αἰδὼς,

37. Noli igitur, Charicles, meretriciis vitae libidinoſae collatis narrationibus, nudo ſermone pudori noſtro & gravitati inſultare, nec caeleſtem Amorem cum illo infante adnumerare: & cogita, ſero tu quidem aetatis iſta demum aliter diſcens, verum tamen cogita nunc certe, quando non prius, duplicem Deum eſſe Amorem, non eadem *utrumque* via venientem, nec ſpiritu eodem animos noſtros incitantem. Sed alter, pueriliter omnino, ut arbitror, animatus, cujus nulla gubernare mentem prudentia poſſit, multus in imprudentium animis colligitur: maxime autem illi muliebria deſideria cordi ſunt. Hic eſt illius diem modo durantis contumeliae ſodalis, indiſcreto impetu agens in id quod appetitur. At alter Amor Ogygiorum pater temporum, honeſtum viſu & ſacrum undique ſpectaculum, ſanarum promus affectionum, mite quiddam uniuſcujusque mentibus inſpirat. Hunc deum propitium nacti mixtam virtute voluptatem ampleсtimur. *Duplices* enim revera *ſpiritus* Amor *ſpirat*, ut eſt apud Tragicum, idemque nomen habent affectiones minime ſimiles. Nam Pudor quo-

tum eſt, οἰκῶν praeferat, ille etiam, ut adhuc factum video, interpretabitur, *medios privatae domus penates incolens*. Nempe τὰ ἴδια deinde *domum* ſignificabunt, vel totum forte praedium, in cujus media parte domus exſtructa ſit. Notum eſt illud ex Euangelio ἦλθεν εἰς τὰ ἴδια. κ. τ. λ. *J.M.G.*

84. Ὀψὲ μὲν ἡλικίας] Conf. *Cic.* Tuſc. Diſp. IV. c. 33. ibique *Daviſ.* quem adeundum Cl. *Hemſterh.* in marg. notaverat. *J.F.R.*

86. Διπλοῦς θεὸς] Conf. infra Δημ. c. 13. *M. du S.*

2. Τραγικὸν] Unde habeat neſcio. *M. du S.*

Ibid. Κατὰ τὸν τραγικὸν] Ex *Sophocl. Antig.* adſcriptum in marg. *A1W.* quem evolvere typothetarum feſtinatio prohibet. *J.F.R.*

7. Αἰδὼς] *Heſiod.* Ἐργ. 317. verſ. ſequens autem ex eod. verſ. 11. Ope textus Heſiodei & W. Codicis menda duo ex hiſce verbis ſuſtulimus, in δύω & ἐπαινήσειε, poſterius enim recte in W. οὐ μὴν οὐδὲ, autem reliquimus, & ἐστὶν ἓν, pro quibus apud *Heſiodum* οὐκ ἄρα μοῦνον ἔην. *M. du S.*

8. Οὐ μὴν &c.] Hi ex *Heſiodo* verſus,

Οὐ μὴν οὐδὲ ἐρίδων γένος ἐστὶν ἕν, ἀλλ' ἐπὶ γαῖαν
Εἰσὶ δύο. τὴν μέν κεν ἐπαινέσειε νοήσας,
Η δ' ἐπιμωμητή. διὰ δ' ἄνδιχα θυμὸν ἔχουσιν.

parum accurate ſcripti ſunt. In primo οὐδ', non οὐδὲ legendum; in ſecundo vel ἐπαινέσσειε, ut pleraeque editiones Heſiodi; vel ἐπαινήσειε, quod ex duobus MSS. adfert, magisque probat in Lectionibus Heſiodeis Cl. *Graevius*, legendum. Sed & δύω, non δύο, vulgo in Heſiodo legitur. Utrumque probum. Verſum quoque primum aliter concipit *Heſiodus*; apud quem in Ἔργοις vſ. XI. legitur,

Οὐκ ἄρα μοῦνον ἔην ἐρίδων γένος, &c.

J.J.

17. Τὸ μηδὲν οἴει] Sic ſupra fere c. 3. τὸ καλὸν ἀνθούντων. *J.F.R.*

18. Ἵνα πῶς μείνωμεν] Jam vidit prior interpres, legendum εἶτα, de cujus vi in abſurda conſequentia indicanda omnia plena ſunt. *J.M.G.*

19. Κατὰ τὸν σοφώτατον Εὐριπίδην] Locus eſt Hippolyto 618. ſeq. ubi Jovem reprehendit, qui mulieres creaverit. Εἰ γὰρ, inquit, *βρότειον ἤθελες σπεῖραι γένος, Οὐκ ἐκ γυναικῶν χρῆν παρασχέσθαι τόδε, Ἀλλ' ἀντιθέντας σοῖσιν ἐν ναοῖς βροτοὺς Ἢ χαλκὸν, ἢ σίδηρον, ἢ χρυσοῦ βάρος, Παίδων πρίασθαι σπέρμα, τοῦ τιμήματος Τῆς ἀξίας*

quoque utilitatis ſimul & noxae ambiguus Deus eſt, Pudor, inquam,

Et multum prodeſſe & laedere idoneus idem.
Nec contendendi genus unum eſt, ſed duo terras
Sollicitant, unum, qui novit, laudibus ornet;
Alteri ineſt labes: in partes pectora ſcindunt.

Neque igitur mirum eſt, ſi affectio communem virtuti appellationem forte accepit, ut amor vocaretur & voluptas libidinoſa, & ſapiens benevolentia.

38. Nuptias igitur, ait, nihili putas? & muliebre genus exulare e vita jubes? Deinde quomodo duremus homines? Optabile quidem erat, de Euripidis doctiſſimi viri ſententia, ut abſque congreſſu cum mulieribus, in templa & aedes ſacras venientes argento & auro liberos ſucceſſionis cauſſa emeremus. Neceſſitas enim grave cervicibus noſtris jugum imponens imperiis parere nos cogit. Quod igitur pulchrum eſt ratione eligamus, cedat autem neceſſitati utilitas. Liberorum tenus numerus ſunto mulieres. In reliquis vero,

ὠφελείας ὁμοῦ καὶ βλάβης ἀμφίβολός ἐστι δαίμων·

Αἰδὼς, ἥτ' ἄνδρας μέγα σίνεται, ἥδ' ὀνίνησιν.
Οὐ μὴν [a] οὐδ' ἐρίδων γένος ἐστὶν ἕν, ἀλλ' ἐπὶ γαῖαν
Εἰσὶ [b] δύω, τὴν μέν κεν [c] ἐπαινήσειε νοήσας,
Ἡ δ' ἐπιμωμητή. διὰ δ' ἄνδιχα θυμὸν ἔχουσιν.

οὐδὲν οὖν παράδοξον, εἰ πάθος ἀρετῇ κοινὴν προσηγορίαν ἔχειν ἔτυχεν, ὥστε ἔρωτα καλεῖσθαι, καὶ τὴν ἀκόλαστον ἡδονὴν, καὶ τὴν σωφρονοῦσαν εὔνοιαν.

Γάμους οὖν, [d] φησι, τὸ μηδὲν οἴει; καὶ τὸ θῆλυ τοῦ βίου φυγαδεύεις, [e] ἵνα πῶς μείνωμεν ἄνθρωποι; ζηλωτὸν μὲν ἦν κατὰ τὸν σοφώτατον Εὐριπίδην, εἰ δίχα τῶν πρὸς γυναῖκας συνόδων, φοιτῶντες ἐπὶ ἱερὰ, καὶ ναοὺς, ἀργύρου, καὶ χρυσοῦ τέκνα [f] ὑπὲρ τῆς διαδοχῆς ἐωνούμεθα. ἀνάγκη [g] γὰρ, βαρὺν κατ' [h] αὐχένα ζυγὸν [i] ἡμῖν ἐπιθεῖσα, τοῖς κελευομένοις [k] πειθαρχεῖν βιάζεται. τὸ μὲν οὖν καλὸν αἱρώμεθα τοῖς λογισμοῖς, [l] εἰκέτω δὲ τῇ ἀνάγκῃ τὸ χρειῶδες. ἄχρι τέκνων, γυναῖκες ἀριθμὸς [m] ἔστωσαν· [n] ἐν δὲ τοῖς ἀλ-

a Οὐδ'] Οὐδὲ Edd. priores. *b* Δύω] Reſtitut. ex *Heſiod.* Δύο Edd. Lucian. & M. *c* Ἐπαινήσειε] Ex cod. nam ἐπαινέσειε Edd. Luciani priores. *d* Φησι] Deeſt hoc verb. in W. *e* Ἵνα πῶς] Nihil mutant *J. Fl. Fr.* P. & M. *f* Ὑπὲρ] Ita dedi ex marg. *A1. J. V2.* & L. Παρὰ cett. & M. male. *g* Γὰρ] Sic M. & Edd. omnes praeter *J.* & *V2.* quae δὲ, cum marg. *A1.* *h* Αὐχένα] Αὐχένων L. *i* Ἡμῖν] Ἡ μὲν male *J.* & *V2.* *k* Πειθαρχεῖν] Πιθαρχεῖν W. *l* Εἰκέτω] Sic recte *Fl. B2. Fr. P. H. S.* Οἰκέτο male *J.* *m* Ἔσωσαν] Ἕστωσαν Veneta utraque. Ceterae ſpiritum tenuem ſervant. *n* Ἐν δὲ] Ἐπὶ δὲ *Fl.* ſola. Ἐν δὲ etiam P.

ἀξίας ἕκαστον κ. τ. λ. *J.M.G.*

20. Εὐριπίδην] Vid. Med. 573. Sed alium, eumque magis expreſſum locum reſpicit, qui mihi non ſuccurrit. Reperi tandem. Extat in Hippol. v. 619. & ſeqq. Sed poëtam ipſum adi. *M. du S.*

22. Ὑπὲρ] Sic L. & *Ven.* utraque. Reliquae παρὰ, & ipſe M. *M. du S.*

Ὑπὲρ τῆς διαδοχῆς] Sic legendum ſine dubitatione ex *Aldina.* Quid enim eſt παρὰ τῆς διαδοχῆς, quod reddunt, *a ſucceſſione?* ὑπὲρ ad finem referri, propter quem aliquid fit, tralaticium eſt. *J.M.G.*

23. Γὰρ] Senſus videtur poſtulare δὲ, maxime, ſi ad praemiſſum μὲν reſpicias; ſed viciſſim δὲ habuimus, ubi ex conſuetudine γὰρ potius locum haberet, ſupra 2. *Ver. Hiſt.* c. 2. εὑρίσκομεν δὲ. Item *Alex.* c. 44. & 46. Ubi & *Homer.* ad partes vocavi. Verum δὲ facilius hic procedere videtur, non tamen adeo neceſſarium arbitror, ut mutatione opus ſit; nam ſi ſequens οὖν ſpectes, nihil adeo pugnabit illud γάρ. At quum propter ſcripturae compendia in ejusmodi particulis perpetua, facilis eſt ſcribarum aberratio, nihil definio, ſed ad δὲ magis inclino, quia Edd. una alterave id habet. Iterum tamen dico, nihil muto, quoniam & alibi ita ponitur, ut δὲ ſine ſenſus diſcrimine reponere poſſis. E. g. in *Hermot.* c. 29. f. ἢ πᾶσι πιστεύειν χρὴ — ἢ ἀπιστεῖν ὁμοίως· μακρῷ γὰρ ἀσφαλέστατον τὸ τοιοῦτον. *J.F.R.*

28. Ἀριθμὸς] Sic *Horatius* —— *Nos numerus ſumus.* *Eurip.* Tr. 476. *M. du S.*

31. Ἀλλ-

ἄλλοις, ἄπαγε, μή μοι γένοιτο. τίς γὰρ ἂν εὖ φρονῶν ἀνέχεσθαι δύναιτο, ἐξ ἑωθινοῦ γυναικὸς [a] ὡραϊζομένης ἐπικτήτοις σοφίσμασιν; ἧς ὁ μὲν ἀληθῶς χαρακτὴρ ἄμορφος, ἀλλότριοι δὲ κόσμοι τὸ τῆς φύσεως ἀπρεπὲς βουκολοῦσιν.

Εἰ γοῦν ἀπὸ τῆς νυκτέρου κοίτης πρὸς ὄρθρον ἂν ἴδοι τις ἀνισταμένας γυναῖκας, [b] αἰσχίω νομίσει θηρίων τῶν [c] πρωΐας ὥρας ὀνομασθῆναι [d] δυσκληδονίστων. ὅθεν ἀκριβῶς οἴκοι καθείργουσιν αὐτὰς, οὐδενὶ τῶν ἀρρένων βλεπομένας· γρᾶες δὲ καὶ θεραπαινίδων ὁ σύμμορφος ὄχλος, ἐν κύκλῳ παρεστᾶσι, ποικίλοις φαρμάκοις [e] καταφαρμακεύουσαι τὰ δυστυχῆ πρόσωπα· οὐ γὰρ ὕδατος ἀκράτῳ νάματι τὸν ὑψηλὸν ἀπονιψάμεναι κάρον, εὐθὺς ἅπτονται σπουδῆς ἐχομένου τινὸς πράγματος, ἀλλ' αἱ πολλαὶ τῶν διαπασμάτων συνθέσεις, τὸν [f] ἀηδῆ τοῦ προσώπου χρῶτα φαιδρύνουσιν. ὡς δὲ ἐπὶ δημοτελοῦς πομπῆς, ἄλλο τις ἄλλη τῶν ὑπηρετουσῶν ἐγκεχείρισται, λεκανίδας ἀργυρᾶς, καὶ πρόχους, ἔσοπτρά τε, καὶ, καθάπερ ἐν φαρμακοπώλου, πυξίδων ὄχλον, ἀγγεῖα

apage ne mihi ſit mulier. Quis enim bene ſanus perferre poſſit mulierem, a mane inde adſcitis artificiis formam interpolantem? cujus vere turpis eſt facies, alieni vero ornatus, quod natura indecens eſt, *lenociniis quibusdam* demulcent.

39. Si enim a nocturno cubili mane ſurgentes aliquis videat mulieres, turpiores cenſebit illis animalibus quae matutina hora nominare male auſpicatum eſt. Unde diligenter domi ſe concludunt, virorum nulli videndas. Aniculae autem & ſimilis ancillarum grex circulo adſtant, variis medicamentis infelices vultus inficientes. Non enim puro aquae liquore altum ſomnum abluentes, ſtatim ad honeſtum aliquod opus accedunt; ſed multae fucorum compoſitiones inſuavem faciei colorem laetiorem reddunt: ac tanquam in publica pompa, aliud alii miniſtrarum commendatum eſt, pelves argenteae, & gutturnia, ſpeculaque, & turba pyxidum, vaſa multa infe-

a Ὡραϊζομένης] Sic Edd. & P. Ὡραισμένης Ex. *Fl.* *b* Αἰσχίω] Sic Ex. *Fl. H. P. B2. Fr. S.* Αἰσχίους *J. V.* & L. Item marg. *A1W.* *c* Πρωΐας] Sic L. & marg. *A1W.* Πρὸ μιᾶς Edd. priores. *d* Δυσκληδωνίστων] Hoc dedi ex *J. V2.* ex marg. *A1W.* & W. Sed mediam corripui. Δυσκλυδων ... Edd. cett. omnes. *e* Καταφ—εύουσαι] Καταφ—εῦσαι W. *f* Ἀηδῆ] Ἀειδῆ *Fl.*

32. Ἀληθῶς χαρακτὴρ] An ἀληθής; *F.G.*

Ἀληθῶς χαρακτὴρ] Poſſes quidem cum *Gujeto* ἀληθὴς legere. Sed mutatione nihil opus eſt; nam ſi recte dicitur ἡ πάνυ τρυφὴ, τὸ ἄγαν φιλονεικίας, & multa ſimilia, quae hoc Dialogo jam vidimus; cur ὁ ἀληθῶς χαρακτὴρ quoque non dicatur, aeque ac Latine, *qui vere, vel revera eſt character*, cauſſae nihil video. Cumque ὡς ἀληθῶς μήτηρ & ſimilia vel Lexica habeant, & ſupra etiam T. I. p. 96. in *Jud. Voc.* §. 11. ὦ γλώσσης ἀληθῶς νόσημα ταῦ, nihil hic in Luciano mutaverim, etſi ἀληθὴς mollius procederet, & melius reſponderet τῷ ἀλλότριοι, quod illico opponitur. *J.F.R.*

Ibid. Χαρακτὴρ] Χαρακτῆρα eſſe *notam, imaginem impreſſam* vel *inſculptam* hoc Luciani loco, alioque mox c. 44. occurrente, item ex *Philone*, *Ariſtotele*, aliisque monet Rev. *Jac. Elſn.* ad Hebr. I. 2. *J.F.R.*

36. Αἰσχίω] Ad θηρία refertur. *F.G.*

37. Θηρίων — δυσκληδονίστων] Simias intelligi, illud maxime ſuadet, quod Lucianus ἀποφρ. c. 17. hoc animal inter ea refert, quibus mane conſpectis homines metuant, tanquam ὑπὸ πονηρῷ τῷ πρώτῳ καὶ δυσφήμῳ κληδονίσματι. Audacior aliquis forte ex hoc ipſo loco ὀνομασθῆναι mutari velit in ὁραθῆναι. Sed neque nominare infauſti ominis res licet, ut lupum &c. Caeterum ad hanc matutinam deformitatem objectam mulieribus pertinet popularium meorum proverbium, *ſerenos dies veſperi, mane autem formoſos eſſe laudandos.* *J.M.G.*

Ibid. Πρωΐας ὥρας — δυσκληδ.] Ex L. eſt illud πρωΐας. In impreſſis πρὸ μιᾶς legitur. δυσκληδωνίστων autem ex W. & *Ven.* utraque. *M. du S.*

Πρωΐας ὥρας] Non dubitavi vulgatam rejicere, quum duo Codd. meliorem & planiorem lectionem exhiberent, dum *Solan.* vel uno Cod. teſte id factum voluit; verſionem itaque ſimiliter a me mutatam haud ſini-

felicitate repleta; in quibus aut dentium deterſoriae facultates, aut nigrorem inducens ſuperciliis ars repoſita eſt.

μετὰ πολλῆς κακοδαιμονίας, ἐν οἷς ὀδόντων σμηκτικαὶ δυνάμεις, ἢ βλέφαρα μελαίνουσα τέχνη θησαυρίζεται.

40. Majorem autem partem *temporis & operarum* conſumit cura capillorum. Aliae enim medicamentis rutilare valentibus ad ſolem meridianum cincinnos, inſtar lanarum infectionis, flavo tingunt flore, propriam naturam (*nativum colorem*) damnantes. Quibus autem ſufficere nigra coma ſolet, illae maritorum divitias in hanc impendunt, totam fere de capillis Arabiam ſpirantes. Et inſtrumenta ferrea, obtuſo ignis ardore calefacta, vi quadam criſpos cincinnos implicant, & minuta induſtria ad ſupercilia usque deductae comae, breve fronti interſtitium relinquunt: ſuperbe autem ad ſcapulas usque poſterioris comae annuli fluctuant.

Τὸ δὲ πλεῖστον ἀναλίσκει μέρος ἡ πλοκὴ τῶν τριχῶν· αἱ μὲν γὰρ φαρμάκοις [g] ἐρυθαίνειν δυναμένοις πρὸς ἥλιον μεσημβρίαν τοὺς πλοκάμους, ἴσα ταῖς τῶν ἐρίων χροιαῖς, ξανθῷ μεταβάπτουσιν ἄνθει, τὴν ἰδίαν κατακρίνουσαι φύσιν· ὁπόσαις δὲ ἀρκεῖν ἡ μέλαινα χαίτη νομίζεται, τὸν γεγαμηκότων πλοῦτον εἰς ταύτην [h] ἀναλίσκουσιν, ὅλην Ἀραβίαν σχεδὸν ἐκ τῶν τριχῶν ἀποπνέουσαι· σιδηρᾶ τε ὄργανα, πυρὸς ἀμβλείᾳ φλογὶ χλιανθέντα, βίᾳ τῶν ἑλίκων οὐλότητα διαπλέκει· καὶ περίεργοι μὲν αἱ μέχρι τῶν ὀφρύων [i] ἐφελκυσμέναι κόμαι, βραχὺ τῷ μετώπῳ μεταίχμιον ἀφιᾶσι· σοβαρῶς δὲ ἄχρι τῶν μεταφρένων οἱ ὄπισθεν ἐπισαλεύονται πλόκαμοι.

41. Et poſt haec florei coloris ſandalia intra ipſam carnem pedes adſtringentia, & tenuiſſimo textu dicis cauſſa veſtitus, ut nudae eſſe videantur. Omnia autem intra hanc veſtem facilius agnoſcuntur quam fa-

Καὶ μετὰ τοῦτο, ἀνθοβαφῆ πέδιλα τῆς σαρκὸς ἐνδοτέρω τοὺς πόδας ἐπισφίγγοντα, καὶ λεπτοϋφὴς ἐς πρόφασιν ἐσθὴς, ὑπὲρ τοῦ δοκεῖν [k] γεγυμνῶσθαι. πάντα δὲ τὰ ἐντὸς αὐτῆς γνωριμώτερα τοῦ προσώπου, χωρὶς τῶν

g Ἐρυθαίνειν] Ἐρυθραίνειν *Fr.* Vulgatam firmat M. *Fl. H. J.* &c. *h* Ἀναλίσκ.] Ἀναλύσκ. male *Fl.* *i* Ἐφελκυσμέναι] Ἐφελκυσμ. W. *k* Γεγυμνῶσθαι] Μὴ γεγυμν. marg. *A1.*

ſiniſtre interpretabitur Cl. *Geſner.*, qui ex vulgata πρὸ μιᾶς ὥρας dederat: *ante horam primam*; nec poterat aliter. Verum etſi μία pro πρώτη alibi inveniatur, apud Lucian. nondum obſervavi. *J. F. R.*

44. Τὸν ὑψηλὸν] Haec ut multa alia in hoc opuſculo nec ſana exiſtimo, nec digna quibus operoſam faciam medicinam. Sed pro κάρον, κάρα legendum exiſtimo. *M. du S.*

57. Ἐρυθαίνειν] Sic ſcribitur & mox c. 41. verſus fin. ubi & ipſa *Fr.* cum reliquis ἐρυθαίνουσιν habet, non ἐρυθραίν... *J. F. R.*

68. Βραχὺ τῷ μετώπῳ] Frontem enim anguſtam veteres ſuſpiciebant. *M. du S.*

71. Ἀνθοβαφῆ] Quidni *purpurea* intelligamus? ἄνθος enim Graecis non minus quam Latinis *flos* audit purpurae, ſive purpurae ſuccus optimus i. e. maxime ſaturatus, ut *flos lactis* vocatur quod pinguiſſimum eſt in eo. Sicque mox ipſe verſ. fin. hujus cap. πορφυροῦν ἄνθος ἐπιφοινίξῃ. Interdum tamen & ab effectu fit denominatio, i. e. id quod purpura jam tinctum, vocatur floridum, propter laetum & florum ſimilem colorem. *J. F. R.*

73. Ὑπὲρ τοῦ δοκεῖν γεγυμνῶσθαι] Fluctuabam, an cum priore interprete putarem, negationem excidiſſe, vertendumque adeo hunc locum, *ne nudae eſſe videantur.* Atque hanc rationem ſubjiciebat illud εἰς πρόφασιν· obtentui & excuſationi habent nebulam illam lineam & textilem ventum mulieres, ne nudae dici poſſint, quae veſtimentum qualecumque habeant. Sed re accuratius perpenſa, nihil mutandum cenſui. Tribuit ipſis conſilium, velle videri nudas, & tamen etiam obtentum, praetextum, excuſationem, diverſo nimirum reſpectu: volunt videri nudae ſui ſimilibus laſcivis, moechis; obtentum quaerunt apud virum, apud ſeveriores &c. *J. M. G.*

74. Γεγυμνῶσθαι] Si Cl. *Geſn.* vidiſſet μὴ in Cod. quodam eſſe, recepiſſet credo, quia ſuſpicionem ſuam, illud excidiſſe, confirmatam inveniſſet. Ego certe magis inclino ad id recipiendum, quia ἐς πρόφασιν δοκεῖν γεγυμνῶσθαι, non ſatis commode procedit ſine negatione. Nihil tamen mutavi, ne contradicere meliori, ſine ſumma neceſſitate, videar. *J. F. R.*

τῶν ἀμόρφως προπεπλωκότων [a] μαζῶν, οὓς ἀεὶ περιφέρουσι δεσμώτας. [b] τί δεῖ τὰ τούτων πλουσιώτερα κακὰ διεξιέναι; λίθους Ἐρυθραίους κατὰ τῶν λοβῶν, πολυτάλαντον [c] ἠρτημένας βρῖθος, ἢ τοὺς [d] περὶ καρποῖς [e] καὶ βραχίοσι δράκοντας, ὡς ὤφελον ὄντως ἀντὶ χρυσίου δράκοντες εἶναι· καὶ στεφάνη μὲν ἐν κύκλῳ τὴν κεφαλὴν περιθεῖ, λίθοις Ἰνδικαῖς διάστερος· πολυτελεῖς δὲ τῶν αὐχένων ὅρμοι καθεῖνται. καὶ ἄχρι τῶν ποδῶν ἐσχάτων καταβέβηκεν ὁ ἄθλιος χρυσὸς, ἅπαν, εἴ τι τοῦ σφυροῦ γυμνοῦται, περισφίγγων. ἄξιον δ' ἦν σιδήρῳ τὰ [f] περίσφυρα σκέλη πεπεδῆ-

cies, exceptis, quae deformiter alioquin procidèrent, uberibus, quae in vinculis ſemper circumferunt. Quid opus eſt ditiora harum mala enarrare? Erythraeos in auriculis lapillos, pondus multorum talentorum, ſuſpenſum habentes, an illos circa manus & brachia dracones, qui utinam veri pro auro dracones eſſent: & corona in orbem caput ambit, Indicis ſtellata gemmis, ſumtuoſaque cervice monilia demittuntur; & ad ultimos pedes miſerum deſcendit aurum, quidquid circa talum nudatur conſtringens. Dignum autem erat ferro potius crura in talorum regione compe-

a Μαζῶν] Sic Edd. omnes. Μαστῶν vult *Solan.* *b* Τί δεῖ] Incipit rurſus O. *c* Ἠρτημένας] Edd. pertinaci conſenſu. Ἠρτημένους vero M. & O. *d* Περὶ καρποῖς] Sic M. O. *B2. H. P. Fr. S.* Περικαρπεῖς *Fl. J.* *e* Καί] Abeſt a *Fl.* *f* Περίσφυρα] Sic *J. P. H. B2. Fl.* Περισφυρὰ M. eraſo gravi accentu ſuper περὶ. Περὶ τὰ σφυρᾶ O.

76. Μαζῶν, οὓς ἀεὶ περιφέρουσι δεσμώτας] Huc pertinet locus *Anacreontis* Od. 20. καὶ ταινίη δὲ μαστῶν. *L. Bos.*

Μαζῶν] Conf. Ἐτ. Δ. XII. Vox μαζῶν autem poëtica eſt, ut permultae aliae in hoc opuſculo, quo grandius, ut putat, loquatur. *M. du S.*

Μαζῶν] Non quidem repugno *Solano* μαστῶν legere jubenti in margine *Juntinae*, ut infr. *Dial. Meretr.* XII. ante med. Verum quia nulla Edit. neque Cod. praeit, nihil muto. Et ipſe *Solan.* à ſe diſſentit in nota; quod cum nunc demum videam, infra l. c. diſquiram, ac de differentia quam inter μαζὸς & μαστὸς tradit *Th. Mag.* agam. *J. F. R.*

79. Ἠρτημένας] Sic omnes Edd. At O. & M. ἠρτημένους, quod obſervari utique meretur. *M. du S.*

Ἠρτημένας] Γυναῖκας intellige. *F. G.* At jam, dicas, cum ἠρτημένους habeamus ex duobus Codd. nihil opus erit ad γυναῖκας referre. Sed recte conſtruxit *Gujet.* vulgatam, per hypallagen non inſolitam; ſic enim fere & ἐπιθέμενος conſtruitur, ut *Alciphr.* III. 1. p. 276. τὼ χείλη δὲ τὰ ῥόδα τῆς Ἀφροδίτης — ἐπιθέμενος, quod ſuo loco etiam apud Noſtrum videbimus. Sic ἐξηρτημένος τὴν πήραν in *Vitar. auct.* c. 7. pr. habuimus. Certe *Long. Paſt.* II. p. 42. Πήραν ἐξηρτημένος, & *Alciph.* p. 360. aliique dixere: nec non ἐπίκειμαι eadem ratione conſtrui ſolet ſupra ap. Noſtrum. *Alex.* c. 3. T. 2. p. 210. ἐπικείμενος κόμην πρόσθετον. Sic ἀπέξυσαι τὴν αἰδῶ *Alciph.* 360. f. Ideoque vulgata hiſce aliiſque bene multis defendenda maneat intacta. *J. F. R.*

80. Περὶ καρποῖς καὶ βρ. δράκ.] Ὄφεις vulgo vocabantur armillae illae. Vide *Menandri* fragm. p. 146. & *Poll.* V. ἐπικάρπιοι etiam ὄφεις apud *Philoſtr.* p. 931. *M du S.*

96. Ἔξοδοι] De mulierum, cum foras in publicum prodirent, pompa, vide *Caſaub.* ad Theophr. Char. *M. du S.*

Ibid. Καὶ πᾶς θεατὴς ἐπιτρίβων τοὺς γεγαμηκότας, ὧν ἐνίων οἱ κακοδαίμονες ἄνδρες οὐδὲ αὐτὰ ἴσασι τὰ ὀνόματα, Κωλιάδας, εἰ τύχοι, καὶ Γενετυλλίδας ἢ τὴν Φρυγίαν δαίμονα] Locus iſte eſt mutilus, ſi quid in his video, & poſt γεγαμηκότας ponenda eſt hiatus nota. Nam Κωλιάδαι & Γενετυλλίδες non ſunt nomina eorum ſpectatorum, qui miſeros maritos zelotypia conficiant, ſed numinum cognomina, quorum lucos & templa frequentabant Græcæ mulieres. Deeſt igitur aliquid, ut ſi haec deſint, aut tale quid: γεγαμηκότας, καὶ εἰς τὰ τεμένη φοιτήσεις τῶν θεῶν, ὧν ἐνίων. &c. Sic ſenſus conſtaret, qui nullus eſt, ut nunc legitur. *J. P. a G.*

Πᾶς θεὸς] In omnibus noſtris libris πᾶς θεατὴς legitur, quod cum ſequentibus pugnare, optime obſervavit *Palmerius*, ubi pro *ſpectatoribus*, *Deas* habemus. Lege ergo mecum, πᾶς θεὸς, videtur enim reſpicere ad illud Menandri:

— Ἐπιτρίβουσι δ' ἡμᾶς οἱ θεοὶ
Μάλιστα τοὺς γήμαντας· ἀεὶ γάρ τινα
Ἄγειν ἑορτὴν ἔστ' ἀνάγκη.

A *Strabone* laudatum L. VII. p. 297. Ed. *Par.* *M. du S.*

Καὶ πᾶς θεατὴς &c.] Etſi *Solani* emendatio minus violenta & probabilior quam *Palmerii* & *Bergleri*, quam ſtatim ſubjiciam; nondum tamen eam recipere ſum auſus, cum quia non ſatis conſtat, quid Lucian. reliquerit, tum quia verſionem Cl. *Geſneri*, quae *ſpectatores* retinuit, immutare nolim. *Bergler.* autem ad *Alciphr.* III. 11. ubi is ſcribit: καινοὺς δὲ ἡμῖν ἐπεισάγουσα θεοὺς — πῶς γὰρ ἐγὼ κατ' ἀγρὸν ἱδρύσω Κωλιάδας ἢ Γενετυλλίδας; ita commentatur: „ Conjungit haec „ nomina & *Ariſtoph.* in Nub. v. 52. ubi itidem ru„ ſticus de ſimiliter morata uxore conqueritur — & „ in *Lyſiſtrata* initio, ubi dicitur, mulieres feſtinare,

pediri. Cumque totum illarum corpus ſpuriae formoſitatis pulchritudine deceptrici velut incantatum fuerit, impudentes genas inunctis fucis rubefaciunt, ut candidiſſimum illarum & pinguem colorem florens purpura rubore quodam adſpergat.

42. Quae igitur poſt tantum apparatum vita eſt? Statim exitur domo, & ſpectator unusquisque maritos *Zelotypia* enecat. *Tum Numina ſalutatum eunt*, quorum nonnullorum miſeri viri nec ipſa norunt nomina, Coliadas forte, & Genetyllidas, aut Phrygiam Deam, aut infeliciter amantis ad pa-

θαι. [g] κἀπειδὰν αὐτῶν ὅλον τὸ σῶμα νόθης εὐμορφίας ἐξαπατῶντι κάλλει διαμαγευθῇ, τὰς ἀναισχύντους παρειὰς ἐρυθαίνουσιν ἐπιχρίστοις φύκεσιν, ἵνα τὸ ὑπέρλευκον αὐτῶν καὶ πίονα χροιὰν, τὸ πορφυροῦν ἄνθος [h] ἐπιφοινίξῃ.

Τίς οὖν ὁ μετὰ τὴν τοσαύτην παρασκευὴν βίος; εὐθὺς ἀπὸ τῆς οἰκίας [i] ἔξοδοι, καὶ πᾶς [k] θεατὴς ἐπιτρίβων τοὺς γεγαμηκότας, ὧν ἐνίων οἱ κακοδαίμονες ἄνδρες οὐδὲ αὐτὰ ἴσασι τὰ ὀνόματα, Κωλιάδας, εἰ τύχοι, καὶ [l] Γενετυλλίδας, ἢ τὴν Φρυγίαν δαίμονα, καὶ τὸν δυσ-

g Κἀπειδὰν] Κἀπειδ' ἂν *J.* Κα' πειδ' ἂν tribus verbis *Fl.* Nihil vulgatam mutant O. *B2. Fr. P.* &c. *h* Ἐπιφοινίξῃ] Φοινίξῃ O. Vulgatam retinet M. *i* Ἔξοδοι] Sic M. *B2. P. H.* &c. Ἔξοδοι *J.* Ἔξοδος O. *k* Θεατὴς] Θεῶν τις marg. *A1.* male.

99. Κωλιάδας εἰ τύχοι] Ἐπίθετα ταῦτα Ἀφροδίτης, οἷς εἰκὸς * τοὺς θεατὰς διασύρειν τὰς χλιδώσας τῶν γυναικῶν. Φρυγίαν δὲ δαίμονα, τὴν Ῥέαν λέγει. ᾧτινι καὶ τούτῳ † διασύρουσιν ἐοικέ μοι τὰς ‡ ἀωρολείους τῶν γυναικῶν. ἐπεὶ κἀκείνη τῷ Ἄττιδι τοιαύτη ἐνυμφεύετο. ποιμένα δὲ τὸν Πάριν, ὃς ἀπὸ Φρυγίας § κωμάσαι εἰς Λακεδαίμονα εἷλεν Ἑλένην τὴν Μενελάου. *V.*

* Τοὺς θεατὰς] Τὰς θεατὰς Exc. *G.*
† Διασύρουσιν] Lege διασύρει. *M. du S.*
‡ Ἀωρολείους] In Exc. *G.* legitur Ἀωριλίους. In V. ἀωριλίους. In M. ἀωρολήους. Ex quibus omnibus ſatis conſtat ſcriptum fuiſſe ἀωρολείους, de qua voce conſule *Suidam.* *M. du S.*
§ Κωμάσαι] Donec melius quid ſuggerant Codd. lege κωμάσας. *M. du S.*

„ ſi vocentur ad ejusmodi Venereos Deos, Ἢ 'ς Πανὸς, ἢ 'πὶ Κωλιάδ', ἢ 'ς Γενετυλλίδος. Nec non Lucianus in *Amor.* (h. l.) quo in loco & alia ita conveniunt cum Alciphronis hiſce, ut imitatio facile appareat. — Unde in Luciano ſic legit: εὐθὺς ἀπὸ τῆς οἰκίας ἔξοδοι, ἐπὶ θεὰς ἐπιτρίβουσαι τοὺς γεγαμηκότας, ὧν ἐνίων &c. vertitque: *ſtatim e domo egreſſiones, quae maritos enecant, ad Deas, quarum infelices illi viri, nec ipſa ſciunt nomina, Coliadas, Genetyllidas.* In Edd. locus eſt corruptus, quae: εὐθὺς — ἔξοδοι. καὶ πᾶς θεατὴς ἐπιτρίβων τοὺς γεγαμ— — quaſi ſpectatorum neſcio quorum ignorent ejusmodi uxorum viri nomina: quod quidem fieri poteſt; ſed commemorari nihil attinebat. Vidit hoc *Palmerius*; ſed quaedam excidiſſe putans, de ſuo addit totas ſeptem voces. Sunt autem, Κωλιὰς & Γενετυλλὶς epitheta Veneris, ambo ſecundum quosdam veterum: aliqui ex iisdem Γενετυλλίδα comitem illius Deae faciunt". Mens igitur Luciani ſatis adparet, & *Solani* correctio jam eo magis placet. *J. F. R.*

97. Γεγαμηκότας, ὧν] Hic aliquid deeſſe videtur. F. G. Certe aliquid deeſt, ſi ὧν ὀνόματα ad ſpectatores referendum: at ſi emendatio in θεατὴς facta fuerit, nihil hic deerit. *J. F. R.*

Ibid. Ὧν ἐνίων οἱ κακοδαίμονες] Nihil certius *Palmeriana* ſuſpicione. Quomodo ſupplendum videatur, quod deeſt, interpretatione indicavimus, nempe εἶτα θεὰς προσαγορεύουσαι ἀπίασι, vel ſimili modo. *J. M. G.*

99. Κωλιάδας] Hujus Veneris Coliadis templum erat in vico Ἀναφλύστῳ, vide Εὐν. c. 6. *Strab.* IX. p. 398. D. vide & *Pauſan.* p. 2. 1. De Dea Schol. *Ariſtoph.* ubi ſacra Cereri faciebant mulieres Athenienſes. Vid. *Polyaen.* Strat. I. p. 27. Conf. infra Ἀποφρ. c. 11. *M. du S.*

Κωλιάδας, εἰ τύχοι] Formula, εἰ τύχοι, valet *exempli gratia*, & verti poteſt commode, *ut puta.* Quemadmodum vulg. Interpr. I. *Corinth.* XV. 38. ita etiam Gloſſarium. Occurrit praeterea in *Toxari*, c. 4. fin. *L. Bos.*

Ibid. Εἰ τύχοι] Loquendi formula ſatis obvia, non tamen ubique valet *exempli gratia.* Quin &, *ſi uſus poſceret*, alibi ſignificat, ut ap. *Herodian.* VII. 3. 4. μᾶλλον δὲ καὶ πρόκλησις δέδοτο συκοφάνταις, εἰς τὸ — κινεῖν πράγματα προγονικὰ, εἰ τύχοι, καὶ ἄγνωστα. Sic etiam in Noſtro T. I. p. 654. ſ. *de Merc. Cond.* c. 3. ἐπὶ λευκοῦ ζεύγους, εἰ τύχοι, ἐξυπτιάζοντας, recte Cl. *Geſn.* convertit: *ſi res ita ferret.* Hic tamen recte redditur *exempli gratia.* *J. F. R.*

1. Γενετυλλίδας] Genetyllis Veneris cognomina ſunt apud *Ariſtophanem*: de quibus vide *Pauſan.* in Atticis. *G. C.*

δυσέρωτα κῶμον ἐπὶ τῷ ποιμένι· τελεταὶ δὲ ἀπόρρητοι, καὶ χωρὶς ἀνδρῶν ὕποπτα μυστήρια. καὶ γὰρ τί δεῖ [a] περιπλέκειν διαφθορὰν ψυχῆς; ἐπειδὰν δὲ τούτων ἀπαλλαγῶσιν οἴκοι, [b] εὐθὺ τὰ μακρὰ λουτρά· καὶ πολυτελὴς μὲν [c] νὴ Δία τράπεζα, πολὺς δὲ ὁ μετὰ τῶν ἀνδρῶν ἀκκισμός. ἐπειδὰν γὰρ ὑπέρπλεω γένωνται ταῖς παρ᾽ αὐταῖς γαστριμαργίαις, οὐκ ἔτ᾽ οὐδὲ τοῦ φάρυγγος αὐταῖς παραδέχεσθαι δυναμένου τί σιτίον,

ſtorem comiſſationem. *Accedunt* ſacra arcana, & ſuſpecta ſine viris myſteria. Quid enim opus eſt involvere animi corruptelam? Cum vero ab his rediere, domi ſtatim longa lavacra, ac ſumtuoſa voluptariaque menſa, multaque inter viros diſſimulatio. Cum enim ultra modum oppletae ſunt domeſticis liguritionibus, nec jam capere gula cibum poteſt, ſummis digitis per appoſita quaſi ſcri-

67. Ὁπόσοις ταῦτα ὅρος] Ἀρετῇ (ſc. κεκόσμηται) καὶ σωφροσύνῃ, καὶ ἐπιεικείᾳ, καὶ φιλανθρωπίᾳ, καὶ τοῖς ἄλλοις, ὁπόσοις ταῦτα ὅρος ἐστίν. Vertunt: *Virtute* (ſit ornata) *temperantia*, *aequitate*, *humanitate*, *atque aliis*, *quaecunque his terminis comprehenduntur*, quam male, imo quam ridicule hunc locum verterint, quis tam tyro eſt, qui non videat! Quid enim ultima verba hic denotant, *quaecunque his terminis comprehenduntur?* aut, ſi poſſent hic aliquid ſignificare, quomodo ex Graecis iſta colligas aut exprimas? In editione Florentina: καὶ τοῖς ἄλλοις, ὁπόσα ταύτης ὅρος ἐστίν. Veriſſime: & *aliis ornamentis*, *quae ſunt in tali* ſc. foemina *perfectiſſima.* quae poſſunt in foemina omnibus numeris abſoluta eſſe perfectiſſima & abſolutiſſima. Dudum obſervavit magnus *Caſaubonus* ad Athenaeum ὅρος & πέρας alicujus rei dici quod volumus intelligi ſummum eſſe. Sic πέρας φιλίας, ὅρος πενίας eſſe *ſummam amicitiam*, *ſummam paupertatem*. His potes hoc exemplum adſcribere, quod non ceperunt interpretes. Mallem tamen legere ὁπόσα ταύτων ὅρος ἐστιν. & *quae alia ſunt talium ornamentorum perfectiſſima.* Et ſic Lucianum ſcripſiſſe perſuaſum habeo. *J.G.G.*

Ὁπόσοις ταῦτα ὅρος] Optima eſt lectio *Aldina* & reliquorum, ſed propter interpretationes obſcuras tentata a *Graevio:* qui nihil, puto, de ſinceritate ejus dubitaſſet, ſi in mentem tum veniſſet viro magno, ſolere ſaepe apud omne genus auctores *exempla* poni loco *finis*, h. e. definitionis. Cum igitur hic commemorata ſint aliquot virtutum nomina, ſubjungitur, etiam reliquas intelligendas, quibus exempla laudata ſint pro definitione. *J.M.G.*

68. Ὅρος] Vide *Plat.* Ed. *Baſ.* p. 130. C. *Fl.* ὁπόσα ταύτης. Ego nihil muto. *M.du S.*

69. Μῦθον ἀντὶ μύθου ἄμειψαι αὐτῷ τῷ μέτρῳ] Μοῖτον ἀντὶ μοίτου, i. e. *par pari referre*, legi jubet *Menag.* in Amoen. Jur. Civ. p. 377. cum *Lindenbrogio* ad *Heſych.* quum p. 376. praemiſiſſet: „ Ex ſubſtantivo μοῖτον, „ quod eſt χάρις ἀμοιβὸς, factum eſt μοιτᾶν, a quo „ Latinum *mutare*: a verbo deinde *mutare* factum „ τὸ *mutuum* — ut recte *Salmaſ.* de uſuris. Quod „ adeo verum eſt, inquit, ut Graeci ἀμοιβῆς nomi- „ ne, quod aequivalet Siculorum μοίτῳ, *mutuum*, „ ſive rem mutuo datam, appellarint, teſte *Heſychio.* „ &c." *Bergler.* vero ad *Alciphr.* I. 24. f. p. 98. μῦθον ἀντὶ μύθου proverbium eſſe ex hoc ſolo Luciani loco ait, ubi *Alciphron* ſcripſit: καρπῶν δὲ εὐφορίας γενομένης, ἐκτίσομεν αὐτὸ τὸ μέτρον, καὶ λώϊον, ἐάν τις εὐθηνία γένηται. Quo cum concinat *Heſiod.* Ἔργ. v. 350.

— εὖ δ' ἀποδοῦναι
Αὐτῷ τῷ μέτρῳ, καὶ λώϊον, αἴκε δύνηαι.

Bene quidem, ad probandum, αὐτῷ τῷ μέτρῳ uſitatum & proverbialem eſſe locutionem, cujus exempla lon-

arguta: atque illud, *Dulcior a lingua favis*, de ipſa potius, quam de Pylio illo ſene, Homerus dixiſſet. Omnis autem tonus vocis ut qui molliſſimus, neque gravis, qui cum virili conveniat, neque tenuis omnino, qui & nimis muliebris ſit, & omnino fractus; ſed qualis fuerit pueri nondum pubeſcentis, ſuavis, & blandus, & placide in aurem ſe penetrans, adeo ut etiam cum deſiit, reſonent adhuc verba, & reliquiae quaedam intus maneant, circumſonetque aures velut echo quaedam, producens auditum, & veſtigia verborum mellita quaedam, atque perſuaſionis plena in animo relinquens. Cum vero etiam pul-

τον, καὶ λίγεια, καὶ τὸ [b] γλυκίων μέλιτος ἀπὸ τῆς γλώττης, περὶ αὐτῆς μᾶλλον ἢ περὶ τοῦ Πυλίου γέροντος ἐκείνου, ὁ Ὅμηρος ἂν εἰρήκει. πᾶς δὲ ὁ τόνος τοῦ φθέγματος, οἷος ἁπαλώτατος, οὔτε βαρὺς, ὡς εἰς τὸ ἀνδρεῖον ἡρμόσθαι, οὔτε πάνυ λεπτὸς, ὡς θηλύτατός τε εἶναι, καὶ κομιδῇ ἔκλυτος, ἀλλ᾽ οἷος γένοιτ᾽ ἂν παιδὶ μήπω ἡβάσκοντι, ἡδὺς, καὶ [c] προσηνὴς, καὶ πρᾴως [d] παραβυόμενος ἐς τὴν ἀκοὴν, ὡς καὶ παυσαμένης ἔναυλον εἶναι τὴν βοὴν, καί τι λείψανον ἐνδιατρίβειν καὶ περιβομβεῖν τὰ ὦτα, καθάπερ ἠχώ τινα παρατείνουσαν τὴν ἀκρόασιν, καὶ ἴχνη τῶν λόγων μελιχρὰ ἄττα, καὶ πειθοῦς μεστὰ ἐπὶ τῆς ψυχῆς [e] ἀπολιμπάνουσαν. ὁπόταν δὲ καὶ τὰ καλὸν ἐκεῖνο ᾄδῃ,

b Γλυκίων] Γλυκίον G. Nihil mut. Edd. *c* Προσηνὴς] Bene ſic *P*. aliaeque. Προσηνὺς male *J*. *d* Παραβυόμενος] Παραδυόμενος P. G. & marg. *AlW*. *e* Ἀπολιμπάνουσαν] Ita dedi ex *Fl*. *P*. *S*. Ἀπολιμπάνουσα *J*.

longe plura, tam ex Novo Foed. quam ex profanis Auctorib. poſſem proferre, ni res eſſet notiſſima; verum inde non conficitur, & alterum μῦθον &c. ſe hic recte habere; neque id adeo inquiſivit *Bergler*. Nec *Eraſm*. in Adagio, *Eadem menſura*, ubi poſteriora haec Luciani adducit, omiſſo μῦθον. Sed quum μοῖτον conjectura tantum ſit nondum ſatis probata, eam necdum admittere poſſum, ut placeat prae vulgata. (In Addendis Edit. *Graev*. tribus verbis etiam monuit *Almeloveen* de emendatione *Menagiana*.) *J. F. R.*

70. Ἄμειψαι αὐτῷ τῷ μέτρῳ] Vide Parœmiogr. *J. B.*

Ibid. Αὐτῷ τῷ μέτρῳ] Omiſit de induſtria αἴκε δύνηαι, quod apud *Heſiodum* verſum complet, Ἐργ. 348. *M. du S.*

78. Γραφέων μόνον] Omiſſa poëtarum mentio non ab ipſo auctore videtur, qui jam initio ſtatim Homerica utatur imagine. *J. M. G.*

84. Καὶ τὸ γλυκ.] Καὶ τὸ γλυκίον μέλιτος ἀπὸ τῆς γλώσσης περὶ αὐτῆς μᾶλλον, ἢ περὶ τοῦ Πυλίου γέροντος ἐκείνου ὁ Ὅμηρος ἂν εἴρηκη. Sic Mſ. Vulgo καὶ τὸ, γλυκίων μέλιτος, quod tamen non damno. Statim idem codex, καὶ πράως παραδυόμενος εἰς τὴν ἀκοὴν, & ſic legiſſe videtur interpres, qui bene vertit, *inque aurem blande ſe inſinuans*. eſt enim παραδύεσθαι *blande & latenter ſubire, ſe inſinuare*. pro quo mox διαδύεσθαι c. 14. καὶ ἢ κηρῷ ἐπιφράξει τὰ ὦτα, καὶ διὰ τοῦ κηροῦ διαδύσεταί σοι τὸ μέλος. *Quin etiam auribus cera obturatis, per ceram etiam cantus penetrabit*. παραβυόμενος, quod in editis extat hic eſt ἀπροσδιόνυσον. *J. G. G.*

Ibid. Γλυκίων μέλιτος] *Homer*. Il. A. 249. *M. du S.*

93. Παραβυόμενος] Non auſim equidem, ſi ex bonis libris adferatur, hic damnare verbum παραδύεσθαι: ſed nec ſubſtituere ei, quod adhuc omnes habuerunt, licet paullo rariori, ab auctore tamen alias etiam uſurpato, quodque ad hunc locum pulchre conveniat. Tribuit Lucianus Pantheae orationem ſonoram, non femineam, quae impleat aures, & quaſi inferciat, ne aliud quid eodem tempore admittant, quae conticeſcente illa adhuc reſonet. Talis vox vix παραδύεσθαι dici poteſt, *clanculum irrepere per alienam occaſionem*, ſed παραβύεσθαι ad intima usque ſe penetrare, & ea implere. Vim verbi ſatis declarant ea ipſa, quae de formula ἐν παραβύστῳ ſupra p. 480, 16. obſervavit Cl, *Hemſterhuſius*. *J. M. G.*

Παραβυόμενος] Alteram lect. παραδυόμενος fere praeferrem; quia blandiorem ingreſſum ſignificat, & cum πρᾴως conjungitur; quum παραβύω violentiorem intruſionem notet, ut *Lexiph* c. 24. καὶ ζημίαν ἡγῇ, ἂν μὴ παραβύσῃς αὐτό που. Et ſic alibi non ſemel. At in textum nondum recipio: coque minus, quod, his ſcriptis, vulgatam ab Cl. *Geſn*. defendi video. Quia tamen praemiſit, ſe non damnare παραδ. ſi ex bonis libris adferatur, idque jam ex iis adtulerimus; jam admittet credo. Mihi adhuc παραδυομ. reſtitui placet. *J. F. R.*

97. Ἄττα] Recte hic laevigatur; ut *Timon*. §. 28. *Lexiph*. c. 5. *Rhet*. c. 16. m. At ſupra *Amor*. c. 17. Et *Herm*. 30. f. *Lexiph*. 14. & 21. bene adſpiratur. Plura dediſſem, niſi cauſſa eſſet nota, & *Devarius* de partic. p. 97. id jam praecepiſſet, monuiſſetque ἄττα eſſe *quaedam*, ἅττα vero pro ἅτινα, quaecumque. Auctoritatem aliquam hiſce addit *Hellad*. in Chreſtomath. p. m. 10. f. etſi diſtinctionem ſignificationis non addit, ſed pro re nata, modo adſpirari, modo laevigari ſcribit. *J. F. R.*

1, Τόν

ᾄδῃ, καὶ μάλιστα πρὸς τὴν κιθάραν, [a] τότε δὴ τότε, ὥρα μὲν [b] σιωπᾶν [c] ταῦτα ἀλκυόσι, καὶ τέττιξι, καὶ τοῖς κύκνοις. ἄμουσα γὰρ ὡς πρὸς ἐκείνην ἅπαντα· κἂν τὴν Πανδίονος εἴπῃς, [d] ἰδιῶτις κἀκείνη, καὶ ἄτεχνος, εἰ καὶ πολυηχέα τὴν φωνὴν ἀφίησιν.

Ὀρφεὺς δὲ καὶ Ἀμφίων, οἵπερ ἐπαγωγότατοι ἐγένοντο τῶν [e] ἀκροατῶν, ὡς καὶ τὰ ἄψυχα ἐπικαλέσασθαι πρὸς τὸ μέλος, αὐτοὶ ἂν, οἶμαι, εἴ γε ἤκουσαν, καταλιπόντες ἂν τὰς κιθάρας, παρεστήκεσαν σιωπῇ, [f] ἀκροώμενοι. τὸ γὰρ τῆς τε ἁρμονίας τὸ ἀκριβέστατον διαφυλάττειν, ὡς μὴ παραβαίνειν τι τοῦ ῥυθμοῦ, ἀλλ' εὐκαίρῳ τῇ ἄρσει, καὶ θέσει διαμεμετρῆσθαι τὸ ᾆσμα, καὶ συνῳδὸν εἶναι τὴν κιθάραν, καὶ ὁμοχρονεῖν τῇ γλώττῃ τὸ πλῆκτρον, καὶ τὸ εὐαφὲς τῶν δακτύλων, καὶ τὸ εὐκαμπὲς τῶν μελῶν, πόθεν ἂν ταῦτα ὑπῆρχε τῷ Θρᾳκὶ ἐκείνῳ, καὶ τῷ ἀνὰ τὸν Κιθαιρῶνα μεταξὺ βουκολοῦντι, καὶ κιθαρίζειν μελετῶντι; ὥστε ἤν ποτε, ὦ Λυκῖνε, καὶ ᾀδούσης αὐτῆς ἀκούσῃ, οὐκέτι τὸ

chrum illud canit, & maxime ad citharam, tum enim vero tacere *propter* ea decet halcyones, & cicadas, & cycnos: imperita enim cantus, ad illam ſi comparentur, *iſtaec* omnia. Et ſi Pandionis *filiam* nomines, ignara etiam illa, & rudis, etſi multipliciter ſonoram vocem emittat.

14. Orpheus autem & Amphion, qui vel maxime demulcendis auditoribus valebant, ut inanimata etiam ad ſuum cantum allicerent, ipſi, puto, ſi audirent, relictis citharis adſtarent ſilentio audientes. Servare etenim exquiſitiſſima ratione harmoniam, ne quid rhythmum egrediatur, ſed ſublatione tempeſtiva ac poſitione dimenſum habere cantum, & conſonare citharam, & eadem tempora linguam plectrumque cuſtodire, & faciles digitorum tactus, & molles membrorum flexus, unde haec contigiſſent iſti Thraci, & illi *alteri* per Cithaeronem inter boum curam meditanti citharam. Itaque ſi quando, Lycine, etiam canentem illam audieris, non jam illud ſolum,

a Τότε] Reſtitui ex L. & *B2*. τί ποτε enim erat in cett. Edd. ne *Fl.* quidem excepta. *b* Σιωπᾶν] Σιωπῶν male *J.* *c* Ταῦτα] Conſtans lectio. Sed ταῖς corrigit *M. du S.* *d* Ἰδιῶτις] Ἠδιῶτις male *J.* *e* Ἀκροατῶν] Ἀκρατῶν male *J.* *f* Ἀκροώμενοι] Ἀκρώμενοι male *J.*

4. Κἂν τὴν Πανδίωνος εἴπῃς] Τὴν Πρόκνην, ἤτοι τὴν ἀηδόνα. *V.* Πρόκνην λέγει ἢ Φιλομήλην· εἴτουν ἀηδόνα καὶ χελιδόνα. C.

19. Τῷ Θρᾳκὶ] Τῷ Ὀρφεῖ. *V.*

20. Τὸν Κιθαιρῶνα] Ἀμφίονα * λέγει, ὃς τὰς Θήβας ἔκτισε τὰς Βοιωτίας, † ὑπὸ αὐλῷ καὶ κιθάρᾳ. *V.*

* Λέγει] Non erat in Editis hoc verb. Addidit *Solan.* non dicens unde.

† Ὑπὸ] Ὑπ' correxerat *Solan.* & Scholio ult. hujus Dial. etiam ἀλλ' pro ἀλλὰ quod monuiſſe futile videtur; niſi tamen dicendum foret, me non obſecundaſſe, quia ſic centies negligi apoſtrophum video. Et quia haec ab ſcribentis arbitrio pendent, ejus orthographiam non muto, niſi Codd. jubeant. Pluribus hoc egi in notis ad Lucian. non longe hinc, ad verba ἀπὸ ἐκείνης. *J. F. R.*

1. Τότε δὴ τί ποτε] Lucianus in libello, cui nomen dedit Imaginibus, laudat feminam aliquam ab animi corporisque dotibus excellentiſſimis inſtructiſſimam: inter alia quoque in illa canendi dulciſſime artem praedicans; ait pag. XIV. Ὁπόταν δὲ τὸ καλὸν ἐκεῖνο ᾄδῃ, μάλιστα πρὸς τὴν κιθάραν, τότε δὴ τί ποτε, ὥρα μὲν σιωπᾶν ταῦτα Ἀλκυόσι καὶ τέττιξι, καὶ τοῖς κύκνοις. ἄμουσα γὰρ ὡς πρὸς ἐκείνην ἅπαντα. Vehementer illud τί ποτε turbat. Suſpicor εἴ ποτε. *Tunc certe, ſi umquam alias, ſilere oportet Halcyones*, &c. *J. J.*

Τότε δὴ τότε] In omnibus fere legebatur, τότε δὴ τί ποτε . . . ταῦτα. Cui ſcripturae ut medicinam faceret Cl. *Jenſius*, εἴ ποτε legere jubebat, ſed de ταῦτα nihil. Ego totum refingendum puto in hunc modum: Τότε δὴ τότε ὥρα μὲν σιωπᾶν ταῖς ἀ. &c. Certe in L. & *B2*. recte legitur τότε δὴ τότε. *M. du S.*

Τότε δὴ τί ποτε] Non concoquo illud τί, undecunque demum irrepſerit: quemadmodum nec illud, quod ſtatim ſequitur, ταῦτα ſatis commode poſitum videtur. Cogitabam αὕτη, ut ad ὥρα referatur. Sed nihil auſim ſine libris. Interim reddidi, quaſi poſitum ſit ταῦτα, ut alias ſaepe, pro διὰ ταῦτα. *J. M. G.*

Τότε δὴ τότε] Facile recepi hanc lectionem, eſt enim Noſtro aliiſque haec repetitio ἐμφάσεως cauſſa non aliena. Conf. not. Cl. *Hemſterh.* ad *Nigrin.* §. 6. T. I. p. 44. Sic in Ἀποφρ. c. 14. ἐχρῆν γὰρ ἐχρῆν. *Ariſtoph.*

lum, quod a Gorgonibus ſolet, tibi uſu veniet, ut lapis fias ex homine; ſed etiam quid fuerit illud, quod de Sirenibus narratur, intelliges. Adſtabis enim, bene novi, delinitus, patriae oblitus & familiae. Et licet cera obturaveris aures, etiam per ceram penetrabit tibi cantus; talis auditio eſt Terpſichorae cujusdam, aut Melpomenes, aut ipſius Calliopes e diſciplina, ſexcentas omnis generis complexa illecebras. Uno verbo comprehendens dixerim, eum mihi cantum audire te puta, qualem eſſe convenit, qui per labra talia, per illos dentes egrediatur. Vidiſti autem ipſe, quam dico: itaque puta te etiam audiſſe.

15. Accuratus enim ille ſermo, & Ionica puritas, & quod arguta in conſuetudine loquendi, & multum Gratiarum Atticarum habet, neque admiratione dignum, cum patrium hoc illi ſit, & ab ipſis tractum majoribus. Neque aliter eam oportebat, quae ipſo coloniae jure, Atticae civitatis ſit particeps. Neque vero illud ad-

τῶν Γοργόνων μόνον ἔσῃ πεπονθὼς, λίθος ἐξ ἀνθρώπου γενόμενος, ἀλλὰ καὶ τὸ τῶν Σειρήνων [g] εἴσῃ, ὁποῖόν τι ἦν. [h] παρεστήξῃ γὰρ, εὖ οἶδ' ὅτι, κεκηλημένος, πατρίδος καὶ οἰκείων ἐπιλαθόμενος· καὶ ἢν κηρῷ ἐπιφράξῃς τὰ ὦτα, καὶ διὰ τοῦ κηροῦ διαδύσεταί σοι τὸ μέλος. τοιοῦτόν τι ἄκουσμά ἐστι Τερψιχόρης τινὸς, ἢ Μελπομένης, ἢ Καλλιόπης αὐτῆς παίδευμα, μυρία τὰ θέλγητρα, καὶ παντοῖα ἐν ἑαυτῷ ἔχον. ἑνί τε λόγῳ συνελὼν, φαίην ἂν, τοιαύτης μοι τῆς ᾠδῆς ἀκούειν νόμιζε, οἵαν εἰκὸς εἶναι τὴν διὰ τοιούτων χειλῶν, δι' ἐκείνων δὲ τῶν ὀδόντων ἐξιοῦσαν. ἑώρακας δὲ καὶ αὐτὸς, ἣν φημι, ὥστε καὶ ἀκηκοέναι νόμιζε.

Τὸ μὲν γὰρ ἀκριβὲς τοῦτο τῆς φωνῆς, καὶ καθαρῶς Ἰωνικὸν, καὶ ὅτι ὁμιλῆσαι στωμύλη, καὶ πολὺ τῶν Ἀττικῶν χαρίτων ἔχουσα, οὐδὲ θαυμάζειν ἄξιον· πάτριον γὰρ αὐτῇ, καὶ προγονικὸν, οὐδὲ ἄλλως ἐχρῆν, μετέχουσαν τῶν Ἀθηναίων κατὰ τὴν ἀποικίαν. οὐδὲ γὰρ οὐδ' ἐκεῖ-

g Εἴσῃ] Ἔσῃ male *J.* h Παρεστήξῃ] Sic Edd. excepta *J.* quae πανεστήξῃ. *Palm.* emendat παρεξεστήσῃ.

ſtoph. Pl. 348. Ἔνι γάρ τις ἔνι κίνδυνος ἐν τῷ πράγματι. Et 114. οἴμωι γὰρ οἴμαι. Ad quem verſum plura Illuſtr. *Spanhem.* Recte vidit Cl. *Jenſ.* τί ποτε ſtare non poſſe; & εἴποτε non abſurde conjecit. Jam vero nihil amplius deſiderabit; nec Cl. *Geſner.* cujus verſionem tamen intactam ſervavi. *J.F.R.*

2. Ταῦτα] Quia non ſatis certum quid Lucianus dederit, neque quis Cod. aut Ed. praeit, vulgatam exhibui. *J.F.R.*

4. Ὡς πρὸς ἐκείνην] Vide de hac locutione notam Cl. *Jenſii* ad *Tim.* §. 15. No. 62. *J.F.R.*

Ibid. Τὴν Πανδίονος] Philomelam intelligit, reſpicitque ad fabulam de Procne & Philomela Pandionis filiabus, de quibus *Ovid.* in Metam. *G.C.*

6. Πολυηχέα — φωνὴν] *Homer.* Od. Τ. 521. *M.du S.*

Ibid. Φωνὴν ἀφήσειν] In *Homeri* l. c. eſt πολυηχέα φωνὴν χέει. Sed ἀφίει bene habet. Sic δάκρυα ἀφιέναι *Long. Paſt.* IV. 123. Edd. *Moll.* Noſter infra *Herc.* c. 4. ἐλλάδα φωνὴν ἀφιείς. *Ach. Tat.* I. p. 3. ἀφήσειν βοήν. *J.F.R.*

7. Ὀρφεὺς δὲ καὶ Ἀμφίων] De Orpheo dictum antea, de Amphione, Mercurii & Antiopes filio *Horat.* in Art. poët. extatque illius ſimulacrum apud *Plin.* L. XXXVI. c. 5. *G.C.*

16. Ὁμοχρονεῖν] Sic ſupra Συγγρ. c. 50. *M.du S.*

25. Παρεστήξῃ] In addendis T. 2. Ed. *Graev.* legas: Παρεστήξῃ γάρ. (*adſtabis enim*) Sic Interpres vertit. Quomodo legerit, neſcio. Forte legendum eſt παρεξεστήσῃ, a παρεξίσταμαι, & erit, quod nos vernacula lingua dicimus: *Tu ſera ravis.* *J.P.a G.*

26. Εὖ οἶδ' ὅτι,] Comma quod ante ὅτι erat, poſt illud removi. Eſt enim anaſtrophe uſitata, potuiſſetque ſine commate ullo ſcribi. *Demoſth.* de Coron. p. m. 520. Οὐδ' ἂν ὑμεῖς, εὖ οἶδ' ὅτι συγχωρήσαιτε. *Alciphr.* I. 38. p. 176. οὐδὲν ἐκείνης ἄμεινον εὖ οἶδ' ὅτι γένοιτ' ἄν. Ubi *Bergl.* aliud ex *Demoſth.* teſtimon. licet haud indicata pag. adfert. *Ariſtoph.* Plut. 182-3.

Μονώτατος γὰρ εἶ σὺ πάντων αἴτιος
Καὶ τῶν κακῶν καὶ τῶν ἀγαθῶν, εὖ ἴσθ' ὅτι.

J.F.R.

27. Ἐπιφράξῃ τὰ ὦτα] Conf. infra Ῥητ. c. 22. *M.du S.*

43. Ἀποικίαν] Smyrnam a Theſeo conditam ſunt qui tradiderunt. Alii Epheſiorum coloniam eſſe voluerunt. Curioſi antiquitatum inquirant. In neminem incidi qui haec tractarit. *M.du S.*

ἐκεῖνο θαυμάσαιμ' ἂν, εἰ καὶ ποιήσει χαίρει, καὶ τὰ πολλὰ ταύτῃ ὁμιλεῖ, τοῦ Ὁμήρου πολῖτις οὖσα. μία μὲν δή σοι, ὦ Λυκῖνε, καλλιφωνίας αὕτη, καὶ ᾠδῆς εἰκὼν, ὡς ἄν τις ἐπὶ τὸ ἔλαττον εἰκάσειε. σκόπει δὲ δὴ καὶ τὰς ἄλλας, οὐ γὰρ μίαν ὥσπερ σὺ δὴ ἐκ πολλῶν συνθεὶς ἐπιδεῖξαι διέγνωκα, ἧττον γὰρ τοῦτο, καὶ γραφικῶς συντελεσθὲν, κάλλη τοσαῦτα, καὶ πολυειδές τι ἐκ πολλῶν ἀποτελεῖν [a] αὐτὸ αὐτῷ [b] ἀνθαμιλλώμενον, ἀλλ' αἱ πᾶσαι τῆς ψυχῆς ἀρεταὶ, καθ' ἑκάστην εἰκὼν μία γεγράψεται, πρὸς τὸ ἀρχέτυπον μεμιμημένη. ΛΥΚ. Ἑορτὴν, ὦ Πολύστρατε, καὶ πανδαισίαν ἐπαγγέλλεις. ἔοικας δ' οὖν λῷον ὡς ἀληθῶς ἀποδώσειν μοι τὸ μέτρον. ἐπιμέτρει δ' οὖν, ὡς οὐκ ἔστιν ὅ, τι ἂν ἄλλο ποιήσας, μᾶλλον χαρίσαιό μοι.

ΠΟΛ. Οὐκοῦν ἐπειδὴ πάντων καλῶν παιδείαν ἡγεῖσθαι ἀνάγκη, καὶ μάλιστα τοῦ-

miratus fuerim, ſi poëſi etiam gaudet, & multum in ea verſatur, quae Homeri civis ſit. Nimirum haec una tibi, °Lycine, pulchri ſermonis illius & cantus imago, prout poſſit eam aliquis in deterius effingere. Sed vide etiam reliquas. Neque enim unam uti tu e multis compoſitam oſtendere decrevi. Minus enim hoc fuerit, etiam *propria* pictoris arte ſi perficiatur, tot pulchri ſpecies, & multiforme quiddam ex pluribus elaborare, quod ſecum ipſum *tamen* pugnet. Sed omnes animae virtutes, imagine ſibi ſua pingentur ſingulae, ad ipſum animale exemplum imitando expreſſa. LYC. Diem feſtum, Polyſtrate, & publicum epulum promittis. Videris re vera meliorem mihi menſuram redditurus. Admetire ergo: neque enim eſt in quo majorem a me gratiam inire poſſis.

16. POL. Quandoquidem igitur pulchrarum rerum omnium principem eſſe erudi-

a Αὐτὸ] Deeſt in *Fl.* *b* Ἀνθαμιλλώμενον] Ἀναμιλλ. *J.* & Ex. *Fl.* Sed prius eſt in cett. & P. al. ἀνθαμιμώμενον G.

51. Καὶ γραφικῶς συντελ.] Obſcura & inſulſa eſt verſio horum verborum; ἧττον γὰρ τοῦτο, καὶ γραφικῶς συντελεσθὲν, κάλλη τοσαῦτα, καὶ πολυειδές τι ἐκ πολλῶν ἀποτελεῖν αὐτὸ αὐτῷ ἀνθαμιλλώμενον, *Hoc enim perexile eſſet, & more graphico abſolutum, tot formas, & multiforme quiddam, ſibi ipſi adverſans, ex multis perficere.* Haec Latina quis ſanus intelligat? Quid eſt *more graphico.* verte totum locum: *Hoc enim perexile eſſet, & more pictorum factum*; (ſcilicet unam rem pulchram ex variis rebus compoſitam, uti in καλλιφωνίᾳ erat factum, nec aliter poſſunt pictores pulchritudinem oſtendere) *Tanta pulchra, & multiforme quiddam, quod ſecum ipſe certat* (utrum ſcilicet altero pulchrius ſit) *ex multis perficere* ſcilicet decrevi. Totus locus ſic eſt interpungendus: Σκόπει δὲ δὴ καὶ τὰς ἄλλας. οὐ γὰρ μίαν ὥσπερ σὺ δὴ ἐκ πολλῶν συνθεὶς ἐπιδεῖξαι διέγνωκα, ἧττον γὰρ τοῦτο, καὶ γραφικῶς συντελεσθὲν, κάλλη τοσαῦτα, καὶ πολυειδές τι ἐκ πολλῶν ἀποτελεῖν αὐτὸ αὐτῷ ἀνθαμιλλώμενον. iſta verba quaſi in parentheſi poſita ſunt, ἧττον γὰρ τοῦτο καὶ γραφικῶς συντελεσθέν. Γράφειν eſt, pingere, γραφεῖς pictores, γραφικῶς more pictorum. quoties in hoc ipſo dialogo leguntur. Sic & Latinis ſcribere eſt *pingere. Plin.* in ep. *imagines exſcribendas pingendasque. Martialis: ſcriptum teſtudine ſigma.* hoc eſt pictum, ſed ἀνθαμιλλᾶσθαι, eſt certare cum adverſario, & ſi de pluribus, dicitur inter ſe certare. ἀνθάμιλλος eſt aemulus, qui cum aliquo certat. Mſ. hic non audio, qui pro ἀνθαμιλλώμενον ſcribit ἀνθαμιμώμενον. *J.G.G.*

Γραφικῶς συντελεσθὲν &c.] Officio interpretum obſcuriſſimus eſt hic locus, ſi quiſquam in toto Luciano. Nam præterquam quod ille graphicus mos, quem ex *Opſopoeo* adoptat *Benedictus*, in Latino ſermone ſit nullus, vide quemadmodum hæc periodus contraria ſit proxime ſequenti. Quum enim nunc velint dici perexile eſſe tot formas & multiforme quiddam ex multis perficere (quod eſt una pictura diverſum quiddam depingere) atque adeo id culpetur, in proxima intelligunt eum velle depingere omnium animæ virtutum unam imaginem, & quidem ad archetypum, etiam, ut debet inde ſequi, unum. At prorſus eſt adverſa loquentis mens: qui quum promiſiſſet ἐπιδεῖξαι οὐ μίαν εἰκόνα ἐκ πολλῶν συντιθεῖσαν, pro defenſione hujus ſuæ voluntatis interponit (*minus enim illud & ex vulgata pingendi conſuetudine confectum foret, tot pulchritudines*, variarum nempe partium, *& multiforme quiddam ex multis perficere ipſum ſecum certans*, vel cujus multiformis imaginis ſingulæ partes ex praeſtantiſſimo ſumptæ & ſimulatæ, de præſtantia & imitationis perfectione dubium judicium facerent) pergit, quid facere velit, *ſed omnes virtutes animæ, ſingulatim quæque imago*, (h. e. ſic facta, ut integram picturam unaquæque virtus habeat.) *pingetur imitationem archetypi exprimens.* In proponendis animæ dotibus repudiat id quod pictor ille in corpore faciebat, qui ut Divam pulcherrimam exprimeret,

ab

ditionem neceſſe eſt, earum praeſertim, quae meditatione conſtant; age hanc quoque jam conſtituamus, variam quidem & multiformem, ut neque hac parte tua illa fingendi arte inferiores ſimus. Pingatur ergo ita, ut univerſim omnia de Helicone bona habeat, non tanquam Clio, aut Polymnia, aut Calliope, aut reliquae, unum quiddam unaquaeque ſciens, ſed quae ſunt omnium; & inſuper Mercurii, atque Apollinis *munera*. Quaecumque enim vel poëtae verſibus ornata protulere, aut retulerunt hiſtorici, aut philoſophi admonuerunt, omnibus illis exornata imago eſto, non ut colorem tantum traxerit, ſed ut alte deſcendentibus medicamentis ad ſaturitatem imbuta ſit. Atque ignoſcendum mihi erat, ſi exemplum vivum oſtendere hujus picturae non poſſem. Neque enim tale inter antiquos, quantum ad doctrinam,

των, ὁπόσα μελετητὰ, φέρε καὶ ταύτην ἤδη συστησώμεθα, ποικίλην μέντοι, καὶ πολύμορφον, ὡς μηδὲ κατὰ τοῦτο ἀπολιποίμεθα τῆς σῆς πλαστικῆς. καὶ δὴ γεγράφθω πάντα συλλήβδην τὰ ἐκ τοῦ Ἑλικῶνος ἀγαθὰ ἔχουσα, οὐχ ὥσπερ ἡ Κλειὼ, καὶ ἡ Πολύμνια, καὶ ἡ Καλλιόπη, καὶ αἱ ἄλλαι, ἕν ὅτι ἑκάστη ἐπισταμένη, ἀλλὰ [c] πασῶν, καὶ προσέτι τὰ Ἑρμοῦ καὶ Ἀπόλλωνος. ὁπόσα γὰρ ἢ ποιηταὶ μέτροις διακοσμήσαντες, ἐξενηνόχασιν, ἢ συγγραφεῖς ἱστορήκασιν, ἢ φιλόσοφοι [d] παρῃνέκασι, πᾶσι τούτοις ἡ εἰκὼν κεκοσμήσθω· οὐκ ἄχρι τοῦ ἐπικεχρῶσθαι μόνον, ἀλλ' ἐς βάθος δευσοποιοῖς τισι φαρμάκοις ἐς κόρον καταβαφεῖσα. καὶ συγγνώμη, εἰ μηδὲν ἀρχέτυπον ἐπιδεῖξαι ταύτης δυναίμην τῆς γραφῆς. οὐ γὰρ ἐστιν [e] ὅ, τι τοιοῦτον ἐν τοῖς πάλαι, [f] παιδείας πέρι μνη-

c Πασῶν] Conſtans lectio. d Παρῃνέκασι] Nil mut. Edd. & Ex. *Fl.* Παρηνέγκ. P. Item marg. *A1W.* e Ὅ, τι] Sic *P.* Ὅτι *S.* aliaeque quaedam. f Παιδείας] Sic recte *P. A.* & *Fl.* Παιδίας *J. H. S. Ald.* male.

69. Ἕν τι ἑκάστη] Καὶ γὰρ τὰς Μούσας ἄλλην ἄλλης φασὶν ἔφορον εἶναι τέχνης λογικῆς καὶ ἐπιστήμης. Κλειὼ μὲν ἱστορίας, ἧς καὶ εὑρετὶν εἶναι φασὶ, Θαλείαν κωμῳδίας, Εὐτέρπην αὐλῶν, Μελπομένην τραγῳδίας, * Τερψιχόρην ψαλτηρίου, Ἐρατὼ κυμβάλων, Πολυμνίαν ὀρχήσεως, Οὐρανίαν ἀστρολογίας, Καλλιόπην ποιήσεως. *V.*

* Τερψιχόρην] Hic legebatur Euterpe; ſed cum hoc jam haberetur nomen, deeſſetque *Terpſichore*, manifeſtum erat feſtinantem Librarium poſteriorem hancce Muſam oblitum. Licet non conveniat Mythologis inter ſe circa Muſarum inventa, nec praeſtantiſſimi Poëtae diviſionem hanc artium inter Muſas agnoſcant, attamen quod hic dicitur de Euterpes & Terpſichores inventis, ſatis conſentit cum *Epigram.* CXXXVIII. *Auſonii*, ad quod vide *El. Vinetum.* *J. Cler.*

Τερψιχ.] Recte legitur *Terpſichore* in C. *M. du S.*

ab hac puella ſumebat exemplum hujus membri vel coloris, ab alia alterius, & ſic varias pulchritudines in unam tabulam conferebat. Id in depingendis bonis animæ negat hic ſe ſequuturum, & ſic quoque illa omnia conjuncturum in una pictura, ſed ex ſingulis ſeparatim ſingularemque imaginem effecturum. Καθ' ἑκάστην εἰκὼν μία non debent per minorem diſtinctionem diſtrahi, ſed conjungi omnes quatuor voces, ſejunctæ ab præcedentibus & ſequentibus, quæ apponuntur, ut in tomo primo *Hermot.* c. 33. f. dixit ξύμπαντες, ἐν τῷ μέρει ἕκαστος. Ubi vide noſtra. *J. G.*

Καὶ γραφικῶς συντ.] Sic graphice apud *Plautum* &c. *M. du S.*

58. Λῷον] Parodia *Heſiodi.* Locus ſupra indicatus eſt ad c. 12. *M. du S.*

70. Πασῶν] Ita in omnibus legitur; ad Muſas itaque referendum, quarum omnium artes unam ait poſſidere Pantheam. *M. du S.*

76. Δευσοποιοῖς τισι φαρμάκοις] Quae ſint δευσοποιὰ φάρμακα, forte intelligi melius poterit, ſi quis conferat locum e Ciceronis Hortenſio a Nonio ſervatum 4, 405. *Ut ii, qui* combibi purpuram *volunt*, ſufficiunt *prius lanam* medicamentis *quibuſdam*, &c. Laudavimus nuper hunc locum, & plura de hoc argumento diximus, ad *Quinct* 12, 10, 75. *J. M. G.*

79. Οὐ γάρ ἐσθ' ὅ, τι τοιοῦτον ἐν τοῖς πάλαι, παιδίας πέρι μνημονεύεται] *Neque enim quidquam tale in veteribus de diſciplina memoratur.* Sic ſcribendum; non, ut vulgo, ὅτι id quod jam ſaepe monuimus etiam alibi male apud Noſtrum ſcribi; ſaepiusque monituri ſumus. *J. J.*

Ibid. Ὅ, τι]. Bene Cl. *Jenſ.* vel per ſe, vel ex *Pariſ.* Ed. vidit ſic ſcribendum pro vulgato ὅτι. Recte enim ὅς τις poſt οὐκ ἔστι ſequitur, ut *Alciphr.* III. 24. p. 330. Οὐκ ἔστιν ἥν τινα οὐκ ἀπολώλεκε. Noſter ſupra *Demon.* §. 10. Καὶ οὐκ ἔστιν ὅν τινα οὐκ οἰκεῖον ἐνόμιζεν. Ne plura in re manifeſta adferam. *J. F. R.*

80. Παιδίας πέρι] Corrige παιδείας. *F. G.* Id jam feci, & feciſſem, ut *Fl.* non monuiſſet; nam errorem operarum tantum fuiſſe illud παιδίας, patet ex Be-

μνημονεύεται, πλὴν ἀλλὰ εἴ γε δοκεῖ, ἀνακείσθω καὶ αὕτη οὐ μεμπτὴ γὰρ, ὥς ἐμοὶ φαίνεται. ΛΥΚ. Καλλίστη μὲν, ὦ Πολύστρατε, καὶ πάσαις ταῖς γραμμαῖς ἀπηκριβωμένη.

ΠΟΛ. Μετὰ δὲ ταύτην, ἡ τῆς σοφίας καὶ συνέσεως εἰκὼν γραπτέα. δεήσει δὲ ἡμῖν ἐνταῦθα πολλῶν τῶν παραδειγμάτων, ἀρχαίων τῶν πλείστων, ἑνὸς μὲν καὶ αὐτοῦ Ἰωνικοῦ. γραφεῖς δὲ, καὶ δημιουργοὶ αὐτοῦ, Αἰσχίνης Σωκράτους ἑταῖρος, καὶ αὐτὸς Σωκράτης, μιμηλότατοι τεχνιτῶν ἁπάντων, [a] ὅσῳ καὶ μετ' ἔρωτος ἔγραφον. τὴν δὲ ἐκ τῆς Μιλήτου ἐκείνην Ἀσπασίαν, ᾗ καὶ ὁ Ὀλύμπιος θαυμασιώτατος καὶ αὐτὸς συνῆν, οὐ [b] φαῦλον συνέσεως παράδειγμα [c] προθέμενον, ὁπόσον ἐμπειρίας πραγμάτων, καὶ ὀξύτητος

memoratur. Verum, ſi videtur, ponatur haec etiam *imago*. Neque enim, puto, eſt reprehendenda. LYC. Pulcherrima quidem, Polyſtrate, & lineis omnibus abſoluta.

17. POL. Poſthaec vero ſapientiae & prudentiae pingenda imago eſt. Opus autem nobis hic erit exemplis pluribus, antiquis plerisque, uno quidem & ipſo Ionico, pictores autem & opifices illius Aeſchines Socratis ſodalis, & ipſe Socrates, imitandi inter artifices omnes peritiſſimi, in quantum etiam cum amore pingebant. Nempe illam ex Mileto Aſpaſiam, quîcum Olympius ille, admiratione ipſe quoque digniſſimus, vivebat, non malum prudentiae exemplum proponamus, & quantum in il-

a Ὅσῳ] *Ὅσοι* adſcripſit *M. du S.* *b* Φαῦλον] Φαύλου *Th. Mag.* vid. not. *c* Προθέμενον] Nil mut. Edd. Προθέμενοι *Jenſ.* & *Pell.*

Bened. verſione, quae *diſciplinam* tamen recte reddiderat. Sed miror *Amſtel.* Edit. recte etiam παιδείας exhibere, quae alioquin ejusmodi mendas fideliter imitari, ſaepe augere ſolet. *J.F.R.*

90. Αἰσχίνης] Socraticus; de quo videndus *Diog. Laërt.* II. p. 48. & Noſter Παρασ. c. 32. Libellum *Cic.* de Invent. I. 31. de hac ipſa Aſpaſia ab eo fuiſſe conſcriptum teſtantur *Diogenes* ibid. C & *Athen.* V. p. 220. B. *Harpocration* etiam, v. Ἀσπασία. A *Menagio* emendatus ad *Diog.* l. c. p. 65. B. Hunc autem ajunt Dialogos a Socrate ſcriptos pro ſuis edidiſſe. Vide Not. ad *Diog. Laërt.* II. 60. & alios a Cl. *Fabricio* in B. Gr. indicatos p. 783. *M. du S.*

91. Αὐτὸς Σωκρ.] Vide *Plut* in Pericle. *M. du S.*

92. Ὅσῳ] Vide Φαλ. β. c. 2. Ἀλεξ. c. 2. in hoc ipſo opuſculo c. 21. & ſequenti c. 17. Neſcio tamen an non hic praeſtet ſcribere ὅσοι. *M. du S.*

Ὅσῳ] Vulgata ſtare poteſt, ſi interpretere: *in quantum.* Sic aperte, fin. hujus *Dial.* καὶ αὕτη ἐκείνη — ὅσῳ μὴ ξύλου — πεποίηται. Vincunt idem cetera exempla ab *Solano* adducta. Quibus plura addere liceret, niſi res eſſet notiſſima. Nec tamen adſpernarer, ſi qui Codd. ὅσοι haberent. *J.F.R.*

94. Ἀσπασίαν] Priorem, de qua vid. *Plut.* in Pericle p. 300. qui hic Olympius, ut ſaepe alias, audit; rationem docet idem *Plut.* p. 315. p. 119. vid. *Fabric.* B. Gr. 785. *M. du S.*

Ibid. Ὀλύμπιος] Ὀλύμπιος eſt Pericles. *Diodorus Siculus.* lib. 12. Ταῦτα δὲ ῥᾳδίως συνετέλεσε διὰ τὴν δεινότητα τοῦ λόγου, δι' ἣν αἰτίαν ὠνομάσθη Ὀλύμπιος. *Plin.* XXXV, 8. *Olympiumque ab eo pictum*; ſic pulcherrime hunc locum ex Mſſ. emendavit ſagaciſſimus *Fridericus Gronovius*, cum in iis legeretur *Olympium Jovem*, in editis ineptius *Clypeumque Athenis.* Sic & *Val. Max.* V. 10. *Non ſine cauſſa igitur tanti roboris animus ad Olympii cognomen aſcendit*, ut erudite hunc locum reſtituit *Chriſtophorus Colerus*, ejecto vocabulo *Jovis.* Non longe poſt Mſ. Ἀτλικωτέρως legitur in Mſ. οὐ γὰρ ἴσον, οὐδὲ ἐγγὺς Ἀθηναίων ἡ τότε πολιτεία, καὶ ἡ παροῦσα τῶν Ῥωμαίων δύναμις. *Neque enim aequales ſunt, nec quidem proximo intervallo diſtant* (ſed longe ſcilicet) *Athenienſium reſpublica, & iſta praeſens Romanorum potentia.* Edit. οὐ γὰρ ἴση, non male, ſed illud magis redolet Athenas. ἴσον nimirum χρῆμα. οὐδὲ ἐγγὺς eſt idiotiſmus Graecus, *ne prope quidem ad illum accedit, longis paraſangis ab illa diſtat.* Utitur & in ſequente dialogo: μὴ γὰρ εἶναι τῶν τηλικούτων ἀξίαν, μηδὲ ἐγγὺς, ὅτι μὴ δὲ ἄλλην τινὰ γυναῖκά γε οὖσαν. *Non enim talibus ſe dignam eſſe, ne quidem propius ab illis abeſſe, neque ullam aliam foeminam.* Sic enim Latinis uſurpatur *propius abeſſe. Cic.* in Catone: *quod eo melius mihi cernere videor, quo ab ea propius abſum.* *J.G.G.*

95. Οὐ φαῦλον συνέσεως παραδ.] *Th. Mag.* v. Φαῦλος legit Φαύλου. *M. du S.*

Οὐ φαῦλον συνέσεως παραδ.] Operae eſt verba *Magiſtri* addere: Φαῦλος, ait, ἐπὶ θηλικοῦ κάλλιον, ἢ φαύλη. Λουκιανὸς ἐν εἰκόσιν· οὐ φαύλου συνέσεως τοῦτο παράδειγμα. Nihil igitur probat ſuo Luciani teſtimonio, niſi aliter olim lectum fuiſſe conſtet; nam φαῦ-

λον

illa rerum peritiae, & acuminis circa civilia negotia, & celeritatis in cogitando, & acrimoniae fuit, illud omne in noſtram imaginem accurata regula transferamus: niſi quatenus illa quidem in parva *quaſi* tabella picta erat, haec autem Coloſſaea magnitudine eſt. L Y C. Quorſum illud dicis? P O L. Quod nego, Lycine, aequali magnitudine eſſe imagines, ſimiles cum ſint. Neque enim par eſt, ac ne prope quidem, Athenienſium quae tum erat reſpublica, praeſenti Romanorum potentiae. Itaque licet, quantum ad ſimilitudinem, eadem ſit, tamen magnitudine haec praeſtantior, tanquam in tabula latiore depicta.

ἐς τὰ πολιτικὰ, καὶ ἀγχινοίας, καὶ δριμύτητος ἐκείνῃ προσῆν, τοῦτο πᾶν ἐπὶ τὴν ἡμετέραν εἰκόνα μεταγάγωμεν ἀκριβεῖ τῇ στάθμῃ. πλὴν ὅσον ἐκείνη μὲν ἐν μικρῷ πινακίῳ ἐγέγραπτο, [d] αὕτη δὲ κολοσσιαία τὸ μέγεθός [e] ἐστι. Λ Υ Κ. Πῶς τοῦτο φής; Π Ο Λ. Ὅτι, ὦ Λυκῖνε, οὐκ ἰσομεγέθεις εἶναί φημι τὰς εἰκόνας, ὁμοίας οὔσας· οὐ γὰρ [f] ἴση οὐδὲ ἐγγὺς Ἀθηναίων ἡ τότε πολιτεία, καὶ ἡ παροῦσα τῶν Ῥωμαίων δύναμις. ὥστε εἰ καὶ τῇ ὁμοιότητι ἡ αὐτὴ, ἀλλὰ [g] τῷ μεγέθει γε ἀμείνων αὕτη, ὡς ἂν ἐπὶ πλατυτάτου πίνακος καταγεγραμμένη.

18. Alterum vero ac tertium exemplum, Theano illa, & Lesbia poëtria, & ſuper illas Diotima. Ac Theano quidem magnitudinem ſenſuum conferat ad picturam;

Δεύτερον δὲ καὶ τρίτον παράδειγμα, Θεανώ τε ἐκείνη, καὶ ἡ Λεσβία μελοποιὸς, καὶ Διοτίμα ἐπὶ ταύταις. ἡ μὲν τὸ μεγαλόνουν, ἡ Θεανὼ, συμβαλλομένη εἰς τὴν γραφήν·

ἡ

d Αὕτη] Αὐτὴ Edd. priores. *e* Ἐστι] Ἐστιν *Fl.* *f* Ἴση] Sic Edd. conſtanter. Ἴσον Codd. G. P. L. & marg. *A1.* *g* Τῷ] Sic recte L. *P. S.* Τὸ male *Fl. J. H.*

λον hic recte ſe habet, & femin. φαύλη ac φαῦλαι ubique obvium ap. *Aelian. Thucyd. Ariſtoph. Herodian.* Velim igitur verum producatur teſtimonium, ubi φαῦλος feminino genere uſurpatur. *J. F. R.*

96. Παράδειγμα προθέμενον] Perperam hodie legitur, Τὴν δὲ ἐκ τῆς Μιλήτου ἐκείνην Ἀσπασίαν, ᾗ καὶ ὁ Ὀλύμπιος, θαυμασιώτατος καὶ αὐτὸς, συνῆν, οὐ φαῦλον συνέσεως παράδειγμα προθέμενον, quum ſenſus & ſtructura verborum poſtulent προθέμενοι; idque jam in verſione recte obſervavit Interpres: *Porro Mileſiam illam Aſpaſiam, cum qua Olympius, ipſe quoque maxime admirandus, converſabatur, non ignobile prudentiae exemplum proponentes.* *J. J.*

Ibid. Προθέμενον] Et ego cum Cl. *Jenſio* προθέμενοι melius legi arbitror; ſed expecto codicum fidem. *J. F. R.*

2. Πλὴν ὅσον ἐκείνη μὲν ἐν μικρῷ πινακίῳ ἐγέγραπτο, αὕτη δὲ ἡ Κολοσσιαία τὸ μέγεθός ἐστι] Plane aliud vult Polyſtratus, qui hic loquitur, quam verba haec praeferunt. Neque enim is vult dicere, imaginem illam, quam effingendam ſibi proponit, eſſe jam Coloſſiaeae magnitudinis; nec dum enim exiſtebat illa imago. At id vult: *Praeterquam quod illa quidem* (Aſpaſia) *in parva tabula picta erat, haec vero* (imago, quam ego pingam) *Coloſſiaeae ſit* (vel *eſto*) magnitudinis. Legendum itaque ἔστω. Poſſet & ἔσται legi, ut ſtatim, τῇ Διοτίμᾳ δὲ, οὐχ ἃ Σωκράτης ἐπῄνεσεν αὐτὴν, ἐοικυῖα ἔσται. Niſi & illic ἔστω ſit emendandum; ſic enim continuo ibi ſequitur, τοιαύτη σοι καὶ αὕτη ὦ Λυκῖνε, ἀνακείσθω ἡ εἰκών. Sic & pag. praeced. fuerat locutus, πᾶσι τούτοις ἡ εἰκὼν κεκοσμήσθω. Et in eumdem modum paſſim hic Polyſtratus: nec aliter potuit; quippe qui Luciano ſignificat ordine omnia, quae huic perfectiſſimae imagini, quae vere demum venuſtam, formoſam, & omnibus animi corporisque virtutibus ornatiſſimam exhibeat feminam, ſint affingenda. In Florentina editione video ἐστιν cuſum, quod nimirum facile ex ἔστω corruptum eſt. Praetermiſi ineptiſſimam hujus loci vulgatam proponere interpretationem; nam ne inſpici quidem meretur, adeo ab mente Auctoris eſt omni modo devia. *J. J.*

3. Κολοσσ. τὸ μέγ. ἐστι] Non puto opus eſſe ut ἐστὶ mutemus in ἔστω. Reſpicit enim re ipſa Polyſtratus non tam ad imaginem ſuam, quam prae manibus habet, quamquam hanc nominat, quam ad ipſum exemplum, Pantheam, quod ſequentia ſatis aperte declarant, in quibus indicandi modo uti pergit. *J. M. G.*

12. Θεανώ] De hac Theano Pythagorica *Menagius* quid collegerit habes in libello quem de *mulieribus Philoſophis* ſcripſit. Pythagorae *uxorem* dicit *Diog. Laërt.* p. 224. C. Noſter *filiam* facere videtur, Ἐρωτ. c. 30. Apud *Plut.* 247. I. hoc dictum ejus fertur dicenti cuidam, καλὸς ὁ πῆχυς. ἀλλ᾽ οὐ δημόσιος. Adde *Porphyr.* No. 19. & Not. At hic quidem Pauſaniae matrem intelligit, cujus hiſtoriam apud *Polyaenum* habes *Strat.* VIII. p. 630. *M. du S.*

14. Διοτίμα] Vid. Εὐν. c. 7. & *Plat.* Συμπ. 337. C. Ab hac Socrates amatoria ſe didiciſſe illic profitetur. *M. du S.*

16. Ἡ

ἡ Σαπφὼ δὲ, τὸ γλαφυρὸν τῆς προαιρέσεως. τῇ Διοτίμᾳ δὲ, οὐχ ἃ Σωκράτης ἐπήνεσεν αὐτὴν, ἐοικυῖα ἔσται μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν ἄλλην σύνεσίν τε καὶ συμβουλίαν. τοιαύτη σοι καὶ [a] αὕτη, Λυκῖνε, ἀνακείσθω ἡ εἰκών.

ΛΥΚ. Νὴ Δί', ὦ Πολύστρατε, θαυμάσιος οὖσα. σὺ δὲ ἄλλας [b] γράφε, τὰς τῆς χρηστότητος, ὦ ἑταῖρε, καὶ φιλανθρωπίας, ἣ τὸ ἥμερον ἐμφανιεῖ τοῦ τρόπου, καὶ πρὸς τοὺς δεομένους προσηνές. ΠΟΛ. Εἰκάσθω οὖν καὶ αὐτὴ Θεανοῖ τε ἐκείνῃ τῇ Ἀντήνορος, καὶ Ἀρήτῃ, καὶ τῇ θυγατρὶ αὐτῆς τῇ Ναυσικάᾳ, καὶ εἴ τις ἄλλη ἐν μεγέθει πραγμάτων ἐσωφρόνησε πρὸς τὴν τύχην.

Ἑξῆς δὲ μετὰ ταύτην, ἡ τῆς σωφροσύνης αὐτῆς γεγράφθω, καὶ τῆς πρὸς τὸν συνόντα εὐνοίας, ὡς κατὰ τὴν τοῦ Ἰκαρίου μάλιστα εἶναι τὴν [c] σώφρονα καὶ τὴν περίφρονα, τὴν ὑπὸ τοῦ Ὁμήρου γεγραμμένην (τοιαύτην γὰρ τὴν τῆς Πηνελόπης εἰκόνα ἐκεῖνος ἔγραψεν) [d] ἢ καὶ, νὴ Δία, κατὰ τὴν ὁμώνυμον αὐτῆς τὴν τοῦ Ἀβραδάτα, ἧς μικρὸν ἔμπροσθεν ἐμνημονεύσαμεν. ΛΥΚ. Παγκάλην καὶ ταύτην, ὦ Πολύ-

Sappho autem vitae elegantiam: Diotimae vero non iis ſolum, propter quae Socrates illam laudavit, ſimilis erit, ſed reliqua etiam prudentia & conſilio. Talis tibi haec etiam imago, Lycine, propoſita ſit.

19. LYC. Admirabilis profecto. Tu vero alias jam pinge, benignitatis, amice, & humanitatis, quae manſuetum ingenium declaret, & propitium adverſus indigentes animum. POL. Similis ergo ipſa quoque reddatur, cum Theano illi Antenoris *uxori*, tum Aretae & ejus filiae Nauſicaae, & ſi qua alia in magnis rebus moderate fortunam habuit.

20. Deinceps vero poſt hanc, ipſius modeſtiae pingatur, & ad virum benivolentiae *imago*, ita ut Icarii filiae maxime ſimilis ſit, modeſtae illi & prudenti ab Homero depictae (talem enim Penelopes imaginem ille pinxit) aut etiam, medius fidius, illi cognomini hujus, Abradatae conjugi, cujus paullo ante mentionem fecimus. LYC. Pulchram undique hanc etiam feciſti, Poly-

a Αὔτη] Ex emend. *Jenſ.* Edd. αὐτὴ. *b* Γράφε] Perſonam Π. & Πολὺ, hic addit *Fl.* & pro γράφε habet γράφου. *c* Σώφρονα] Σαόφρονα P. Vulgatam ſervat *Fl.* cum *J. P.* &c. *d* Ἢ] Nihil mut. *P.* at *Fl.* ἣ adſpirat, male.

16. Ἡ Σαπφὼ δὲ] Ὅσον ἐς σῶμα * εἰδεχθεστάτη Σαπφὼ μικρά τε καὶ μέλαινα ὁρωμένη. καὶ τί γὰρ ἄλλο ἢ ἀηδὼν, ἀμόρφοις τοῖς † πίλοις ἐπὶ μικρῷ τῷ σώματι ‡ περιειλημένη. V.

* Εἰδεχθεστάτη] Ἐνδεχθ. prave V. In Impreſſo recte mutatum eſt. *M. du S.*

† Πίλοις] Lege πτίλοις. *M. du S.*

‡ Περιειλημένη] Περιειλημμένην V. prave; quod in Impreſſo recte mutatum eſt. *M. du S.*

16. Ἡ Σαπφὼ δὲ &c.] Haec Luciani verba, cum praemiſſis hujus capitis verſibus, fragmentis Sapphûs inſeruit Cl. *Wolf.* p. 104. f. *J. F R.*

19. *Τοιαύτη σοι καὶ αὕτη Λυκῖνε ἀνακείσθω ἡ εἰκών*] Sic legendum, non, ut in vulgatis, *αὐτή*. *Talis quoque* (qualis nempe Diotima fuit, prudentia & conſilio praedita) *& haec imago ſuſpendatur.* Sic enim potius ἀνάκειμαι vertendum puto, quam per *reponi* cum Interprete. Poſſet & per *dedicari* verti, quo verbo de ſtatuis ac ſimulacris alicubi conſtituendis utuntur Latini. *Suetonius* in Aug. cap. XXXI. *Statuas omnium triumphali effigie in utraque fori ſui porticu dedicavit.* Sic *dedicare Deorum ſimulacra* apud eumdem in eodem, c. 57. & ita alibi. Uti autem hic ἀνακεῖσθαι de tabula picta, ita & de ſtatuis ſolebat id verbi a Graecis ſumi. Docet *Athenaeus* l. I. Dipnoſoph. ſcribens, Ἀνακεῖσθαι δὲ φαμὲν ἐπὶ ἀνδριάντος. *J. J.*

Τοιαύτη σοι καὶ &c.] Ἀνακείσθω verti poteſt, *ponatur*; hoc enim verbum eſt proprium. *Ovid.* Ep. 1. Her. 26. *Ponitur ad patrios barbara praeda Deos.* h. e. ſuſpenditur donarii cauſſa. *Liv.* IV. 20. *Dictator coronam auream libram pondo ex publ. pecunia populi juſſu in Capitolio Jovi donum poſuit. Lactant.* de mort. perſecut. c. 5. *Derepta eſt ei cutis, & exuta viſceribus pellis, infecta rubro colore, ut in templo barbarorum Deorum ad memoriam clariſſimi triumphi poneretur.* *ORTW.*

20. Αὔτη] Sic Cl. *Jenſius.* *M. du S.*

Ibid. Ἀνακείσθω ἡ εἰκών] Non dubium eſt quin hoc ver-

lyſtrate. Et prope jam finem tibi habent imagines, totum enim animum perſecutus es, per partes illam laudando.

ςραψε, ἀπειργάσω, καὶ σχεδὸν ἤδη τέλος σοι ἔχουσιν αἱ εἰκόνες· ἅπασαν γὰρ ἐπελήλυθας τὴν ψυχὴν, κατὰ τὰ μέρη ἐπαινῶν.

21. POL. Non omnem. Adhuc enim maxima laudum ſuperſunt. Illud dico, quod in tanto faſtigio conſtituta, neque felicitate illa inflatur, neque ſupra humanam menſuram effertur fortunae fiducia, ſed in eodem ſe plano continet, nihil ineptum aut inſolens ſapit, & adeuntes civiliter atque aequaliter tractat, & in prenſationibus ſalutationibusque praeſtat humanitatem. Quae quidem tanto ſunt his, qui cum illa verſantur, jucundiora, quo major eſt, a qua proficiſcuntur, nec tamen *faſtum* tragicum prae ſe ferunt. Adeo qui magnis opibus non ad ſuperbiam utuntur, ſed ad beneficentiam, iidem etiam maxime digni bonis a fortuna datis videntur. Ac ſoli iſti invidiam effugerint merito: neque enim *temere* quiſquam eminenti invideat, ſi moderate illum uti videat felicitate, nec ad inſtar Homericae illius Ates

ΠΟΛ. Οὐχ ἅπασαν· ἔτι γὰρ τὰ μέγιστα τῶν ἐπαίνων ὑπολείπεται. λέγω δὲ τὸ ἐν τηλικούτῳ ὄγκῳ γενομένην αὐτὴν, μήτε τύφον ἐπὶ τῇ εὐπραξίᾳ περιβάλλεσθαι, μήτε ὑπὲρ τὸ ἀνθρώπινον μέτρον ἐπαρθῆναι, πιστεύσασαν τῇ τύχῃ· [e] φυλάττειν δὲ ἐπὶ τοῦ ἰσοπέδου ἑαυτὴν, μηδὲν ἀπειρόκαλον ἢ φορτικὸν φρονοῦσαν, καὶ τοῖς προσιοῦσι δημοτικῶς τε καὶ ἐκ τοῦ ὁμοίου προσφέρεσθαι, καὶ δεξιώσεις καὶ φιλοφροσύνας φιλοφρονεῖσθαι, τοσούτῳ ἡδίους τοῖς προσομιλοῦσιν, [f] ὅσῳ καὶ παρὰ μείζονος ὅμως γενόμεναι· [g] οὐδὲν τραγικὸν ἐμφαίνουσιν· ὡς ὁπόσοι τῷ μέγα δύνασθαι μὴ πρὸς ὑπεροψίαν, ἀλλὰ καὶ πρὸς εὐποιΐαν ἐχρήσαντο, οὗτοι καὶ ἄξιοι μάλιστα τῶν παρὰ τῆς τύχης δοθέντων ἀγαθῶν ὤφθησαν. καὶ μόνοι ἂν οὗτοι δικαίως τὸ ἐπίφθονον [h] διαφύγοιεν. οὐδεὶς γὰρ ἂν φθονήσειε τῷ ὑπερέχοντι, ἣν μετριάζοντα ἐπὶ τοῖς εὐτυχήμασιν αὐτὸν ὁρᾷ, καὶ μὴ κατὰ τὴν Ὁμήρου Ἄτην ἐκεί-

e Φυλάττειν] Φυλάττει P. Nil mut. Exc. *Fl.* f Ὅσῳ] Vulgatam hanc ſervat P. Ὅσα Ex. *Fl.* g Οὐδὲν] Sic *Fl. Fr. P. S.* Οὐδὲ *J.* & *V2.* h Διαφύγοιεν] Sic *S.* Διαφύγειεν cett. omnes.

53. Οὐδὲν τραγικὸν] Οὐ προσποιητὸν ἢ μεθ' ὑποκρίσεως γινόμενον, ἀλλὰ ἐνδιάθετον καὶ ἐξ ἀληθοῦς γνώμης κατορθούμενον. *V.*

verbum de ſuſpenſis tabulis ac donariis ſit uſitatiſſimum, ita in *tab. Cebet.* pr. ἀνέκειτο δὲ καὶ πίναξ τις ἔμπροσθε τοῦ νεώ. *Suſpendatur* tamen cum Cl. *Jenſio* vertere malim, vel *proponatur*, quam *reponatur*. Etſi *reponere* recte dicitur; nam quaeritur modo quid hic ſit convenientius; non quid Latine dicere liceat. Sed video Cl. *Geſn.* jam dediſſe *propoſita ſit*, ad mentem Luciani adpoſite. *J. F. R.*

26. Θεανοῦ] Homericam hanc induci a Luciano exiſtimo, quia Minervae ſacerdos precibus ſuis ab Ilio Graecos avertiſſe illic dicitur; ut L. Vero bene ominaretur adverſus Parthos bellum gerenti. Vid. *Hom.* Il. E. 70. Z. 298. Λ. 224. *M. du S.*

Θεανοῦ —— Ἀντήνορος] Puto, reſpicit ad Il. E, 70. ubi tanquam novercam minime novercam laudat. Verſus aurei de Pedaeo Antenoris filio

Ὅς ῥα νόθος μὲν ἔην, πύκα δ' ἔτρεφε δῖα Θεανὼ
Ἶσα φίλοισι τέκεσσι, χαριζομένη πόσεϊ ᾧ.

Aretae Alcinoi hiſtoriola nota eſt ex Od. H. 65. ſeqq. De Nauſicaa tota prope Od. Z. *J. M. G.*

27. Ἀρήτη &c.] *Hom.* Odyſſ. Z. & H. 34. *M. du S.*

33. Περίφρονα] *Homer.* in Odyſſ. ſaepiſſime. *M. du S.*

36. Τὴν τοῦ Ἀβραδάτα] Vide c. 10. *M. du S.*

52. Ὅσῳ] Conf. ſupra nott. ad c. 17. *J. F. R.*

56. Εὐποιΐαν] Non ſatis probum hoc verbum judicat *Pollux*. L. V. S. 140. p. 551. ſcribens: Τὰ δὲ πράγματα, εὐεργεσία, χάρις, δωρεά. τὸ γὰρ εὐποιΐα, οὐ λίαν κέκριται. Utitur tamen & *Alciphr.* I. Ep. 10. f. p. 42. Ubi *Bergler.* etiam hoc Luciani contra *Pollucem* adfert, & alibi quoque apud Lucian. occurrere obſervat, quod ex Indice patebit. Utitur & Apoſtolus in Epiſt. ad *Hebr.* XIII. 16. Legitur & ap. *Epict.* Sent. 26. p. Ed. Rel. 102. f. ἐπὶ χρηστότητι καὶ εὐποιΐᾳ. Item Sent. 75. p. 128. pr. καὶ δικαιοσύνης, καὶ εὐποιΐας ἀνάθημα. Et *Joſeph.* Antiq. Jud. XIX. c. 9. §. 1. p. 952. τῶν εὐποιϊῶν αὐτοῦ λαβόμενοι. *J. F. R.*

61. Ὁμήρου Ἄτην] Il. I. 500. *M. du S.*

Ibid.

ἐκείνην ἐπ' ἀνδρῶν κράατα βεβηκότα, καὶ τὸ ὑποδεέστερον πατοῦντα· ὅπερ οἱ ταπεινοὶ τὰς γνώμας πάσχουσιν ἀπειροκαλίᾳ τῆς τύχης· ἐπειδὰν αὐτοὺς ἡ τύχη μηδὲν τοιοῦτον ἐλπίσαντας, ἄφνω ἀναβιβάσῃ ἐς πτηνόν τι, καὶ μετάρσιον ὄχημα, οὐ μένουσιν ἐπὶ τῶν ὑπαρχόντων, οὐδ' ἀφορῶσι κάτω, ἀλλ' ἀεὶ πρὸς τὸ ἄναντες βιάζονται. τοιγαροῦν ὥσπερ ὁ Ἴκαρος, τακέντος αὐτοῖς τάχιστα τοῦ κηροῦ, καὶ τῶν πτερῶν περιρρυέντων, γέλωτα ὀφλισκάνουσιν ἐπὶ κεφαλὴν εἰς πελάγη καὶ κλύδωνα ἐμπίπτοντες. ὅσοι δὲ κατὰ τὸν Δαίδαλον ἐχρήσαντο τοῖς πτεροῖς, καὶ μὴ πάνυ ἐπήρθησαν, εἰδότες ὅτι ἐκ κηροῦ ἦν αὐτοῖς πεποιημένα· ἐταμιεύσαντο δὲ πρὸς τὸ ἀνθρώπειον τὴν φορὰν, καὶ ἠγάπησαν ὑψηλότεροι μόνον τῶν κυμάτων ἐνεχθέντες, ὥστε μέντοι νοτίζεσθαι αὐτοῖς ἀεὶ τὰ πτερὰ, καὶ μὴ

per capita hominum ingredi, & conculcare quidquid eſt imbecillius: quale quid humilis animi hominibus, imperitia quadam fortunae, uſu venit. Cum fortuna illos, nihil tale ſperantes, ſubito in alatum & ſublimem currum ſuſtulit, non manent in ſtatu, nec deorſum reſpiciunt, ſed ardua ſemper urguent. Itaque velut ille Icarus, liquefacta iis ſubito cera, defluentibusque alis, riſum debent, praecipites in mare & fluctus delapſi. Qui vero Daedali exemplo alis uſi, nec nimium tolluntur, memores de cera eſſe factos; ſed humanitus diſpenſant volatum, & ſatis habent tantum ſupra fluctus ferri, ut tamen ſemper adſpergine madeſcant alae, nec uni eas

Ibid. Ἄτην] *Ate* Dea fingitur ab *Homero* Il. IX. quam interpretantur noxam: de qua *Eraſm.* in proverb. *Ira omnium tardiſſime ſeneſcit.* *Bud.* L. V. de aſſe. *G.C.*

69. Ὥσπερ ὁ Ἴκαρος] Sic rurſus *Gall.* c. 23. m. & paſſim. *M. du S.*

73. Ὅσοι] Conf. iterum *Gall.* c. 23. *M. du S.*

89. Καλλίω δὲ καὶ ἐρ——ν.] In L. ἴσως, καλλίονα. Ego reponendum puto, καλλίω δὲ καὶ ἐρασμιωτέραν. *M. du S.*

Καλλίω δὲ καὶ ἐρασμιωτέραν] Sic omnino legendum, translata ν litera, quae in omnibus, quos inſpicere mihi contigit libris, ad καλλίω adhaeſit, ad ἐρασμιωτέρα. Qui Graece ſciunt vel modice, lectionem hanc & interpretationem ei quae adhuc obtinuit, ſpero, praeferent. Nempe converſum eſt, *ſed pulchrior & amabilior, cum his praeſidiis animam muniat.* Vidiſſe hoc ipſum video Doctiſſimum *Solanum.* *J.M.G.*

Καλλίω δὲ καὶ ἐρασμιωτέραν] Abſurde omnes quas vidi Edd. καλλίων —— & ἐρασμιωτέρα. Qui error cum nimis ſit manifeſtus, & facile in cujusvis oculos incurrat, literam ν quae ad poſterius adjectivum pertinebat, ad prius eſſe translatam, eum vel meo periculo, non exſpectata codicum fide, ſuſtuliſſem; jam vero magis ſecurus id facio, quando id *Solanum* pariter ac *Geſnerum* jubere video. *J.F.R.*

91. Βασιλεῖ τῷ μεγ.] Minus apte haec L. Vero conveniunt; ſed adulatorie dicta cenſenda ſunt. Vide *Gatak.* ad M. Aurel. Anton. VIII. 37. I. 17. & *vitam operibus praemiſſam*, p. XL. Scholiaſtes recte Vero tribuit; ſed in eo erraſſe videtur, quod *uxorem* non *concubinam* faciat. Uxor enim ei *LUCILLA*, non *Panthea*: neque hic usquam *uxor* audit, ſed tantum βασιλεῖ συνοῦσα, hic & c. 10. &c. cui Imperator conſueſcit. Adde c. 20. *M. du S.*

96. Εὐδαιμόνημα] Ubi dixiſſet Auctor, rem eſſe convenientiſſimam, ut Magnus Rex (Romanum Imperatorem ſui temporis intelligit) inter alia felicia etiam tam praeſtanti & omnibus numeris abſoluta femina eſſet beatus; ait, Οὐ γὰρ μικρὸν τοῦτο εὐδαιμόνημα γυνὴ, περὶ ἧς ἄν τις εὐλόγως τὸ Ὁμηρικὸν ἐκεῖνο εἴποι, χρυσείῃ μὲν αὐτὴν Ἀφροδίτῃ ἐρίζειν τὸ κάλλος, ἔργα δὲ αὐτὴν Ἀθηναίῃ ἰσοφαρίζειν. *Neque enim exigua illa eſt felicitas, femina, de qua jure quis Homericum illud dixerit; illam cum aurea Venere certare formae praeſtantia; in operibus vero Minervae aequalem eſſe.* Locus *Homeri*, qui reſpicitur, eſt ex Il. I. vſ. 389.

Κούρην δ' οὐ γαμέω Ἀγαμέμνονος Ἀτρεΐδαο,
Οὐδ' εἰ χρυσείῃ Ἀφροδίτῃ κάλλος ἐρίζοι,
Ἔργα δ' Ἀθηναίῃ Γλαυκώπιδι ἰσοφαρίζοι.
Filiam vero Agamemnonis Atridae non uxorem duxerim,
Non etiam ſi aurea cum Venere de formae gloria certaret,
Caeſiaeque Palladi in operibus foret par.

Caeterum in verbis Luciani, quia vox εὐδαιμόνημα non facile alibi occurrit, & plane omiſſa eſt ab *H. Stephano*, cogitabam ſcripſiſſetne Lucianus εὔδαιμον κτῆμα, ut infra *Tox.* c. 62. amicitia vocatur κτῆμα κράτιστον καὶ κάλλιστον. & *Paraſitus* c. 58. dicitur τῷ τρέφοντι καλὸν καὶ λυσιτελὲς κτῆμα. & ignis appellatur τιμιώτατον κτῆμα τῶν θεῶν in *Prometheo* §. 3. T. I. pag. 186. At non attrectandus hic locus; neque, puto, ſatis concinne diceretur, οὐ γὰρ μικρὸν τοῦτο εὔδαιμον κτῆμα γυνή. Sed nec ob rariorem uſum vox quaepiam damnanda, multo minus quia abeſt ab locupletiſſimo cae-

eas ſoli praebeant : hi vero ſecure ſimul & prudenter transvolant. Quod quidem in hac vel maxime laudet aliquis. Quare etiam dignum ab omnibus fructum capit, optantibus, cum perpetuo eas illi alas manere, tum plura ſubinde bona adfluere.

παρέχειν αὐτὰ μόνῳ τῷ ἡλίῳ, οὗτοι δὲ ἀσφαλῶς τε ἅμα καὶ σωφρόνως διέπτησαν· ὅσῳ καὶ ταύτην ἄν τις μάλιστα ἐπαινέσειε. τοιγαροῦν καὶ ἄξιον παρὰ πάντων ἀπολαμβάνειν τὸν καρπὸν, εὐχομένων ταῦτά τε αὐτῇ παραμεῖναι τὰ πτερὰ, καὶ ἐπὶ πλεῖον ἐπιῤῥεῖν τἀγαθά.

22. LYC. Et ita fiat, Polyſtrate. Digna enim; quippe quae non corpore modo, ut Helena iſta pulchra ſit: ſed pulchriorem & amabiliorem ſub iſtis mentem tegat. Decebat vero etiam, magnum Imperatorem, bonus adeo & placidus qui ſit, hoc etiam cum aliis, quae ſunt ipſi, bonis beatum eſſe, ut ſub illius imperio & naſceretur talis femina, & juncta illi ipſum amaret. Neque enim parvum felicitatis argumentum mulier, de qua cum ratione ali-

ΛΥΚ. Καὶ οὕτως, ὦ Πολύστρατε, γιγνέσθω. ἀξία γὰρ οὐ τὸ σῶμα μόνον, ὥσπερ ἡ Ἑλένη καλὴ οὖσα, [a] καλλίω δὲ καὶ [b] ἐρασμιωτέραν ὑπ' αὐτῷ τὴν ψυχὴν σκέπουσα. ἔπρεπε δὲ καὶ βασιλεῖ τῷ μεγάλῳ, χρηστῷ καὶ ἡμέρῳ ὄντι, καὶ τοῦτο μετὰ τῶν ἄλλων ἀγαθῶν, ὁπόσα ἐστὶν αὐτῷ, εὐδαιμονῆσαι, ὡς ἐπ' αὐτοῦ καὶ φῦναι γυναῖκα τοιαύτην, καὶ συνοῦσαν αὐτῷ ποθεῖν αὐτόν. οὐ γὰρ μικρὸν τοῦτο εὐδαιμόνημα γυνὴ, περὶ ἧς ἄν τις εὐλά-

a Καλλίω] Καλλίων Edd. priores male, & ἐρασμιωτέρα, pro —αν. *b* Ἐρασμιωτέρα] Ἴσως —να L.

caeteroquin Stephani Theſauro. Etenim ne de aliis ſcriptoribus Graecis loquar, in Luciano noſtro quamplurimae voces ſunt, quas fruſtra in Theſauro illo quaeſieris. Non alienum fore puto, hic eas ſubjicere, quae nobis ex Samoſatenſi notatae ſunt, quarum haud facile ullam apud Stephanum offenderis. Sunt autem hae:

A.

Ακνίσωτος. *Bis Accuſato*, c. 2. poſt med.

Ακροχειριασμός. *Lexiphane*, c. 5. Habet *H. Stephanus* Ακροχειρισμός.

Ακωμῳδήτως. I. *Vera Hiſtoria*, c. 2.

Αμαξοπληθής. Ibidem, c. 41. fin.

Αμφιβόσκομαι. *Tragopodagra*, a fin. verſ. 31.

Αναῤῥαψῳδέω. *Jove Tragoedo*, c. 14. p. med.

Ανεξέργαστος. *Fugitivis*, §. 21.

Ανίχνευτος. *Amoribus*, c. 35. m.

Αντιμαίνω. *Dialogis Meretriciis*, XII. m.

Αντισυμποσιάζω. *Lexiphane*, c. 1.

Αντιφιλοσοφέω. *Bis Accuſato*, c. 21. verſ. fin.

Απανδρόω. *Amoribus*, c. 26.

Απομυκτίζω. *Dialogis Meretriciis*, VII. m. An tamen Απομυχθίζω legendum? *Heſychius* agnoſcit Μυχθίζω; exponit μυκτηρίζω· χλευάζω· idque loco Luciani apprime convenit.

Απονεκρόομαι. II. *Vera Hiſtoria*, c. 1.

Απροοιμίαστος. *Quomodo ſit ſcrib. Hiſtor.* c. 23. f. & 52.

Ασυγγύμναστος. *De Paraſito*, §. 6.

Αχλόητος. Ibidem. c. 11. (Sic ſcriptum inveni in Lectt. Lucianeis p. 309. errore calami; nam apud Lucian. recte legas αόχλητος. tam in *Bened.* Ed. p. 352. E. quam in *P.* &c.)

Δ.

Δελφινίζω. *Lexiphane*, c. 5. (hoc nihil mirum, eſt enim vox ludicri cauſſa conficta:)

Διαβρεχής. *Tragopodagra*, non longe a fin.

Διεκλαμβάνω. *Philopatride*, c. 1.

Διέμπιλος. *Lexiphane*, c. 13. f.

Δυσέξοδος. *Fugitivis*, c. 10. f.

Δωδεκαφόρος. II. *Vera Hiſtoria*, §. 13. de vitibus, ſingulis menſibus καρποφορούσαις.

E.

Εγκαψικίδαλος. *Lexiphane*, c. 10. m. Sed in Mſ. Wittiano diſerte legitur Εγκαμψικήδαλος. Verum & hoc caret *Steph.*

Εἰράμαγγα. *Philopatride*, §. 20.

Εκστείω. *Timone*, T. I. c. 43. p. 156. idque corruptum cenſet *Tan. Faber.* (Sed probat *Hemſterh.* ex *Plutarch. Arr. Epict.* & *Chryſoſt.*)

Εμμαλλος. *Cynico*, c. 5. m.

Εμμεμετρημένος. *Gallo*, §. 27. de hoc vocabulo, vide quid ſentiat Cl. *Graevius* pag. 880. Edit. Amſt.

Εμπεριέρχομαι. *Amoribus*, c. 11.

Εμπυδάκωτος. *Lexiphane*, §. 13.

Εμφθέγγομαι. *Eunucho*, c. 7. pr.

Εναποπνίγεσθαι. *Morte Peregrini*, c. 24. p. m.

Εναχημονέω. *Icaromenippo*, c. 21. m.

Ενεργοβατέω. *Philopatride*, c. 3. p. m.

Ενοινοφλύειν. *Lexiphane*, §. 14. pr.

16. LYC. At illud moleſtum, Polyſtrate, quod non illa praeſente habebo orationem: longe enim ſic eſſet melius. Jam vero neceſſe eſt mandata alteri cauſſa defungi. Verum ſi talis mihi ad illam internuntius fueris, qualis ab illa ad me fuiſti, jacere aleam audebo. POL. Bono animo, quantum ad hoc, eſto Lycine, nec enim malum me defenſionis tuae apud illam actorem habebis, ſi breviter dicere ſtudeas, quo facilius memoria complectar. LYC. Atqui longiſſima mihi oratione opus erat, adverſus vehementem adeo accuſationem. Veruntamen tua cauſſa in compendium mittam defenſionem. A me igitur iſta illi renuntia. POL. Nequaquam, Lycine. Sed tanquam illa praeſente habe orationem: tum ego apud illam te imitabor. LYC. Igitur quando ita tibi videtur, Polyſtrate, ipſa jam adeſt, & prior dixit nimirum quaecumque tu ab ipſa mihi renuntiaſti: nos autem oportet altero jam loco dicere incipere. Quamquam, neque enim dicere apud te piget, quid mihi acciderit, terribilius mihi, neſcio qua ratione hoc negotium reddidiſti: atque, ut vides, ſudo jam, & pertimui, ac tantum non videre etiam ipſam mihi videor, multamque mihi perturbationem haec res objecit. Veruntamen incipiam; nam ſubducere me, ipſa jam praeſente, non eſt integrum. POL. Ac multam, ita me Jupiter, benevolentiam ipſo vultu prae ſe fert. Hilaris enim, ut vides, & propitia eſt. Itaque fidenter orationem habe.

17. LYC.

36. Ἀντιδίκοις] Forſan ἐν ἀντιδίκοις. *F.G.*
Ἐν ἀντιδίκοις] Particulam ἐν, quae in libris noſtris exciderat, omnino reſtituendam duxi. Abſciſſa haec erant cum margine in M. *M. du S.*
68. Ἀναδῦναι] Conf. infra Περεγρ. §. 26. *M. du S.*

73. Πέρα τοῦ μέτρου] At ſupra *de Salt.* c. 21. πέρα τοῦ μετρίου. Prius Noſtro frequentius. Sed & alterum rectum, ejuſque exemplum ex *Sozom.* dedit Cl. *Hemſt.* T. I. *Nigr.* c. 30. f. *J.F.R.*
76. Ἐν μεγάλῳ τιθεμένη] Sic e contrario, ἐν γέλωτι ποιη-

17. LYC. Ego te, mulierum praeſtantiſſima, cum vehementer, ut ais, & ultra modum laudaverim, non video qua in re laudaverim tantum, quantum ipſa de te praeconium illud protuliſti, quod magni adeo facis honorem numinis. Prope enim illis quae de te dixi omnibus illud majus eſt: & venia mihi *debetur*, ſi non hanc quoque tibi imaginem depinxi, quae propter ignorantiam me fugerit. Neque enim aliam ante illam pinxiſſem. Itaque hac quidem parte adeo non exceſſiſſe modum in laudando mihi videor, ut potius multo tenuius quam pro dignitate dixerim. Conſidera igitur quantum hoc *ſit quod* praetermiſi, quam immenſum ad boni moris, & recti animi demonſtrationem; quatenus, quicunque divinum numen non obiter colunt, iidem etiam adverſus homines optimi fuerint. Itaque ſi omnino retractare orationem oporteat, & ſimulacrum corrigere; auferre quidem de illo nihil auſim, ſed illud tanquam caput totius operis atque verticem adjecerim. Verum eo nomine gratiam tibi me, & magnam quidem, habere fateor. Cum enim illam animi tui moderationem laudaverim, & quod nihil in te ſuperbum, nihil tumidum praeſens rerum amplitudo produxit; tu tales ob cauſſas libellum accuſans, veritatis fidem laudationi feciſti. Etenim non avide rapere ad ſe talia praeconia, ſed pudore propter ea confundi, & majora quam quae tibi conveniant dicere, *id ipſum vero* moderati & civilis animi ſpecimen eſt. Verum quanto magis ad ipſas laudes ſic affecta animo es, tanto te demonſtras ſummis laudibus digniorem. Ac pene ad illud Diogenis dictum tibi res pervenit, qui interrogante quodam, Quomo-

ΛΥΚ. Ἐγώ σε, ὦ γυναικῶν ἀρίστη, μεγάλα, ὡς φής, καὶ πέρα τοῦ μέτρου ἐπαινέσας, οὐχ ὁρῶ ὅτι τηλικοῦτον ἐπῄνεσα, ἡλίκον αὐτὴ σὺ τοῦτο ἐγκώμιον ὑπὲρ σεαυτῆς ἐξενήνοχας, τὴν πρὸς τὸ θεῖον τιμὴν ἐν μεγάλῳ τιθεμένη. σχεδὸν γὰρ ἁπάντων τοῦτο μεῖζον, ὧν εἴρηκα περὶ σοῦ, καὶ συγγνώμη, εἰ μὴ καὶ ταύτην σοι [a] προσέγραψα τὴν εἰκόνα, οὐκ ἀγνοίας με διαλαθοῦσαν. οὐ γὰρ ἂν ἄλλην πρὸ αὐτῆς ἐγραψάμην· ὥστε ταύτῃ γε οὐχ ὅπως ὑπερβάλλεσθαι τοὺς ἐπαίνους, ἀλλὰ πολὺ καταδεέστερόν μοι δοκῶ τῆς ἀξίας εἰρηκέναι. σκόπει γοῦν, ἡλίκον τοῦτο παρέλιπον, ὡς παμμέγεθες εἰς ἐπίδειξιν τρόπου χρηστοῦ, καὶ γνώμης ὀρθῆς· ὡς ὅσοι τὸ θεῖον μὴ ἐν παρέργῳ σέβουσιν, οὗτοι καὶ τὰ πρὸς ἀνθρώπους ἄριστοι ἂν εἶεν. ὥστε εἰ πάντως μετακοσμῆσαι δέοι τὸν λόγον, καὶ τὸ ἄγαλμα ἐπανορθώσασθαι, ἀφελεῖν μὲν οὐκ ἄν τι τολμήσαιμι αὐτοῦ· προσθήσω δὲ καὶ τοῦτο, ὥς τινα κεφαλὴν τοῦ παντὸς ἔργου, καὶ κορυφήν. ἐπ' ἐκείνων μέντοι καὶ πάνυ πολλήν σοι εἰδέναι τὴν χάριν ὁμολογῶ. ἐμοῦ γὰρ ἐπαινέσαντος τὸ μέτριον τοῦ σοῦ τρόπου, καὶ ὅτι μηδὲν ὑπερπετές, μηδὲ τύφου μεστὸν ἐνεποίησέ σοι ὁ παρὼν ὄγκος τῶν πραγμάτων, σὺ τὰ τοιαῦτα αἰτιασαμένη τοῦ λόγου, ἐπιστώσω τοῦ ἐπαίνου τὴν ἀλήθειαν. τὸ γὰρ μὴ προαρπάζειν τὰ τοιαῦτα τῶν ἐγκωμίων, ἀλλ' αἰδεῖσθαι ἐπ' αὐτοῖς, καὶ μείζω ἢ κατὰ σὲ εἶναι λέγειν, μετρίας καὶ δημοτικῆς τινος διανοίας δεῖγμά ἐστι. πλὴν ἀλλ' ὅσῳ περ ἂν πρὸς τὸ ἐπαινεῖσθαι αὐτὸ οὕτω διακειμένη [b] τυγχάνεις, [c] τοσούτῳ ἀξιωτέραν ὑπερεπαινεῖσθαι ἀποφαίνεις [d] σεαυτήν. καὶ σχεδὸν ἐς τὸν τοῦ Διογένους λόγον περιελήλυθέ σοι τὸ πρᾶγμα,

ὃς

a Προσέγραψα] Προέγραψα P. ſola. b Τυγχάνεις] Ita dedi ex B2. & M. Τυγχάνῃς *Ald. Fl. J. P. S. H.* c Τοσούτῳ ἀξιωτέραν] Τοσοῦτον ἀξιωτέραν ἀ. ὑ. αὐτὴν *Fl.* At vulgatam etiam ſervat M. ἀξιωτ. media correpta male *J.* d Σεαυτήν] Αὐτὴν Ex. *Fl.* Vulgatum σεαυτὴν tamen etiam eſt in P.

ποιήσασθαι. *Quom. Hiſt.* c. 32. Infra, *Tox.* c. 22. f. ἐν παιδιᾷ ἐποιοῦντο. Sic *Herodian.* 2. 7. 4. εἶχον ἐν καταφρονήσει, aliique paſſim. *J. F. R.*

4. Ὅσῳ] Omiſſo μᾶλλον, conf. ſupra *Amor.* c. 17. *M. du S.* Conf. potius ſupra notata ad T. I. *pro Lapſ.* c. 12. Et infra ad *Gall.* c. 18. m. *J. F. R.*

14. Ἐξα-

ὅς ἐρομένου τινὸς, ὅπως ἄν τις ἔνδοξος γένοιτο; εἰ δόξης, ἔφη, καταφρονήσειε· Φαίην γὰρ ἂν καὶ αὐτὸς, εἴ τις ἔροιτό με, Τίνες εἰσὶ μάλιστα ἐπαίνου ἄξιοι; ὁπόσοι ἐπαινεῖσθαι μὴ θέλουσιν.

Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἴσως ἐξαγώνια, καὶ πόῤῥω τοῦ πράγματος. ὑπὲρ δὲ οὗ χρὴ ἀπολογήσασθαι, τοῦτό ἐστιν, ὅτι τῇ ἐν Κνίδῳ, καὶ κήποις, καὶ Ἥρᾳ, καὶ Ἀθηνᾷ, τὴν μορφὴν ἀναπλάττων εἴκασα. ταῦτά σοι [a] ἔκμετρα ἔδοξε, καὶ ὑπὲρ τὸν πόδα. περὶ αὐτῶν δὴ τούτων ἐρῶ. καίτοι παλαιὸς οὗτος ὁ λόγος, ἀνευθύνους εἶναι ποιητὰς καὶ γραφέας. τοὺς δὲ ἐπαινοῦντας καὶ μᾶλλον, οἶμαι, εἰ καὶ χαμαὶ καὶ βάδην, ὥσπερ ἡμεῖς, ἀλλὰ

do gloriam quis poſſet conſequi? ſi gloriam, inquit, contemſerit. Nam ipſe quoque, ſi quis ex me quaerat, Qui ſint maxima laude digni? dixerim, qui laudari minime volunt.

18. Sed iſta forte extra quaeſtionem ſunt, & a cauſſa ſejuncta. Pro quo autem nunc jam cauſſa dicenda, illud eſt, quod Cnidiae *Veneri*, & *quae* in Hortis *colitur*, & Junoni, & Minervae ſimilem dixi, cum formam tuam effingerem: haec modum tibi pedemque excedere viſa ſunt: de his igitur ipſis dicam. Quamquam antiquum illud dictum eſt, ad cauſſam dicendam non vocari poëtas, & pictores, & qui laudant, hosque minus etiam, puto, etſi humi & pedeſtri, ut nos, oratione, non per metra fe-

a Ἔκμετρα] Sic *Ald.* *J.* *Fl.* *Fr.* *P.* *H.* *S.* *A.* & M. Ἔμμετρα Ed. *Marcil.* male.

14. Ἐξαγώνια] Id eſt ἔξω τοῦ ἀγῶνος ὄντα. *F. G.*

18. Ταῦτά σοι ἔμμετρα ἔδοξε] Ταῦτά σοι ἄμετρα ἔδοξε. Itaque adjungit, καὶ ὑπὲρ τὸν πόδα. *Th. M.*

Ταῦτά σοι ἔκμετρα ἔδοξε] Quod Editionem *Marcilii* male habere ἔμμετρα in variantibus notarit *Solanus*, id neſcio an potius vitium typographicum ſit in *Marcilii* notis; nam *Bourdelotii*, *Marcilii*, & *Cognati* notae iis plenae ſunt, maxime tamen prioris illius. Sed nihil refert; nam ἔμμετρα manifeſto falſum eſt; quaeritur enim tantum, anne praeſtet ἄμετρα pro ἔκμετρα; prius certe frequentius occurrit. At alterum quoque ſic legit in Luciano *H. Steph.* Et adverb. etiam ἐκμέτρως adducit aliunde. De quo potius, ſi dubites, vid. *Polluc.* V. S. 167. τὸ δὲ ἀμέτρως λέγειν, εἰ μὴ κατὰ τὸ πλέον, ἐκμέτρως &c. Ipſum vero ἔκμετρος vel quater occurrit ap. eundem, quod cum ex Indice adpareat, transſcribere nolo. Immo jam fere credo ἔμμετρον in *Marcil.* editione lectum, alioqui non emendaſſet. Nos certe jam nihil mutamus. *J. F. R.*

19. Ὑπὲρ τὸν πόδα] Vide Parœmiogr. *J. B.*

21. Ποιητὰς] Horat. — *Pictoribus atque poëtis*
Quid libet audendi ſemper fuit aequa poteſtas. *M. du S.*

23. Εἰ καὶ χαμαὶ καὶ βάδην, ὥσπερ ἡμεῖς, ἀλλὰ μὴ ἐπὶ μέτρων φέροιντο] Notanda locutio, ἐπὶ μέτρων φέρεσθαι, quae non denotat, *praeter modum ferri*, ut inepte interpres; ſed *in metris*, h. e. *oratione ligata uti*, quemadmodum contra, χαμαὶ καὶ βάδην φέρεσθαι, *oratione proſa uti*. Similis locus eſt in *Bis Accuſato* c. 33. καὶ οὔτε πεζός εἰμι, οὔτε ἐπὶ τῶν μέτρων (ſic enim ibi legendum, pro μετεώρων, recte monuit ὁ πάνυ *Graevius*) βέβηκα. *L. Bos.*

Εἰ καὶ χαμαὶ καὶ βάδην ὥσπερ ἡμεῖς &c.] Niſi nimis notum arbitrarer, adderem *Horat.* 2. Od. 12, 9. — *tuque pedeſtribus Dices hiſtoriis praelia Caeſaris, Maecenas, melius.* *J. F. R.*

24. Ἐπὶ μέτρων] Conf. infr. Δικ. c. 33. f. *M. du S.*

Ibid. Ἐλεύθερόν γάρ τι ὁ ἔπαινος] Caecina ad Ciceronem fam. 6, 7. cum de caeteris ſcribendi generibus dixiſſet, *ſolum*, inquit, *liberum alterum laudare, de quo quidquid detrahas, neceſſe eſt aut infirmitati aut invidiae adſignetur.* Quam vere, hic non diſputamus. *J. M. G.*

31. Ἐκεῖνο δέ [σε] φημὶ [τοιαύτας — λόγων] An ſic legendum? ἐκεῖνο δὲ φημὶ ὡς χρὴ τὸν ἐπαινοῦντα, καὶ εἰκόσι, &c. Locus integer non videtur. Curvis lineis incluſa gloſſemata videntur. *F. G.*

Ἐκεῖνο δέ σε φημὶ] Nihil inficetius interpretatione, quam qua Graeca haec, [Ἐκεῖνο δέ σε φημὶ τοιαύτας ἡμῖν τὰς ἀφορμὰς τῶν ἐπαινετικῶν τούτων λόγων, ὡς χρὴ τὸν ἐπαινοῦντα καὶ εἰκόσι, καὶ ὁμοιώσεσι προχρῆσθαι.] vertuntur, *Illud vero dico, ejusmodi nobis eſſe laudativarum orationum occaſiones, quomodo imaginibus & comparationibus laudatorem uti oporteat.* Nihil, dico, inficetius. *Marcilius* hic inculcat poſt ἡμῖν verbum integrum παρεσχηκέναι. Cogitabam ego pro ἐκεῖνο legendum εἶναι; & certe ſi ita ſcripſiſſet Lucianus, ſenſus foret ſatis abſolutus. At nec hoc, nec illud, ſi recte conſideremus, ſummopere neceſſarium. Dixerat Lucianus, pleroſque, qui laudandum quempiam ſuſcipiant, omnes vires in id intendere, ut rem geſtam, quantum poſſint, verbis ornent ac amplificent; idque iis quodammodo licere, quum laudatio ſit res libera, nulliſque terminis circumſcripta. Sibi vero, qui eam feminam (ad quam hic loquitur) in priori libello omnibus pulchritudinis & venuſtatis coloribus depinxerit, praeſtantiſſimis formae & virtutum a quaque femina & Dea exemplis atque imaginibus deſumptis, &

ferantur. Liberum enim quiddam laus eſt: nec eſt modus illius ad magnitudinem aut brevitatem lege conſtitutus: ſed hoc ſolum videt undique, ut in ſumma admiratione ponat, & aemulatione dignum oſtendat eum qui laudatur. Verum hac non incedam equidem, ne *alterius* conſilii inopia hoc facere tibi etiam videar.

19. At illud dico, tales *eſſe* nobis laudandi locos & formas, ut is qui laudat, imaginibus ſimilitudinibusque utatur. Et in hoc *laudandi opere* illud fere maximum, bene comparare. Porro illud bene, ſic maxime judicetur, non ſi quis paribus aliquid comparet, neque ſi ad vilius quid colla-

μὴ ἐπὶ μέτρων φέροιντο. ἐλεύθερον γάρ τι ὁ ἔπαινος, οὐδ' ἔστιν αὐτοῦ μέτρον εἰς μέγεθος ἢ [b] βραχύτητα νενομοθετημένον, ἀλλὰ τοῦτο μόνον ἐξάπαντος ὁρᾷ, ὅπως ὑπερθαυμάσεται, καὶ ζηλωτὸν ἀποφανεῖ τὸν ἐπαινούμενον. οὐ μὴν ταύτην ἐγὼ βαδιοῦμαι, μὴ καὶ σοὶ δόξω ὑπ' ἀπορίας αὐτὸ δρᾶν.

Ἐκεῖνο δέ σε φημὶ, τοιαύτας ἡμῖν [c] τὰς ἀφορμὰς τῶν ἐπαινετικῶν τούτων λόγων, ὡς χρὴ τὸν ἐπαινοῦντα, καὶ εἰκόσι καὶ ὁμοιώσεσι προσχρῆσθαι, καὶ σχεδὸν ἐν τούτῳ τὸ μέγιστόν ἐστιν εὖ εἰκάσαι· τὸ δὲ εὖ, ὧδε μάλιστα κρίνοιτο· οὐχ ἤν τις [d] τοῖς ὁμοίοις παραβάλλῃ, οὐδ' ἢν πρὸς τὸ ὑποδεέστερον ποιῆται τὴν

b Βραχύτητα] Βραδύτητα male W. & *Fl.* Nil mutant vulgatam cett. nec P. *c* Τὰς ἀφορμὰς] Παρεσχηκέναι addit *Marc.* Sed non adeſt in ulla Ed. nec in M. *d* Τοῖς] Abeſt ab *J.* Adeſt in cett. & M.

& ad hanc unam translatis, nulla laudum amplificatione opus eſſe; quum feminae hujus dotes tantae ſint, tamque uberem laudationis praeſtent materiam, ut, ſi velit veram ejus dare deſcriptionem, ad comparationes & imagines hominum Dearumque, animi corporisque virtutibus illuſtrium, ſe debeat convertere. Haec ergo Graeca ita vertes; *Illud autem dico, te unam tot encomiorum nobis* eſſe *anſas, ut laudatorem oporteat & imagines & ſimilitudines in partes vocare.* Subaudiendum tantum, id quod commode fieri poteſt, εἶναι. Eſt quoque συγχύσεως haec ſpecies, Ἐκεῖνο δέ σε φημὶ, quum ordo poſtulet, Ἐκεῖνο δὲ φημί σε, &c. Pari modo ſupra de *Imag.* c. 4. Ἀλλὰ καὶ τὸν μῦθον, ὃν λέγουσιν ἤκουσας οἱ ἐπιχώριοι περὶ αὐτῆς. Et hic ordo eſt, ἤκουσας ὃν λεγ. οἱ ἐπιχ. *Sed & fabulam audiviſti, quam incolae de ea narrant.* Similes συγχύσεις in hoc & aliis ſcriptoribus ſunt frequentiſſimae, quod nemini latet. Per σύγχυσιν quoque exponam verba haec in Noſtri *Hermotimo* c. 7. poſt m. Καὶ γὰρ ἐκεῖνος (Ἡρακλῆς) ἀποβαλὼν ὁπόσον ἀνθρώπειον εἶχε παρὰ τῆς μητρὸς, καὶ καθαρόν τε, καὶ ἀκήρατον φέρων τὸ θεῖον, ἀνέπτατο ἐς τοὺς θεοὺς διευκρινηθὲν ὑπὸ τοῦ πυρός. Nempe διευκρινηθὲν referendum ad τὸ θεῖον, quaſi verborum ordo foret, ἀκήρατον φέρων τὸ θεῖον, διευκρινηθὲν ὑπὸ τοῦ πυρὸς, ἀνέπτατο ἐς τοὺς θεούς. *Etenim ille abjecto quidquid humani a matre haberet, puramque & incorruptam atque per ignem diſcretam divinitatem ferens, ad Deos ſubvolavit.* Ergo nihil neceſſe eſt cum *Th. Munkero*, V. Cl. in notis ad *Hygini* Fab. XXXVI. pro διευκρινηθὲν legere διευκρινηθείς. *J. J.*

Ἐκεῖνο δέ σε φημὶ] Illud σε vel pro σοι poſitum ab oſcitante librario, vel, quod malim, pro γε, videtur induxiſſe aliquem, ut παρεσχηκέναι illud, de quo eſt in nota *Marcilii*, inſereret: cum praeſertim non cogitaret ἀφορμὰς eſſe rhetorum nomen, quo ea deſignantur, quae alias στοιχεῖα, item μόρια τῆς περιστάσεως appellant, locos quoſdam & quaſi praedicamenta, unde laudandi argumenta peti poſſunt. Illud quidem apparet, generali argumento hic uti Lycinum, In laudando utendum eſt comparationibus; comparandum eſt autem id, quod laudare velis, non cum paribus aut vilioribus, ſed cum excellentioribus. Verſatur hic in theſi auctor, non in hypotheſi. *J. M. G.*

Ibid. Σὲ φημὶ] Vide Ῥητ. c. 18. & Διαβ. c. 1. *Eurip.* Βα. 529. B. C.

Ὅταν λάβῃ τις τῶν λόγων ἀνὴρ σοφὸς
Καλὰς ἀφορμὰς, οὐ μέγ' ἔργον εὖ λέγειν.

M. du S.

Ibid. Τοιαύτας ἡμῖν τὰς ἀφορμὰς] Τοιαύτας ἡμῖν παρεσχηκέναι τὰς ἀφορμάς. *Th. M.*

Τοιαύτας ἡμῖν τὰς ἀφορμὰς] Luciani verba ad quae *Solanus* remittit, in *Rhet. praec.* 18. pr. ſunt: Ἐπειδὰν καὶ δέῃ λέγειν, καὶ οἱ παρόντες ὑποβάλωσι τινὰς ὑποθέσεις καὶ ἀφορμὰς τῶν λόγων. Et in *Cal. non tem. cred.* 1. m. Τοιγάρτοι μυρίας ἤδη τοῖς τραγῳδιοδιδασκάλοις ἀφορμὰς εἰς τὰ δράματα τὸ τοιοῦτον παρέχηται τοὺς Λαβδακίδας, καὶ τοὺς Πελοπίδας. Non vero addit, qua de cauſſa eo nos ableget, num ad uſum rhetoricum vocabuli ἀφορμὰς, demonſtrandum, an ut oſtendat, etiam hic verbum requiri, ut illic παρέχηται & ὑπολαβεῖν additum legitur; & ſic mihi videtur; nam ſive pro ἡμῖν legas εἶναι, ſive σε mutes in σοι aut γε, dura tamen & contorta manet conſtructio Lucianeae non ſatis conveniens. Εἶναι quidem commode alibi intelligendum relinquitur, hic vero duriuſculum videtur, quia ſic σύγχυσις, ἔλλειψις, ac tranſitio a ſingulari ad plural. ſimul concurrerent. Eſto tamen, intelligatur, quia Viri Cl. *Geſner.* cum *Jenſio* me perſpicaciores ſic volunt. *J. F. R.*

τὴν παράθεσιν, ἀλλ' ἤν τις πρὸς τὸ ὑπερέχον ὡς οἷόν τε [a] προσβιβάζῃ τὸ ἐπαινούμενον, οἷον, [b] ἤν τις κύνα ἐπαινῶν εἴποι ἀλώπεκος μείζω εἶναι αὐτὸν, ἢ αἰλούρου, ἆρά σοι [c] ὁ τοιοῦτος δοκεῖ ἐπαινεῖν [d] εἰδέναι; οὐκ ἂν εἴποις. ἀλλὰ μὴν οὐδ' εἰ λύκῳ φαίη ἴσον αὐτὸν ὑπάρχειν, οὐδὲ οὕτω μεγάλως τι ἐπήνεσεν. ἀλλὰ ποῦ τὸ ἴδιον τοῦ ἐπαίνου ἀποτελεῖται; ἢν ὁ κύων τῷ λέοντι ἐοικέναι λέγηται, καὶ μέγεθος καὶ ἀλκήν. ὡς [e] τὸν Ὠρίωνος κύνα ἐπαινῶν, ἔφη ποιητὴς λεοντοδάμαν αὐτόν· οὗτος γὰρ δὴ κυνὸς ἐντελὴς ἔπαινος. καὶ πάλιν εἴ τις Μίλωνα τὸν ἐκ Κρότωνος ἢ Γλαῦκον τὸν ἐκ Καρύστου, ἢ Πολυδάμαντα ἐπαινέσαι θέλων, ἔπειτα λέγοι ἰσχυρότερον ἕκαστον αὐτῶν γυναικὸς γενέσθαι, οὐκ ἂν οἴει γελασθῆναι αὐτὸν ἐπὶ τῇ [f] ἀνοίᾳ τοῦ ἐπαίνου; ὅπου γε εἰ καὶ ἑνὸς ἀνδρὸς ἔλεγεν ἀμείνω εἶναι αὐτὸν, οὐδὲ τοῦτο ἀπέχρησεν ἂν πρὸς ἔπαινον; ἀλλὰ πῶς ἐπήνεσε ποιητὴς εὐδόκιμος τὸν Γλαῦκον, οὐδὲ Πολυδεύκεος βίαν φήσας ἀνατείνασθαι ἂν αὐτῷ ἐναντίας τὰς χεῖρας; οὐδὲ σιδάρεον Ἀλκμάνας τέκος; ὁρᾷς ὁποίοις αὐτὸν θεοῖς εἴκασε;

tionem inſtituat; verum ſi quis ad aliquid excellentius, quantum ejus fieri poteſt, illud quod laudatur admoveat. Velut ſi quis in laude canis dicat, illum vulpe majorem eſſe, aut fele, numquid talis videtur tibi laudare ſcire? Non ſane dixeris. Sed neque ſi lupo dicat parem illum eſſe, neque ſic magno opere quidquam laudaverit. Sed ubi id quod proprium eſt laudis efficitur? Si canis leoni par dicatur & magnitudine & robore. Ut Orionis canem laudans poëta *leonum domitorem* vocavit. Haec enim ſane perfecta canis laus eſt. Et rurſus ſi quis Milonem Crotoniaten, aut Glaucum ex Caryſto, aut Polydamantem laudare volens, deinde dicat, fortiorem unumquemque illorum fuiſſe muliere, non deriſum illum iri putas ob laudis vecordiam? cum etiam ſi uno illum viro ſuperiorem eſſe diceret, neque hoc ſatis eſſet ad laudem. Sed quomodo laudavit Glaucum nobilis poëta? *Neque Pollucis vim*, dicens, *protenſuram adverſarias illi manus, neque ferreum Alcmenae natum.* Vides qualibus illum Diis comparaverit, vel po-

a Προσβιβάζῃ] Hoc praetuli ex marg. *A1W.* & Codd. G. M. P. W. Ἐμβιβάζῃ Edd. priores. *b* Ἤν τις] Εἴ τις W. *c* Ὁ] Δ. ὁ W. *d* Εἰδέναι] Δέναι miſere *J. Ald. P.* Recte εἰδέναι cett. & M. *e* Τὸν] Ὁ W. *f* Ἀνοίᾳ] Διανοίᾳ *Fl.* Sed cum vulgata ceterarum Edd. lect. faciunt M. P.

38. Πρὸς τὸ ὑπερέχον] Ἀλλ' ἤν τις πρὸς τὸ ὑπερέχον ὡς οἷόν τε ἐμβιβάζῃ τὸ ἐπαινούμενον. *Si quod laudatur ad excellentius, quoad fieri poterit extulerit.* Nec Graeca nec Latina verba reprehendo. Efficacius tamen vetus codex πρὸς τὸ ὑπερέχον ὡς οἷόν τε προσβιβάζων. ut apud Latinos *provehens*. *J.G.G.*

39. Προσβιβάζῃ] W. & P. cum *Graeviano* faciunt. *M. du S.*

42. Εἰδέναι] Quidam libri mendoſe ἰδέναι. *M. du S.*

48. Ποιητὴς] Unde habeat neſcio. *M. du S.*

51. Γλαῦκον τὸν ἐκ Καρύστου] Supra *Zeux.* f. aliiſque locis mox ab *Solano* indicandis. *J.F.R.*

57. Πῶς — ποιητὴς] *Pindarus* haud dubie, ſed inter ea, quae hodie ſuperſunt, non extat. *M. du S.*

61. Ὁρᾷς] Ορᾷς ὁποίοις αὐτὸν (Γλαῦκον) θεοῖς εἴκασε; (Ομηρος ſcilicet) μᾶλλον δὲ καὶ αὐτῶν ἐκείνων ἀπέφηνε. Locus bono ſenſu mutilatus; condonanda itaque non nimis perſpicaci Interpreti noſtro inſulſa verſio, *Vides qualibus Diis ipſum aſſimilarit? quin potius ipſis imaginibus expreſſit.* Ubi hic memorantur imagines? Puto, eum legiſſe εἰκόνων, non ἐκείνων. At vel ſic nec Graece id ſenſu ſano diceretur, nec recte Latine verti poſſet. Lucianus, quo probaret, comparationes petendas eſſe ab rebus minime vilioribus & inferioribus, attulit exemplum Glauci, de quo Homerus dixerit, ne Pollucem quidem, neque robuſtiſſimum Herculem, manus ſuas contra eum audere tollere. Jam ait, *Viden' quibus Diis* Homerus Glaucum *compararit? quin & illis ipſis declaravit. Marcilius* pulchre vidit deſiderari κρείττω· non tantum ſcilicet Diis comparavit Homerus Glaucum, ſed & iis fortiorem declaravit. Poſſumus molliori emendatione defungi, legentes ἀμείνω pro ἐκείνων. plane uti modo praeceſſit, ἑνὸς ἀνδρὸς ἔλεγεν ἀμείνω εἶναι αὐτόν. Haec jam ſcripſeram, ubi in Florentinam editionem incidens, vidi illic clare ita legi, ac ipſe conſtitueram, niſi quod ipſa vox ἐκείνων ſervata eſt integra. Nempe, μᾶλλον δὲ καὶ αὐτῶν ἐκείνων ἀμείνω ἀπέφηνε. Aldina editio perinde, ac reliquae, mutila eſt. *J.J.*

Ὁρᾷς] Adſcripſerat *Hemſterh.* principio hujus notae *Jen-*

potiorem etiam fecerit. Et neque Glaucus indignatus eſt, ſe praeſidibus athletarum Diis oppoſitum laudari; neque illi vel Glaucum vel poëtam ulti ſunt, tanquam impie ſe circa laudem illam gerentes; ſed in gloria & honore ambo apud Graecos fuere, alter roboris cauſſa, Glaucus; poëta vero cum propter alia, tum propter hoc ipſum maxime carmen. Noli ergo admirari, ſi & ipſe, comparatione uti cum vellem, quod erat laudaturo neceſſarium, exemplo uſus ſum altiore; ratione hoc ipſa ſubjiciente.

20. Quandoquidem autem adulationis mentionem feciſti; quod odio habes adulatores, laudo te equidem, neque aliter oportebat. Volo autem tibi jam diſcernere, ac finire cum laudantis opus, tum adulatoris exceſſum. Adulator igitur, quippe qui ſuae ipſius utilitatis cauſſa laudet, veritatis autem parvam admodum curam habeat, ſupra modum laudando cenſet omnia: mentiens plurima ac de ſuo addens, ut neque Therſiten Achille pulchriorem pronuntiare

μᾶλλον δὲ καὶ αὐτῶν ἐκείνων [g] ἀμείνω [h] ἀπέφηνε. καὶ οὔτε αὐτὸς ὁ Γλαῦκος ἠγανάκτησε τοῖς ἐφόροις τῶν ἀθλητῶν θεοῖς ἀντεπαινούμενος, οὔτε ἐκεῖνοι ἠμύναντο ἢ τὸν Γλαῦκον, ἢ τὸν ποιητήν, ὡς ἀσεβοῦντα περὶ τὸν ἔπαινον, ἀλλὰ [i] εὐδοκίμουν ἄμφω, καὶ ἐτιμῶντο ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων· ὁ μὲν ἐπὶ τῇ ἀλκῇ ὁ Γλαῦκος, ὁ δὲ ποιητὴς, ἐπί τε τοῖς ἄλλοις, καὶ ἐπ' αὐτῷ τούτῳ μάλιστα τῷ ᾄσματι. μὴ δὴ θαυμάσῃς, εἰ καὶ αὐτὸς εἰκάσαι βουλόμενος, ὅπερ ἦν τῷ ἐπαινοῦντι ἀναγκαῖον, ὑψηλοτέρῳ ἐχρησάμην τῷ παραδείγματι, τοῦτο ὑποβαλόντος τοῦ λόγου.

Ἐπεὶ δὲ καὶ κολακείας ἐπεμνήσθης, ὅτι μὲν καὶ σὺ μισεῖς τοὺς κολακικοὺς, ἐπαινῶ μέν σε, καὶ οὐκ ἐχρῆν ἄλλως, ἐθέλω δέ σοι [k] διακρῖναι, καὶ ὁρίσαι τό, τε τοῦ ἐπαινοῦντος ἔργον, καὶ τὴν τοῦ κόλακος ὑπερβολήν. ὁ μὲν οὖν κόλαξ, ἅτε τῆς χρείας ἕνεκα τῆς ἑαυτοῦ ἐπαινῶν, ἀληθείας δὲ ὀλίγον ποιούμενος τὴν πρόνοιαν, ἅπαντα ὑπερεπαινεῖν οἴεται δεῖν, ἐπιψευδόμενος καὶ προστιθεὶς παρ' [l] αὐτοῦ τὰ πλείω, ὡς μὴ ἂν ὀκνῆσαι καὶ τὴν Θερσίτην εὐμορφότερον ἀποφῆναι τοῦ Ἀχιλλέως, καὶ τὸν

g Ἀμείνω] Redditum Luciano ex *Fl.* & W. Aberat ab Edd. reliqq. *h* Ἀπέφηνε] Ἀπέφαινεν W. Nihil mutat vulgatum *Fl.* *i* Εὐδοκίμουν] Sic *J. Fl. Fr. B2. H. Ald.* P. S. M. *k* Διακρῖναι] Διακρίναι marg. *A1W.* *l* Αὐτοῦ] Αὐτοῦ Edd. vulgo, quod emendandum *Gujet.* monuit.

Jenſianae. Fallitur: nam nec Glaucum Homericum Lucianus, ſed Caryſtium intelligit, neque adeo Homerum. *J.F.R.*

62. Μᾶλλον δὲ καὶ αὐτῶν ἐκείνων] Μᾶλλον δὲ καὶ κρείττω αὐτῶν ἐκείνων. *Th.M.*

Μᾶλλον] Vertitur: *quin potius ipſis imaginibus expreſſit.* Sed ſenſus requirit: *quin & potiorem ipſis expreſſit.* *F.G.*

Μᾶλλον δὲ καὶ αὐτῶν ἐκείνων] At jam cum ἀμείνω reſtituerimus, emendatione *Marciliana* non opus eſt. Patet interim recte eum conjeciſſe. Senſit idem Cl. *Geſner.* vel ex conjectura, vel ex *Jenſii* Lectt. Lucian. perſpiciens comparativum deeſſe, qui cum *majorem* in verſione addiderit, non viſa emendatione noſtra, μείζω videtur conjeciſſe; repoſui tamen *potiorem*, ut cum ἀμείνω verſio conveniret. *J.F.R.*

Ibid. Ἐκείνων ἀμείνω ἀπέφ.] Illud ἀμείνω, quod in impreſſis fere omnibus deerat, ex W. & *Fl.* Ed. reſtituimus. *M.du S.*

63. Γλαῦκος] De his vide ad Ἡρ. c. 3. & Συγγρ. c. 35. Adde & Ἐκκλ. c. 12. *M.du S.*

67. Ηὐδοκίμουν] Omnes libri εὐδοκίμουν. Neque hic ſolum hac in voce peccatur. *M.du S.*

Εὐδοκίμουν] Quantumvis *Solanus* jubeat ηὐδοκ. cum augmento reponi, ego tamen nihil mutavi; tum propter Librorum conſenſum, tum quia & ſupra non ſemel vidimus augmenta neglecta. Adi quae notavi ad Dial. proximum *Imag.* c. 3. Et *Alex.* c. 22. No. 89. ubi εὐδοκίμουν etiam legitur. Sic εὑρίσκω facere εὕρισκον εὕρηκα &c. nec recipere augmentum, ſatis notum eſt; alia vero promiſcue inveniuntur, ut εὐφραίνοντο & ηὐφραίνοντο, quod ſupra jam monui. Immo in Novo Foedere εὐδοκέω, numquam cum augmento legas exhibitum, ſed εὐδόκησα ubique. At magis Atticum eſt ηὐδ. Eſto. Nec tamen Noſter alibi ὑπεραττικίζει, ideoque non hic etiam ad id eum adigemus invitum. *J.F.R.*

84. Θερσίτην] *Homer.* Il. Β. 216. *M.du S.*

86. Νε-

τὸν Νέστορα [a] φάναι τῶν ἐπὶ Ἴλιον στρατευσάντων, τὸν νεώτατον εἶναι. διομόσαιτο δ' ἂν καὶ τὸν Κροίσου υἱὸν ὀξυηκοώτερον εἶναι τοῦ Μελάμποδος, καὶ τὸν [b] Φινέα ὀξύτερον δεδορκέναι τοῦ Λυγκέως, ἤνπερ μόνον κερδᾶναί τι ἐλπίσῃ ἐπὶ τῷ ψεύσματι. ὁ δέ γε αὐτὸ τοῦτο ἐπαινῶν, οὐχ ὅπως οὐδ' ἂν ψεύσαιτό τι, ἢ προσθείη τῶν μηδὲ ὅλως προσόντων, τὰ δ' ὑπάρχοντα αὐτῷ φύσει ἀγαθὰ, κἂν μὴ πάνυ μεγάλα ᾖ, παραλαβὼν ἐπηύξησε, καὶ μείζω ἀπέφηνε, καὶ τολμήσειεν ἂν εἰπεῖν, ἵππον ἐπαινέσαι θέλων, φύσει κοῦφον ὧν ἴσμεν [c] ζώων, καὶ δρομικὸν, ὅτι

Ἄκρον ἐπ' ἀνθερίκων καρπὸν θέεν, οὐδὲ κατέκλα.

καὶ πάλιν οὐκ ἂν ὀκνήσειε [d] φάναι, Ἀελλοπόδων δρόμον ἵππων. καὶ ἢν οἰκίαν ἐπαινῇ καλὴν, καὶ ἄριστα κατεσκευασμένην, εἴποι ἄν·

pigretur, & Neſtorem dicat eorum, qui ad Ilium pugnarunt, maxime juvenem fuiſſe: juraverit autem etiam Croeſi filium audire acutius Melampode, & Phineum acutius cernere Lynceo; modo lucrifacere aliquid mendacio ſuo ſperet. At alter, qui id ipſum quoque facit, ut laudet, non ille quidem is eſt, qui mentiatur quidquam vel addat eorum, quae plane non adſunt; ſed quae natura illi bona inſunt, etiam ſi non nimis magna fuerint, ea ſumit, auget, & facit majora. Et auſit ille dicere, cum equum laudare vult, levem inter ea, quae novimus animalia, & ad curſum aptum,

1 *Per ſummas currat, nec eas confringat ariſtas:*

& rurſus non dubitet dicere procellipedum curſum equorum: & ſi domum laudet pulchram & optime aedificatam, dicat:

Ta-

a Φάναι] Ita Cod. L. Φᾶναι Edd. *b* Φινέα] Reſtitut. ex W. *Fl.* & *V*2. Ἰφνέα ceterae omnes male. *c* Ζώων] Sic etiam eſſe in *Fl.* notat *Solan.* quid tum? *d* Φάναι] Ita dedi ex L. Φᾶναι Edd.

88. Ὀξυηκοώτερον] Ὅτι ὁ Μελάμπους ὀξυήκοος. *V.*

86. Νέστορα φάναι] *Homer.* Il. A. 250. *M. du S.*

88. Τὸν Κροίσου υἱὸν ὀξυηκοώτερον εἶναι τοῦ Μελάμποδος] Atqui *Herodotus* Lib. I. ὁ δὲ παῖς οὗτος ὁ ἄφωνος. Videtur itaque aut alios ſecutus auctores Lucianus, aut memoria ei vacillaviſſe. Nam & infra in *Gallo*, ſive *Somnio*, λυπεῖ δὲ, inquit, τὸν μὲν Λυδὸν, υἱὸς κωφὸς ὤν. Neque dixeris hoc Luciani loco reponi poſſe λαλίστερον. Repugnat enim comparatio cum Melampode. *Th. M.*

Τὸν Κροίσου . .] Miratur *Marcilius* quos Lucianus ſit ſecutus auctores, cum ſcribit in dialogo pro imaginibus, Croeſi filium auditu acri Melampodem antecellere, cum ſcribat *Herodotus*, illum fuiſſe mutum; non ſurdum. ſed ego miror *Marcilium* hic haerere. Quis ignorat mutos eſſe quoque ſurdos: imo ſurditatem eſſe cauſſam mutae linguae? Qui ſurdus natus eſt, loqui non poteſt. Unde enim ſonos vocum litterarumque percipiat? Fuerunt tamen noſtro ſeculo cum in Germania, tum in Anglia, qui ſurdos docuerunt motu oris litteras noſſe & pronunciare. de quo extat elegans diſſertatio *Georgi Morhofii*, viri eruditiſſimi, & noſtri ſtudioſiſſimi. Quin & ſurdi fuerunt his in terris, non nati, ſed morbo caſuque facti, qui ex motu labiorum aeque poterant etiam longius a ſe remotos, & muſſitantes intelligere, ac ſi articulatim ſingulas voces auribus percepiſſent. Hi videbant ſonum, non audiebant. *J. G. G.*

Ibid. Ὀξυηκ. εἶναι τοῦ Μελ.] De filio Croeſi vide *Herodotum*, & Noſtrum Ἀλεκτ. c. 25. Aliquem nactus ſit neceſſe eſt, a quo abſque aurium ope, linguam & reliqua vocis organa movere edoctus fuerit, qualis potiſſimum noſtra aetate nobilis Medicus mutam puellam Harlemi loqui docuit, & ex oris motu ut loquentes intelligeret, fecit. Melampodis fabulam vide apud *Apollod.* I. p. 19. A. B. *M. du S.*

Ὀξυηκοώτερον εἶναι τοῦ Μελάμποδος] Cui Dracones lambendis auribus avium etiam ſermonis intellectum dederint. Vid. *Plin.* 10, 49. ſ. 70. & quos ibi citat *Harduin. Bochartus* praeſertim Hieroz. I, 3. p. 21, 69. a quo ſua habet *Harduinus* omnia. Add. *Spanh.* diſſ. 4. p. 215. *J. M. G.*

89. Τὸν Ἰφνέα ὀξύτερον δεδορκέναι τοῦ Λυγκέως] Hanc lectionem retinent omnes; etiam Latinis interpretibus offerentibus neſcio quem *Iphnea*. Et cui iſte talis auditus? manifeſte apparet tranſpoſitas literas pro Φινέα, ut optime adſcripſit pater. Is notiſſimus in fabulari hiſtoria, & quidem propter oculos, qui fuerunt excoecati. *J. G.*

Καὶ τὸν Ἰφνέα ὀξύτερον δεδορκέναι τοῦ Λυγκέως] Optime & ipſo quoque hoc Lynceo ὀξύτερον viderunt Viri Cl. *Menagius* & *Gronovius*, hic in notis pag. 902. ille in Addendis, legendum eſſe Φινέα; nec enim aliter legitur in editione Florentina. *J. J.*

Τὸν Ἰφνέα] Φινέα omnino legendum videtur. *F. G.*

Mo-

Talis nimirum Jovis intus Olympii aula eſt.

At adulator hunc verſum etiam de ſubulci tugurio dicat, ſi modo accipere aliquid a ſubulco ſperet: cum Cynaethus Poliorcetae Demetrii adulator, omnibus adulandi rationibus conſumtis, laudaverit vexatum a tuſſi Demetrium, quod modulate ſcrearet.

21. Non ſolum autem hic utriusque generis character eſt, quod adulatores non dubitant mentiri etiam in gratiam eorum, quos laudant; laudatores autem extollere ſtudent, quae adſunt: verum etiam illa re non parva diſtant, quod adulatores quantum poſſunt utuntur hyperbolis, laudatores autem in his ipſis quoque ſobrii ſunt, & intra terminos ſe continent.

Ζηνός πȣ τοιήδε γ' Ὀλυμπίȣ ἔνδοθεν αὐλή.

ὁ δὲ κόλαξ τȣ̃το τὸ ἔπος, κἂν περὶ τȣ̃ συβώτȣ καλύβης εἴποι, εἰ μόνον τι παρὰ τȣ̃ συβώτȣ λαβεῖν ἐλπίσειεν· [e] ὅπȣ Κύναιθος ὁ Δημητρίȣ τȣ̃ Πολιορκητȣ̃ κόλαξ, ἀπάντων αὐτῷ τῶν πρὸς τὴν κολακείαν καταναλωμένων, ἐπῄνει ὑπὸ βηχὸς ἐνοχλȣ́μενον τὸν Δημήτριον, ὅτι ἐμμελῶς ἐχρέμπτετο.

Οὐ μόνον δὲ τȣ̃το ἑκατέρȣ αὐτῶν γνώρισμά ἐστι· τὸ τȣ̀ς μὲν κόλακας οὐκ ὀκνεῖν, καὶ [f] ψεύσασθαι τȣ̃ χαρίσασθαι ἕνεκα τοῖς ἐπαινȣμένοις, ἐξαίρειν δὲ τȣ̀ς ἐπαινȣ̃ντας τὰ ὑπάρχοντα πειρᾶσθαι· ἀλλὰ κἀκείνῳ οὐ σμικρῷ διαλλάττȣσιν, ὅτι οἱ μὲν κόλακες, ἐφ' ὅσον οἷόν τε αὐτοῖς, χρῶνται ταῖς ὑπερβολαῖς, οἱ ἐπαινȣ̃ντες δὲ, καὶ ἐν αὐταῖς ταύταις σωφρονȣ̃σι, καὶ ἐντὸς τῶν ὅρων μένȣσι.

ταύ-

e Ὅπȣ] Nil mut. Edd. nec M. *f* Ψεύσασθαι] Ψεύδεσθαι W.

Monuit idem Cl. *La Croze.* Monuit *Menag.* in addend. Edit. *Graev.* Et nos correximus dudum. *J.F.R.*

Ibid. Φινέα] W. *Fl.* & *V2.* Reliquae Edd. prave Ἰφνέα. Vide *Apollod.* I. p. 23. C. *M. du S.*

91. Ὁ δέ γε [αὐτὸ τοῦτο] ἐπαινῶν οὐχ [ὅπως οὐδ'] ἂν] Sic lege fortaſſe. ὁ δέ γε ἐπαινῶν οὐκ ἂν ψεύσαιτό τι &c. Cetera gloſſa videntur. *F.G.*

93. Προσόντων] Conf. ſupra hoc *Dial.* c. 6. & Συγγρ. c. 35. *M. du S.*

97. Ὡς ἴσμεν ζώων] Ὡς ἴσμεν ζῶον. *F.G.*

Ὧν ἴσμεν] Ἵππον ἐπαινέσαι θέλων, φύσει κοῦφον ὧν ἴσμεν ζώων, &c. Interpres, *laudando equum, natura levem, ut ea ſcimus eſſe animantia.* Haec ſunt verſionum monſtra. Redde, *Equum laudare volens, natura levem ex iis, quae novimus, animalibus*, &c. De hoc Helleniſmo vide ſupra ad T. I. *J.J.*

Ὧν ἴσμεν ζώων] Bis ὡς pro ὧν ſcriptum erat in nota *Gujeti*; dubito num deſcribentis vitio. Sed in vulgata nihil video quod emendationem poſtulet, quamquam ζῶον non improbaverim, ſi quis Codex haberet. Interim ſatis uſitata & haec eſt genitivi cum relativo convenientis conſtructio, ut bene jam monuit ac vertit Cl. *Jenſius.* *J.F.R.*

99. Ἄκρον &c.] *Homer.* Il. Υ. 227. *M. du S.*

Ἄκρον ἐπ' ἀνθερίκ.] Fons *Homer.* Il. Υ, 227. Rivos plena manu indicavit la Cerda ad Aen. 7, 808. *Illa vel intacta* &c. *J.M.G.*

2. Ἀελλοπόδων] Fruſtra apud Homerum quaeſivi. *M. du S.*

Ἀελλοπόδων] Uſitatius quidem *Homero* ἀερσίποδες. Verum nec alterum eſt improbum. Legitur enim in Hymno in Vener. qui eidem vulgo tribuitur, v. 218. — ἵπποισιν ἀελλοπόδεσσιν ὀχεῖτο. *J.F.R.*

5. Ζηνός πȣ] *Homer.* Odyſſ. Δ. 74. *M. du S.*

9. Ὅπȣ Κύναιθος] Lege ὥς πȣ. *F.G.*

Ὅπȣ Κυν.] Mallem ὁ γοῦν K. Sed in impreſſis & M. ipſo, uti edidimus, ſcribitur. Accedit ad hunc uſum hujus particulae locus *Jambl.* No. 60. A. Vid. *Tim.* §. 2. *Deor. Dial.* XVIII. 1. f. Ibid. XXIII. 1. med. *pro Lapſ.* §. 2. Ibid. §. 6. *Hermot.* c. 39. *Herodot.* §. 4. *Abdic.* c. 23. f. Infra *Icarom.* c. 23. f. Et *adv. Indoct.* c. 21. pr. *M. du S.*

Ὅπȣ Κυν.] Decem illa Luciani teſtimonia ab *Solano* commonſtratis tantum Ed. *Junt.* paginis indicata, quaeſivi, capitumque ſive paragraphorum numerum, ut ſemper, ad noſtram editionem adcommodavi, cognovique in illis omnibus ὅπȣ vel ὅπȣ γε occurrere, pro *quum*, *quandoquidem* poſitum, veluti Latinis quoque non infrequens *ubi* pro *quandoquidem*, *ſiquidem*, uſurpare, ut Horat. 2. Od. 13. 33. *Quid mirum? UBI illis carminibus ſtupens demittit atras bellua centiceps aures.* Verum ex his omnibus non conſequitur ὁ γοῦν hic legendum, quum Cynaethus non ante nominatus ſit. Quare mallem ὅπȣ ὁ Κυν. legere, aut *Gujeto* adſentiri ὥς πȣ legenti. Ceterum de nomine hujus paraſiti vid. *Bergl.* ad *Alciphr.* III. Ep. 43. pr. ἐγὼ ὁ Στρȣθίων ὁ Κύναιθος οἱ παράσιτοι, ad quae ille: fuit aſſentator hoc nomine Demetrii Poliorcetae. de quo Lucianus in *Imag.* p. 39. (Ed. *Bened.*) i. e. h. l. *J.F.R.*

26. Παρȣ-

ταῦτά σοι ἀπὸ πολλῶν ὀλίγα κολακείας καὶ ἐπαίνου ἀληθοῦς δείγματα, ὡς μὴ πάντας [a] ὑποπτεύῃς τοὺς ἐπαινοῦντας, ἀλλὰ διακρίνῃς, καὶ παραμετρῇς τῷ οἰκείῳ μέτρῳ ἑκάτερον.

Haec tibi pauca de multis ſunto adulationis ac verae laudis ſpecimina, ne omnes omnino laudantes ſuſpectos habeas, ſed diſcernas, & ſua utrumque menſura metiaris.

Φέρ' οὖν, εἰ δοκεῖ, πρόσαγε τοῖς [b] ὑπ' ἐμοῦ εἰρημένοις τοὺς κανόνας ἀμφοτέρους, ὡς [c] μάθοις εἴτε τούτῳ εἴτ' ἐκείνῳ ἐοίκασιν. ἐγὼ γὰρ εἰ μέν τινα ἄμορφον οὖσαν ἔφην τῷ ἐν Κνίδῳ ἀγάλματι ὁμοίαν, γόης ἂν, καὶ τοῦ Κυναίθου κολακικώτερος ὄντως νομιζοίμην. εἰ δὲ τοιαύτην ὑπάρχουσαν, οἵαν πάντες ἴσασιν, οὐ πάνυ ἐκ πολλοῦ διαστήματος ἦν τὸ τόλμημα.

22. Age igitur, ſi videtur, admove his, quae dicta a me ſunt, regulam utramque, ut videas, huic ne an illi conveniant. Etenim ſi deformem quandam ſtatuae Cnidiae ſimilem dicam, impoſtor ſane, & Cynaetho ipſo magis adulator vere habear: ſi vero talem, qualem omnes norunt; non ſane magni ille auſus intervalli fuerit.

Τάχα [d] οὖν φαίης, μᾶλλον δὲ ἤδη εἴρηκας, ἐπαινεῖν μέν σοι ἐς τὸ κάλλος ἐφείσθω· ἀνεπίφθονον μέντοι ποιήσασθαι τὸν ἔπαινον ἐχρῆν, ἀλλὰ μὴ θεαῖς ἀπεικάζειν ἄνθρωπον οὖσαν. ἐγὼ δὲ, ἤδη γάρ με προάξεται τἀληθὲς εἰπεῖν, οὐ θεαῖς γε, ὦ βελτίστη, εἴκασα, τεχνιτῶν δ' ἀγαθῶν δημιουργήμασι, λίθου, καὶ χαλκοῦ, ἢ ἐλέφαντος πεποιημένοις. τὰ δὲ ὑπ' ἀνθρώπων γεγενημένα, οὐκ ἀσεβὲς, οἶμαι, ἀνθρώποις εἰκάζειν· ἐκτὸς εἰ μὴ σὺ τοῦτο εἶναι τὴν Ἀθηνᾶν ὑπείληφας, τὸ ὑπὸ Φειδίου πεπλασ-

23. At forte jam dixeris, quin jam dixiſti, laudare quidem pulchritudinis nomine tibi permiſſum eſto. Verum invidiae non obnoxiam oportebat laudationem facere, nec ſimilem Deabus dicere hominem. Verum ego, jam enim *ipſum* me verum ad ſe dicendum invitabit, non profecto Deabus, o praeſtantiſſima, ſimilem dixi *hominem*, ſed bonorum artificum operibus, e lapide, & aere, vel ebore perfectis. Quae autem facta ſunt ab hominibus, ea ſimilia hominibus dicere, non puto impium: niſi forte hoc tu Minervam exiſtimas, quod eſt effictum a Phidia, aut

a Ὑποπτεύῃς] Ὑποπτεύσῃς W. *b* Ὑπ'] Ἀπ' marg. *A1W.* & Ex. *Fl.* Sed vulgatam tuetur P. eaque melior. *c* Μάθοις] Μάθῃς W. *d* Οὖν] Ex L. reſtitut. ὁ νῦν Edd. priores.

26. Παραμετρῇς τῷ οἰκείῳ μέτρῳ] Non ab re fuerit addere nonnihil ex Obſerv. Cl. *L. Bos* (quem conſulendum Cl. *Hemſterh.* in marg. Luciani monuerat) ad 2. Ep. ad *Corinth.* XII. 12. ubi rejecta vulgata verſione ac *Grotii* expoſitione, Apoſtoli verba, quae erant: αὐτοὶ ἐν ἑαυτοῖς ἑαυτοὺς μετροῦντες, ſic exponit: „ *intra* „ *ſuam conditionem & fortunam ſe continere, ſe ex ſuis* „ *facultatibus & dotibus aeſtimare, non plus ſibi arro-* „ *gare quam fas eſt, nec ſe dilatare ultra conditionem* „ *ſuam.* Secundum Lucianum diceres: παραμετρεῖν „ ἑαυτὸν οἰκείῳ μέτρῳ (*pro Imag.* h. l.) Ἀναμετρεῖν ἑαυ- „ τὸν ſecundum *Ariſtoph.* Sic ille in *Avib.* p. 590. „ Οὐκ ἀναμετρήσεις σαυτὸν ἀπιὼν ἀλλαχῆ; *Non ipſe te* „ *remetieris hinc abiens alio?* Μετρεῖν τὴν ἑαυτοῦ σκιὰν „ dixit *Plutarch.* in Apophtegm. Lacon. . . . *Horat.* „ *Metiri ſe ſuo modulo ac pede* Lib. I. Epiſt. 7. — Hinc „ proverbium apud Latinos: *Tuo te pede metire.* Me- „ taphora harum locutionum deſumta eſt ab iis, *qui* „ *corporis ſui ſtaturam numero pedum metiuntur.* Qui „ itaque non longiorem ſe facit, quam revera eſt — „ ille proprie dicitur μετρεῖν ἑαυτὸν ἐν αὐτῷ. i. e. κατὰ „ τὸ μέτρον τῆς ἑαυτοῦ ἡλικίας. Qui vero ridicule inten- „ dit corporis ſui modum, ut major quam ſit, vi- „ deatur: qui cum ſit βραχύτερος, ὑπερανατείνεται, „ ἀκροποδητὶ ἐπεγείρων ἑαυτόν. i.e. *brevioris ſtaturae ſit,* „ *extendit ſe in ſummos pedes*, ut Lucian. *in Imag.* lo- „ quitur, is non poteſt dici μετρεῖν ἑαυτὸν ἐν ἑαυτῷ. „ &c. *J. F. R.*

37. Τάχα ὁ νῦν φαίης] Exigua mutatione legendum τάχα δὴ, & ſic jam dederunt interpretes. *J. M. G.* Verum quum οὖν jam ſit inventum, id facile admittet, ſpero, etſi in verſione nihil mutaverim, quae vel ſic tamen ſenſui Luciani ſatis reſpondet. *J. F. R.*

Ibid. Οὖν] Hoc pro vulgato ὁ νῦν, auctore L. Codice repoſuimus. *M. du S.*

38. Ἐς τὸ κάλλος] Ἐπαινεῖν ἐς τὸ κάλλος eſt *lauda-*

re

aut illud Caeleſtem Venerem, quod in Cnido fecit Praxiteles ante annos non ita multos. Sed vide ne parum deceat, talia de Diis ſentire, quorum veras imagines ſupra humanam imitationem eſſe poſitas, equidem arbitror.

μένον· ἢ τοῦτο τὴν Οὐρανίαν Ἀφροδίτην, ὃ ἐποίησε Πραξιτέλης ἐν Κνίδῳ, οὐ πάνυ πολλῶν ἐτῶν. ἀλλ᾽ ὅρα μὴ ἄσεμνον ᾖ, τὰ τοιαῦτα περὶ τῶν θεῶν δοξάζειν, ὧν τὰς τε ἀληθεῖς [e] εἰκόνας ἀνεφίκτους εἶναι ἀνθρωπίνῃ μιμήσει ἔγω γε ὑπολαμβάνω.

24. Si vero vel maxime illis ipſis *Deabus* ſimilem te dixiſſem, non meum iſtuc fuerit, neque primus ego iſtam viam ſecuerim; ſed multi ac boni poëtae, & maxime civis ille tuus Homerus, quem nunc etiam advocatum mihi excitabo, aut fieri non poteſt, quin ipſe mecum damnetur. Interrogabo igitur illum, potius vero te pro illo (meminiſti enim, in quo bene facis, venuſtiſſima quaevis illius carminum) quid de illo tibi videtur, cum de captiva dicit Briſeide, illam aureae Veneri ſimilem luxiſſe mortem Patrocli: tum paullo poſt, quaſi non ſatis foret, ſi ſoli ſimilis Veneri ſit,

Εἰ δὲ καὶ ὅ, τι μάλιστά [f] σε αὐταῖς ἐκείναις εἴκασα, οὐκ ἐμὸν τοῦτο, οὐδὲ ἐγὼ πρῶτος ταύτην ἐτεμόμην τὴν ὁδὸν, ἀλλὰ πολλοὶ καὶ ἀγαθοὶ ποιηταί· καὶ μάλιστα ὁ πολίτης ὁ σὸς Ὅμηρος, ὃν καὶ νῦν ἀναβιβάσομαι [g] συναγορεύσοντά μοι· ἢ οὐδεμία μηχανὴ, μὴ οὐχὶ καὶ αὐτὸν σὺν ἐμοὶ ἁλῶναι· ἐρήσομαι τοίνυν αὐτὸν, μᾶλλον δὲ σὲ ὑπὲρ αὐτοῦ (καὶ γὰρ διαμνημονεύεις, εὖ ποιοῦσα, τὰ χαριέστατα τῶν ἐρραψῳδημένων αὐτῷ) τί σοι ἐκεῖνο δοκεῖ, ὁπόταν περὶ τῆς αἰχμαλώτου λέγῃ τις Βρισηΐδος, ὅτι χρυσῇ Ἀφροδίτῃ ἰκέλη, ἐπένθει τὸν Πάτροκλον; εἶτα μετὰ μικρὸν, ὡς οὐχ ἱκανὸν εἰ μόνῃ τῇ Ἀφροδίτῃ ἐοικυῖα ἔσται·

Sic fatur, inquit, *lacrumans par ſanctis femina divis.*

Εἶπε δ᾽ ἄρα (φησὶ) κλαίουσα γυνὴ εἰκυῖα θεῇσιν.

Cum igitur dicit talia, odiſtine ipſum quoque, & abjicis librum, an das illi, ut libertate in laudando utatur? Verum etſi tu

ὁπόταν οὖν τοιαῦτα λέγῃ, μισεῖς κἀκεῖνον, καὶ ἀπορρίπτεις τὸ βιβλίον, ἢ δίδως αὐτῷ ἐλευθεριάζειν ἐν τῷ ἐπαίνῳ; ἀλλὰ κἂν σὺ μὴ

e Εἰκόνας] Εἰκώνας male *J.* Recte cett. & M. media brevi. *f* Σε] Reſtitut. ex W. Γε Edd. priores. *g* Συναγορεύσοντα] Συναγορεύσαντα *Fl.* male. Vulgatum tenent cett. & M.

re propter pulchritudinem, vel *pulchritudinis nomine.* Confer quae ſupra noto ad T. I. p. 580. ſ. *Piſcat.* c. 12. No. 22. ubi ἐπαινουμένη ἐς τὸ κάλλος, ἔχαιρε, recte in textu, comma vero male omiſſum in nota. Adde *L. Bos* Obſ. Crit. p. 50. ibi quoque laudatum. *J. F. R.*

42. Οὐ θεαῖς γε, ὦ βελτίστη, εἴκασα] Mendoſe. Scribe vel σε pro γε, vel εἴκασά σε. Voculam σὲ hic requiri, vix monitore eget; jamque de ſuo id ſupplevit Interpres. Eadem hac pag. idem commiſſum. Εἰ δὲ καὶ ὅτι (male quoque, ſaltem contra conſuetudinem, vulgo legitur ὅ, τι) μάλιστά γε αὐταῖς ἐκείναις εἴκασα. Et hic σὲ requiritur, ſive εἴκασά σε, ſive γε in σε mutatum malis. *J. J.*

Ibid. Γε] Recte puto Cl. *Jenſ.* conjeciſſe σὲ legendum. Etſi enim eo ſenſu tolerabilis eſt vulgata, quem Cl. *Geſn.* ei tribuit; tamen cum ſcribae in eadem particula γε, pro σε ſcribenda peccarint, ubi ad eadem verba reſpicitur, quid mirum, ſi & hic ſimiliter aberrarint? *J. F. R.*

44. Λίθου καὶ χαλκοῦ &c.] Conf. ſupra *de Imag.* c. 23. ceteraque Luciani loca ibi commonſtrata, ſi eſt operae. *J. F. R.*

49. Οὐρανίαν Ἀφροδίτην] De Venere Cnidia intelligo, de qua ſupra Ἐρωτ. c. 11. & Εἰκ. c. 4. non de marmorea, quae Athenis erat, Uraniae dicta ſtatua. *M. du S.*

50. Οὐ πάνυ πολλῶν] Πρὸ intelligitur. *F. G.*

Οὐ πάνυ πολλῶν ἐτῶν] Pompeji enim & Caeſaris aetate vixit Praxiteles. Sic autem in omnibus ſcriptum eſt. Ego vero οὐ π. πρὸ. π. ε. verum eſſe credo. *M. du S.*

55. Σε] W. In impreſſis omnibus prave legebatur γε ante αὐταῖς. *M. du S.*

66. Χρυσῇ Ἀφροδίτῃ] *Homer.* Il. T. 282. *M. du S.*

70. Εἶπε δ᾽ ἄρα] *Homer.* l. c. 286. *M. du S.*

75. Οὐδ᾽

μὴ δῷς, ὅγε τοσοῦτον αἰῶν δέδωκεν, οὐδ᾽ ἔστιν ὅστις αὐτὸν ἐπὶ τούτῳ ᾐτιάσατο, οὐδὲ ὁ μαστίξαι τολμήσας αὐτοῦ τὴν εἰκόνα, οὐδὲ ὁ τὰ νόθα ἐπισημηνάμενος τῶν ἐπῶν ἐν τῇ παραγραφῇ τῶν ὀβελῶν. εἶτα ἐκείνῳ μὲν ἐφεθήσεται, βάρβαρον γυναῖκα, καὶ ταῦτα, κλαίουσαν, τῇ χρυσῇ Ἀφροδίτῃ εἰκάσαι· ἐγὼ δ᾽, ἵνα μὴ τὸ κάλλος εἴπω, διότι μὴ ἀνέχῃ ἀκούουσα, οὐκ ἂν παραβάλλοιμι εἰκόσι θεῶν γυναῖκα Φαιδρὰν, καὶ μειδιῶσαν τὰ πολλὰ, ὅπερ θεοῖς ὅμοιον ἄνθρωποι ἔχουσιν.

Ἐπὶ μὲν [a] τοι τοῦ Ἀγαμέμνονος, ὅρα ὅσην αὐτὸς φειδὼ ἐποιήσατο τῶν θεῶν, καὶ ὡς ἐταμιεύσατο τὰς εἰκόνας ἐς τὸ σύμμετρον, ὡς ὄμματα μὲν, φησι, καὶ κεφαλὴν ἴκελον αὐτὸν εἶναι τῷ Διῒ, τῷ Ἄρεϊ δὲ τὴν ζώνην, στέρνον δὲ τῷ Ποσειδῶνι, διαιρῶν τὸν ἄνθρωπον κατὰ μέλη πρὸς τοσούτων θεῶν εἰκόνας· καὶ αὖ πάλιν, βροτολοιγῷ [b] Ἄρεϊ, φησὶν, ὅμοιον εἶναι, καὶ ἄλλον [c] ἄλλῳ, θεοειδῆ τὸν Φρύγα τὸν τοῦ Πριάμου, [d] θεοείκελον πολλάκις τὸν Πηλέως. ἀλλὰ ἐπάνειμι αὖθις ἐπὶ τὰ γυναικεῖα τῶν παραδειγμάτων· ἀκούεις γὰρ δήπου αὐτοῦ λέγοντος·

non dederis, tantum certe ævum illi dedit, nec eſt qui hoc illum nomine accuſaverit, neque iſte, qui flagellis caedere ſtatuam ipſius auſus eſt, neque qui obelis adſcribendis ſuppoſititios illius verſus notavit. Deinde huic licebit, barbaram mulierem, eamque plorantem aureae Veneri dicere ſimilem: ego vero, ne de pulchritudine dicam, quod audire non ſuſtines, non comparem ſtatuis Dearum mulierem laeti vultus & frequenter ſubridentem, quod Deorum ſimile habent homines.

25. Verum in Agamemnone vide, quam Diis ipſe pepercerit, & quam illorum imagines proportione quadam diſpenſarit, *qui oculis quidem & capite ſimilem eum dicat Jovi, quod ad balteum autem Marti, ac pectus Neptuno*, in ſua hominem membra dividens pro totidem Deorum imaginibus. Ac rurſus *homicidae Marti ſimilem* ait eſſe, & alium alii: *Dei ſpecie* Phrygem Priami, *Dei ſimilem* ſaepe *natum* Pelei. Sed redeo rurſus ad exempla muliebria. Audis enim ſane illum dicentem:

Dia-

a Τοι] Γε W. *b* Ἄρεϊ] Ἀρῆϊ *Hom.* At prius Edd. Luciani, & M. *c* Ἄλλῳ] Ἄλλως W. *d* Θεοείκελον] Καὶ θεοείκελον W.

76. Οὐδὲ ὁ μαστίξαι] Ὁμηρομάστιξ ὁ * Ζηνόδοτος ἐπεκλήθη, ὀβελίσας καὶ ἀθετήσας πολλὰ † τῶν Ὁμήρου ἐπῶν. V.

* Ζηνόδοτος] Reſtitutum ex C. Ζηνόδωρος enim Edit. *Cler.* † Τῶν] Τοῦ legebatur in editis. Mutavit *Solan.* cui obſecundavi, etſi non addidit unde habeat, quia res eſt parvi. *J.F.R.*

75. Οὐδ᾽ ἔστιν ὅστις αὐτὸν — ᾐτιάσατο] Zoilus Ariſtarchus. Quique notas ſpurias verſibus addiderat. Vide *Olearium* hunc locum inepte interpretantem Ed. novae *Philoſtrati* p. 649. *M.V. la Croze.*

76. Ὁ μαστίξαι] *Zoilus* hoc, non *Zenodotus*, deſignavit, quamquam Scholiaſtes hoc aliter tradit. Vid. *Galen.* Therap. I. c. 3. ubi idem de Zoilo narratur (p. m. 37.) Neque Cl. *Oleario* credas alium ſenſum comminiſcenti; qui a vero nimium quantum recedit praef. ad *Philoſtr.* Heroica p. 648. Verſus ſpurios obelis etiam notarant Zenodotus & Ariſtarchus, ipſo noſtro monente Ἱστ. β. c. 20. *M. du S.*

85. Ὅπερ θεοῖς] Φιλομειδὴς Ἀφροδίτη. *F.G.*

86. Ἀγαμέμνονος] Conf. ſupra Σύγγρ. c. 8. *M. du S.*

89. Ὄμματα &c.] *Homer.* Il. B. 478. *M. du S.*

93. Καὶ αὖ πάλιν &c.] Ego nomen Hectoris, aut alius cujusvis, excidiſſe hic puto. Vide *Homer.* Il. N. 802. *M.* 130. Λ. 295. Γ. 16. A. 131. *Odyſſ.* P. 37. *T.* 54. Z. 102. P. 51. *M. du S.*

8. Ἐξαληλίφθω] Vulgatam bene ſe habere vid. ap. Grammaticos; nam ἀλήλιμμαι, ἀλήλιπται fit praet. paſſ. ab ἀλείφω, & ἀπήλιπται ab ἀπολείφω, ne confundatur cum ἀπολείπω, ab quo ἀπελείφθη formatum legas aoriſtum *Navig.* c. 4. & ſexcenties alibi. Ignoſcat Lector puerilia haec proferenti, ad quae adigimur variante ſcriptura. *J.F.R.*

13. Τῶν βοῶν] Alludit ad frequentiſſimum Epithetum Junonis, βοῶπις. *M. du S.*

14. Ἕτερος] *Pindarus* haud dubie, quem ſupra Poëtam Thebanum vocavit *Εἰκ.* c. 8. ubi vide not. *M. du S.*

15. Ῥοδοδάκτυλον] *Hom.* Il. A. 477. &c. *M. du S.*

19. Τὰς

Dianae ſimilis, vel quae Venus aurea fertur, &

Qualis Diana in montibus errat.

26. Non ſolum autem ipſos homines Diis facit ſimiles, ſed Euphorbi etiam comam *Gratiis ſimilem* dixit, eamque infectam ſanguine. Atque in univerſum tot ſunt in hoc genere, ut nulla poëſeos pars ſit, quin divinis imaginibus exornetur. Itaque aut illa etiam deleantur, aut nobis quoque audere ſimilia conceſſum eſto. Adeo autem illa imaginum & ſimilitudinum ratio a cenſura libera eſt, ut Homerus Deas ipſas non dubitaverit laudare a deterioribus. Junonis enim *oculos* comparavit *bubulis:* alius autem aliquis *ſuperciliis violaceis* Venerem dixit: *roſeis* enim *digitis inſignem* quis eorum ignorat, qui vel pauxillum in Homeri poëmatibus verſati ſunt?

27. Quamquam, quae ad formam pertinent, adhuc moderatiora ſunt iis, ſi quis Deo ſimilis eſſe dicatur: verum ipſas appellationes Deorum quot *jam* imitati ſunt, Dionyſii, & Hephaeſtiones, & Zenones, & Poſidonii & Hermaei cognominati? Latona autem mulier quaedam fuit Evagorae

Ἀρτέμιδι ἰκέλη, ἠὲ χρυσῇ Ἀφροδίτῃ, καὶ,
Οἵη δ᾽ Ἄρτεμις εἶσι κατ᾽ οὔρεος·

Οὐ μόνον δὲ τοὺς ἀνθρώπους αὐτοὺς θεοῖς ἀπεικάζει, ἀλλὰ καὶ τὴν Εὐφόρβου κόμην ταῖς Χάρισιν ἀπείκασε, καὶ ταῦτα, αἵματι δεδευμένην. καὶ ὅλως, τοσαῦτά ἐστι τὰ τοιαῦτα, ὡς μηδὲν εἶναι τῆς ποιήσεως μέρος, ὃ μὴ ταῖς θείαις εἰκόσι διακεκόσμηται, ὥστε ἢ κἀκεῖνα [e] ἐξαληλίφθω, ἢ καὶ ἡμῖν τὰ ὅμοια τολμᾶν ἐφείσθω. οὕτω δὲ τὸ κατὰ τὰς εἰκόνας καὶ τὰς ὁμοιώσεις ἀνεύθυνόν ἐστιν, ὥστε Ὅμηρος καὶ τὰς θεὰς αὐτὰς οὐκ ὤκνησεν ἀπὸ τῶν ἐλαττόνων ἐπαινέσαι. τοὺς γοῦν τῆς Ἥρας ὀφθαλμοὺς, τοῖς τῶν βοῶν εἴκασεν. ἕτερος δέ τις ἰοβλέφαρον τὴν Ἀφροδίτην ἔφη, τὴν μὲν γὰρ ῥοδοδάκτυλόν τις ἀγνοεῖ, τῶν κἂν ἐπ᾽ ἐλάχιστον τῇ Ὁμήρου ποιήσει ὡμιληκότων;

Καίτοι τὰ μὲν τῆς μορφῆς ἔτι μετριώτερα, εἴ τις θεῷ ἐοικέναι λέγηται· ἀλλὰ τὰς προσηγορίας αὐτὰς πόσοι ἐμιμήσαντο τὰς τῶν θεῶν, Διονύσιοι, καὶ Ἡφαιστίωνες, καὶ Ζήνωνες, καὶ Ποσειδώνιοι, καὶ [f] Ἑρμαῖοι προσαγορευόμενοι; Λητὼ δὲ, γυνή τις ἐγένετο Εὐαγόρου

e Ἐξαληλίφθω] Sic *J. Fl. H. P.* &c. Ἐξαληλείφθω W. f Ἑρμαῖοι] Sic Edd. omnes. Ἑρμαῖ W

19. Τὰς προσηγορίας] Inſignis ea de re *Clementis Alex.* locus eſt p. 22. A. *Οἱ βασιλεῖς οἱ παλαιοὶ καταφρονοῦντες τῶν μύθων τούτων, ἀνέδην διὰ τὸ ἐξ ἀνθρώπων ἀκίνδυνον σφᾶς αὐτοὺς θεοὺς ἀνηγόρευον, ταύτῃ κἀκείνους διὰ τὴν δόξαν ἀπηθανατίσθαι διδάσκοντες. Κηΰξ μὲν Αἰόλου ΖΕΥΣ ὑπὸ τῆς Ἀλκυόνης τῆς γυναικός. Ἀλκυόνη δὲ αὖθις ὑπὸ τοῦ ἀνδρὸς Ἥρα προσαγορευομένη. Πτολεμαῖος δὲ ὁ τέταρτος ΔΙΟΝΥΣΟΣ ἐκαλεῖτο. καὶ Μιθριδάτης ὁ Ποντικὸς ΔΙΟΝΥΣΟΣ καὶ αὐτός. ἐβούλετο δὲ καὶ Ἀλέξανδρος Ἄμμωνος υἱὸς εἶναι δοκεῖν, καὶ κερασφόρος ἀναπλάττεσθαι πρὸς τῶν ἀγαλματοποιῶν, τὸ καλὸν ἀνθρώπου ὑβρίσαι σπεύδων κέρατι. καὶ οὔτι γε βασιλεῖς μόνον, ἀλλὰ καὶ ἰδιῶται θείαις προσηγορίαις σφᾶς αὐτοὺς ἐσέμνυνον.* Deinde recenſet Menecratem *Jovis*, Alexarchum *Solis*, Nicagoram *Mercurii*, nomina & partes aſſumentes, & quos gentes ut Deos coluerunt vivos, Philippum Macedona, Demetrium *Deum*. Menander de Rege *εἰκὼν δὲ βασιλεύς ἐστιν ἔμψυχος θεοῦ.* *M. du S.*

21. Διονύσιοι καὶ Ἡφαιστίωνες] Pendebam animi aliquando, eſſent ne haec nomina Latine convertenda ipſa quoque, ut eorum vim ſcilicet lector Graecorum rudis aſſequatur. Sed cum id genus lectoribus pereat eadem hiſtoria nominum, ut *Bachium* non cogitent tyrannum utrumque Syracuſanum, *Vulcanium* non amicum Alexandri, *Jovianos* non Eleatem illum, & alterum Stoicae ſectae principem, &c. ſed quosvis alios: melius videtur relinquere Graeca ſuſpicioni & inquiſitioni eorum, qui primo conſpectu eorum poſſent origines ignorare. *J. M. G.*

22. Ἑρμαῖοι] Reliqua nomina ſatis nota: hoc an reperiatur, neſcio. *Hermeas* quidem multos, Hermaeum nullum legere me memini. In W. Ἑρμαῖ, quod minime probo, quia nondum eos recenſet, qui ipſa Deorum nomina, ſed eos tantum, qui paululum mutata aſſumſiſſent. Ego itaque Ἑρμείαι legendum cenſeo. *M. du S.*

23. Εὐαγόρου] Vide an apud *Diodorum Siculum*, qui multa de hoc Rege narrat, de uxore aliquid etiam reperiatur? *M. du S.*

γόρου τοῦ [a] Κυπρίων βασιλέως, καὶ ὅμως οὐκ ἠγανάκτησεν ἡ θεὸς, δυναμένη λίθον αὐτὴν ὥσπερ τὴν Νιόβην ἀπεργάσασθαι. ἐῶ γὰρ τοὺς Αἰγυπτίους, οἵπερ καὶ δεισιδαιμονέστατοί εἰσι πάντων, ὅμως τοῖς θείοις ὀνόμασιν εἰς κόρον ἐπιχρωμένους. σχεδὸν γοῦν τὰ πλεῖστα αὐτοῖς ἐξ οὐρανοῦ ἐστιν.

Ὥστε οὐ πρόσγε σοῦ τὸ τοιοῦτον, ψοφοδεῶς διακεῖσθαι πρὸς τὸν ἔπαινον. εἰ γάρ τι ἐν τῷ συγγράμματι πεπλημμέληται ἐς τὸ θεῖον, σὺ μὲν ἀνεύθυνος αὐτοῦ, ἐκτὸς εἰ μή τινα νομίζεις ἀκροάσεως εὐθύνην εἶναι, ἐμὲ δὲ ἀμυνοῦνται οἱ θεοὶ, ἐπειδὰν πρὸ ἐμοῦ τὸν Ὅμηρον καὶ τοὺς ἄλλους ποιητὰς ἀμύνωνται. ἀλλ' οὐδέπω οὐδὲ τὸν ἄριστον [b] τῶν Φιλοσόφων ἠμύναντο, εἰκόνα θεοῦ τὸν ἄνθρωπον εἰπόντα εἶναι. Πολλὰ ἔτι ἔχων πρὸς σὲ εἰπεῖν, Πολυστράτου ἕνεκα τούτου παύσομαι, ἵνα καὶ ἀπομνημονεῦσαι δυνηθῇ τὰ εἰρημένα.

ΠΟΛ. Οὐκ οἶδα, εἴ μοι τοῦτο δυνατὸν ἔτι, ὦ Λυκῖνε· μακρὰ γὰρ εἴρηταί σοι καὶ ταῦτα καὶ ὑπὲρ τὸ ὕδωρ τὸ [c] ἐγχυνόμενον· πειράσομαι δ' ὅμως ἐπιμνησθῆναι αὐτῶν. καὶ

Cypriorum regis: & tamen non indignata eſt Dea, cum poſſet illam, Niobes inſtar, lapidem facere. Omitto enim Aegyptios, qui quidem omnium ſunt ſuperſtitioſiſſimi, tamen divinis nominibus ad ſatietatem abutentes. Fere enim pleraque apud illos de caelo ſunt.

28. Itaque tuum non eſt, meticuloſe adeo affectam eſſe ad laudes. Si quid enim in ſcripto adverſus numen peccatum ſit, tu quidem rea minime illius es: niſi quam putas etiam auditionis poenam eſſe. Me vero tum Dii punient, cum ante me Homerum & alios poëtas ulti fuerint. At illi nondum nec optimum philoſophorum ulti ſunt, qui Dei imaginem eſſe dixit hominem. Multa adhuc ad te dicenda cum habeam, Polyſtrati hujus cauſſa deſinam, ut meminiſſe poſſit dictorum.

29. POL. Neſcio ſi adhuc poſſim hoc, Lycine, Longa enim a te habita eſt oratio, idque ultra infuſam tibi aquam. Studebo tamen illorum meminiſſe, & ut vides jam

ad

a Κυπρίων] Κυπρίου P. ſola. Et mox αὐτῷ pro αὐτοῦ. b Τῶν] Deerat artic. in Edd. additus nunc ex Coll. & M. c Ἐγχωννόμενον] Reſtitutum ab *Solano*. Ἐκχυν. Edd. priores. Ἐκχεόμενον V2.

38. Ἄριστον τῶν φιλοσ.] Τὸν Πλάτωνα δηλονότι. G.

27. Αἰγυπτίους] Vide *Spanh.* 431. 434. *M. du S.*

38. Ἄριστον τῶν φιλοσόφων] Vide *Platonem* Alcib. II. p. 46. E. quamquam ibi quidem non diſerte dicitur *Imago*; & de Rep. VI. p. m. 431. B. Adde *Lactant.* II. 10. (mihi II. p. 150.) Τῶν autem inſerui, quod habent Coll. & M. *Sanctum* eſſe in *Minoë* Ed. *Baſ.* p. 509. B. C. Tribuitur tamen hoc Diogeni apud *Diog. Laërt.* 150. A. *M. du S.*

Τὸν ἄριστον φιλοσόφων] Platonem ita ſignari, vix eſt dubium. Atque apud illum eſſe, quae huc referri poſſunt, conſtat V. G. de rep. 6. p. 476. A. ubi probat illud Homericum θεοειδές τε καὶ θεοείκελον. κ. τ. λ. Sed ipſa tamen haec verba nondum invenire potui, nec apud ipſum, nec apud quemquam, qui concordiam rationis & fidei teſtimoniis philoſophorum demonſtrarunt, *Auguſtinum Steuchum* dico, *Voſſium*, *Huetium*, *Pfannerum*. *J. M. G.*

Τὸν ἄριστον τῶν φιλοσόφων — εἰκόνα τὸν ἀνθρ.] *Diog Laërt.* c. 51. *Grotius* in Geneſ. c. 1. *M. V. la Croze.*

Τὸν ἄριστον τῶν φιλοσόφων] Non ſic invenies locum *Diog. Laërt.* ab Cl. *La Croze* indicatum. Quare adi illius L. VI. Segm. 51. p. 340. T. I. Edit. *Amſt.* ubi de Diogene Cynico ait: Τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας θεῶν ἔλεγε εἰκόνας εἶναι· τὸν ἔρωτα, σχολαζόντων ἀσχολίαν. *J. F. R.*

45. Ἐγχυνόμενον] Vide not. ad c. 15. Prave hic etiam legebatur ἐκχ. *M. du S.*

47. Ἀποσοβῶ παρ' αὐτὴν] *Th. Magiſt.* h. v. haec Luciani profert, ut hic leguntur, item alia quibus demonſtret ἀποσοβῶ non ſolum eſſε ἀποδιώκω, verum & σεσοβημένως καὶ θαῤῥαλέως ἀπέρχομαι. Adde Noſtrum infra *Navig.* c. 4. ἀποσοβοῦντα ἐς τὸ ἄστυ. De περισοβεῖν autem de quo *Thom.* ibid. agit, videbimus in *Lapith.* Hoc loco ἀποσοβῶ παρ' αὐτὴν, *deferam ad illam*, verterat *Obſop.* *Deferre propero Benedict* male uterque. Eſt enim *abibo*, vel *abeo*, *propero ad illam*, *Alciphr.* I. ep. 34. p. 142. Εἰς τὴν Ἀκαδημίαν σοβεῖς, ubi *Bergl.* „ σοβεῖν de inſolenti, faſtuoſo & concitatiore inceſſu, „ cum jactatione quadam corporis. Exempla anno-

„ ta-

ad illam abire feſtino, obturatis auribus, ut ne quid incidens aliud ordinem illorum confundat, ac deinde accidat mihi, ut exſibiler a ſpectatoribus. LYC. Ipſi tibi curae erit, Polyſtrate, ut optime agas. Ego vero quandoquidem ſemel perſonam tibi tradidi, nunc ſtatim diſcedam. Cum vero ſententias renuntiabunt judicum, tum jam ipſe quoque adero, viſurus quis certaminis exitus futurus ſit.

ὡς ὁρᾷς, ἤδη ἀποσοβῶ παρ' αὐτὴν, ἐπιβυσάμενος τὰ ὦτα, ὡς μή τι παρεμπεσὸν ἄλλο συγχέῃ τὴν τάξιν αὐτῶν, εἶτά μοι συρίττεσθαι συμβῇ πρὸς τῶν θεατῶν. ΛΥΚ. Αὐτῷ σοὶ μελήσει, ὦ Πολύστρατε, ὅπως ἄριστα ὑποκρίνῃ· ἐγὼ δὲ, ἐπείπερ ἅπαξ σοι τὸ δρᾶμα παραδέδωκα, νῦν μὲν ἐκ ποδῶν ἀποστήσομαι· ὁπόταν δὲ τὰς ψήφους ἀνακηρύττωσι τῶν κριτῶν, τότε ἤδη καὶ αὐτὸς παρέσομαι, ὀψόμενος ὁποῖόν τι τὸ τέλος τοῦ ἀγῶνος ἔσται.

TOXARIS SEU AMICITIA.

MNESIPPUS ET TOXARIS.

MNESIP.

An' tu, Toxari, ſacra facitis Oreſti ac Pyladi vos Scythae, & Deos eſſe illos, creditis? TOX. Sacra facimus,

ΤΟΞΑΡΙΣ, Η ΦΙΛΙΑ.

ΜΝΗΣΙΠΠΟΣ ΚΑΙ ΤΟΞΑΡΙΣ.

ΜΝΗΣΙΠ.

1 ΤΙ φῂς, ὦ Τόξαρι; θύετε Ὀρέστῃ καὶ Πυλάδῃ ὑμεῖς οἱ Σκύθαι, καὶ θεοὺς εἶναι πεπιστεύκατε αὐτούς; ΤΟΞ. Θύομεν,

ὦ

„ tavit *H. Steph.* in Theſ. interdum ſimpliciter *propero*. Lucian. *pro Imag.* fin. &c.". (non *in Imag.* ut ibi editum.) Addo eumd. *Alciphr.* III. 51. p. 392. Ἀλλ' ἕτοιμος ἐνθένδε ἀποσοβεῖν, καὶ σπεύδειν ὡς ἡμᾶς. *J. F. R.*

54. Ἐκ ποδῶν] Lege ἐκποδῶν. *F. G.* Et ſic *Stephanus* in Theſ. ſcribi jubet, quando *è veſtigio*, *ſtatim*, ſignificat. Sed in *Suid.* Ed. *Hagen.* Lit. E. Ἐκ ποδῶν quoque ſcribitur, & ἐκποδῶν uno verbo (prius autem ibi errorem tantum typograph. eſſe, ex ſequentibus adparet) ait autem. Ἐκ ποδῶν τὸ πρὸς ὀλίγον χρόνον ὑποστείλασθαι. Ἀριστοφάνης· Οὗτός ἐστιν ὃν ζητοῦμεν. Ἀλλὰ δεῦρο πᾶς ἐκποδῶν. Καὶ αὖθις· Ἀργεῖοι δὲ Θηβαῖοι ἐκποδῶν ἔστησαν. Καὶ παροιμία· ἀνδρὸς κακῶς πράσσοντος ἐκποδῶν φίλοι. Ἐκποδῶν γενέσθαι, φυγεῖν. ἢ ἐξαλείφεσθαι. ἢ ἐκ τοῦ μέσου γενέσθαι. Si adverbii more junctim ſcribas, ἐκποδῶν cum *Guieto* ac *Stephano* praeferrem; ſed nihil hic ſuadet, ut exponamus *illico*, *e veſtigio*, verum *e medio*, *e conſpectu* ſenſus poſtulat; ideoque vulgatam minime mutandam arbitror. Nam & Noſter alibi; ἀλλ' ὑμεῖς μὲν ἐκ ποδῶν, notante Fratre *G. O. Reitzio*, in Belg. Graeciſſ. qui locus eſt ex *Reviv.* c. 32. Addamus alia, ut *Amor.* c. 5. ubi ἐκ ποδῶν *ſtatim* eſt, & *Toxar.* c. 9. f. αὐτίκα μάλα ὥσπερ τὰ ὀνείρατα οἴχονται ὑμῖν ἐκ ποδῶν ἀποπτάμεναι, ubi iterum diſcretim recte ſcribitur. Nec ibi *confeſtim* ſignificare, patet, quia id per αὐτίκα μάλα enuntiatur. Sed pro arbitrio ſcribentis videtur modo ſic, modo aliter exaratum; nam viciſſim ἐκποδῶν ἄπιθι ſcriptum ſine varietate video deinde, in *Pſeudolog.* c. 4. poſt med. Ac tamen Latine ab *Micyllo* converſum, *abi è medio*. Et in *Eurip.* Hecub. 52. ἐκποδὼν χωρήσομαι junctim exaratum vertitur: *procul abibo*. Immo nihil intereſt, utrumque eſt ejusdem originis, ſi non prorſus idem; nam ut in ſingulari ἐκ ποδὸς διώκειν nulla eſt controverſia, quid obſtat quin ἐκ ποδῶν ſimili ratione ſcribamus ſemper, quum illa conjungendi aut dirimendi mutandique accentus ratio ſit inventio poſterioris aevi? Interim relinquamus hujusmodi orthographiam, qualem ſuis locis invenimus. *J. F. R.*

ΤΟΞΑΡΙΣ] De vero Toxari in *Scytha* multa. Vide cap. 1. Hic autem fictus Toxaris Romanorum Imperatorum aetate vixiſſe ponitur. Quamquam alicubi etiam ad veterem reſpexiſſe patet, ut c. 57. Vid. *Schott.* Obſ. p. 138. *M. du S.*

2. Ὑμεῖς οἱ Σκύθαι] Qui oram inter Tanaim & Phaſim accolunt, nunc Cercaſſii dicti, eos nonnulli Ziccos eſſe volunt. *G. C.*

5. Ἀλ-

ὦ Μνήσιππε, θύομεν· οὐ μὴν θεούς γε οἰόμενοι εἶναι, ἀλλὰ ἄνδρας ἀγαθούς. ΜΝΗΣ. Νόμος δὲ ὑμῖν καὶ ἀνδράσιν ἀγαθοῖς ἀποθανοῦσι θύειν ὥσπερ θεοῖς; ΤΟΞ. Οὐ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἑορταῖς καὶ πανηγύρεσι τιμῶμεν αὐτούς. ΜΝΗΣ. Τί θηρώμενοι παρ' αὐτῶν; οὐ γὰρ δὴ ἐπ' εὐμενείᾳ θύετε αὐτοῖς, νεκροῖς γε οὖσιν. ΤΟΞ. Οὐ χεῖρον μὲν ἴσως, εἰ καὶ οἱ νεκροὶ ἡμῖν εὐμενεῖς εἶεν· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ πρὸς τοὺς ζῶντας ἄμεινον οἰόμεθα πράξειν, μεμνημένοι τῶν ἀρίστων, καὶ [a] τιμῶντες ἀποθανόντας. ἡγούμεθα γὰρ οὕτως ἂν ἡμῖν πολλοὺς ὁμοίους αὐτοῖς ἐθελῆσαι γενέσθαι.

Mneſippe, ſacra facimus: verum non quo Deos arbitremur eſſe, ſed viros bonos. MNES. Lex autem apud vos viris etiam bonis poſt mortem ſacrificare tanquam Diis? TOX. Non *hoc* modo, ſed diebus feſtis etiam celebritatibusque illos honoramus. MNES. Quid inde venantes? Neque enim ſane, ut propitii vobis ſint, ſacrificatis illis, utpote mortuis. TOX. Fortaſſe neque iſtuc male, ſi mortui etiam ſint nobis propitii. Veruntamen etiam viventium ratione melius nos arbitramur facturos, ſi memoriam virorum praeſtantiſſimorum uſurpemus, mortuos etiam honore proſequentes; putamus enim, ſic futurum, ut plures nobis illorum ſimiles velint fieri.

2. MNES.

a Τιμῶντες ἀποθ.] Τιμῶμεν Edd. omn. male. Τιμώμενοι *Jenſ.* At reſtituta lectio eſt in *Coll.*

5. Ἀλλὰ ἄνδρας] Ἀλλὰ ſeq. vocali, etiam α. ſine apoſtropho ap. Noſtrum fere ubique, rariſſime cum eo. Forſan ne confundatur cum adjectivo ἄλλα. Confer παρ' αὐτοῦ deinde c. 32. ubi plura damus. *J.F.R.*

12. Ἀλλὰ καὶ πρὸς τοὺς ζῶντας ἄμεινον οἰόμεθα πράξειν] Etiam in hac editione video admiſſum ineptiſſimum in verſione errorem, quem a prioribus acceperunt, *iis qua in vita ſunt*, quum & res ipſa & Graeca poſtulent maſculinum. *J.G.*

13. Πρὸς τοὺς ζῶντας] Eraſmus tamen recte: *his qui in vita ſunt*. In *Bened.* itaque verſione illud *quae* vitium tantum typographicum eſt, ἀδύνατον enim arbitror, id eum per ignorantiam aut oſcitantiam ſic vertiſſe. *J.F.R.*

14. Καὶ τιμῶμεν ἀποθανόντας] Samoſatenſis noſter peculiari libello conſcripturus eminentiſſima quaedam fidae amicitiae exempla, inducit Toxarin & Mneſippum, hunc ex Graecis, illum ex Scythis, quorumdam, qui in ſe ſummae fidei & nulla calamitatum violentia infracti amicitiae vinculi documenta dederunt, hiſtoriam texentes. Mneſippo itaque miranti, quod apud Scythas Pyladi & Oreſti ſacra fierent, quum ab iis, utpote mortuis, nihil utilitatis humano generi poſſet accedere, reſpondet inter alia Toxaris, Scythas ita exiſtimare, ſe recte & ordine facere, qui virorum praeſtantium memoriam colant, quo magis viventes ſe ad magna erigant, ubi videant, etiam poſt mortem manere bene factorum praemia. Graeca verba quaedam labes inſidet emaculanda. Ait, §. 1. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ πρὸς τοὺς ζῶντας ἄμεινον οἰόμεθα πράξειν, μεμνημένοι τῶν ἀρίστων. καὶ τιμῶμεν ἀποθανόντας. Sed legendum (idque nemini non perſpicuum eſt) μεμνημένοι τῶν ἀρίστων, καὶ τιμώμενοι ἀποθανόντας. *Quin putamus nos id melius quoque iis, qui in vita ſunt*, (πρὸς τοὺς ζῶντας, oſcitabundus Interpres verterat, *iis quae in vita ſunt.* quem errorem jam caſtigavit Cl. *Gronovius*) *facturos, ſi optimorum memores ſimus, & honore proſequamur mortuos.* Apprime huic Scytharum inſtituto, claris viris & Deis juxta honorem habentium, convenit, quod de Octavio Auguſto, proximum Diis immortalibus honorem memoriae ducum praeſtante, qui imperium populi R. ex minimo maximum feciſſent, memorat *Suetonius* cap. 31. eum *nempe ſtatuas omnium* eorum ducum *triumphali effigie in utraque fori ſui porticu dedicaſſe; edicto profeſſum, commentum id ſe, ut illorum velut ad exemplar & ipſe, dum viveret, & inſequentium aetatum principes erigerentur a civibus.*

Mneſippo itaque & Toxaride, ſingulis ex ſua gente relaturis quosdam fideliſſima amicitia memorabiles, & inter ſe exemplis nobilibus quaſi certaturis, rogat Mneſippus, utrum in exemplorum multitudine, an in excellentia conſtitura ſit victoria. Reſpondet Toxaris c. 11. m. ſe potius velle, ut exemplorum dignitas ſpectetur. καὶ εἰ τομώτεραι (pergit) φαίνονται αἱ σαὶ [φιλίαι] τῶν ἐμῶν. ἴσαι τὸν ἀριθμὸν οὖσαι, καιριώτερα δηλονότι ἐργάσονταί μοι τὰ τραύματα, καὶ θᾶττον ἐνδώσω πρὸς τὰς πληγάς. Reddit Interpres, *ut ſi tuae meis acutiores appareant, quamvis numero ſint pares, magis lethalia vulnera infligant, quarum ictibus memet ocyus dabo.* Inſcita & a mente Auctoris aliena verſio. Verte, *Et ſi tuae* (amicitiae) *meis videantur acutiores, ſi pares etiam numero ſint, haud dubie magis lethalia mihi infligent vulnera, & ad illos ictus citius inclinabo ac cedam.* Non videtur intellexiſſe hoc in loco Interpres, quid ſit ἐνδιδόναι, ubi de pugnis & certaminibus ſermo eſt. Ενδιδόναι videlicet dicitur acies, quae inclinatur, & retrolabitur. Noſter in eodem hoc libello c. 54. p. m. Γενομένης δὲ ἐπιπολὺ μάχης καρτερᾶς,

ἐνε-

2. MNES. Recte iſta ſtatuitis. Sed quo in primis nomine admirati Oreſten ac Pyladen honore Diis aequaſtis, idque, apud vos advenae cum eſſent; & quod maximum, hoſtes? qui quidem, cum illos naufragio ejectos, qui tum erant Scythae, comprehenſos abduxiſſent, immolandosque Dianae, inſidiati carceris cuſtodibus, ſuperatoque praeſidio, & regem interfecerint, & adſcita ſibi ſacerdote, quin ipſa derepta Diana, navigio, deriſa communi Scytharum lege, evaſerint. Itaque propter iſta ſi honoratis illos viros, fieri non poteſt, quin

ΜΝΗΣ. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὀρθῶς γινώσκετε. Ὀρέστην δὲ καὶ Πυλάδην, τίνος μάλιστα θαυμάσαντες ἰσοθέους [b] ἐποιήσασθε, καὶ ταῦτα, ἐπήλυδας ὑμῖν ὄντας, ἢ τὸ μέγιστον, πολεμίους; οἵγε, ἐπεὶ σφᾶς ναυαγίᾳ περιπεσόντας οἱ τότε Σκύθαι συλλαβόντες ἀπῆγον, ὡς τῇ Ἀρτέμιδι καταθύσοντες, ἐπιθέμενοι τοῖς δεσμοφύλαξι, καὶ τῆς φρουρᾶς ἐπικρατήσαντες, τόν τε βασιλέα κτείνουσι, καὶ τὴν ἱέρειαν παραλαβόντες, ἀλλὰ καὶ τὴν Ἄρτεμιν αὐτὴν ἀποσυλήσαντες, ᾤχοντο ἀποπλέοντες, καταγελάσαντες τοῦ κοινοῦ τῶν Σκυθῶν [c] νόμου. ὥστε εἰ διὰ ταῦτα τιμᾶτε τοὺς ἄνδρας, οὐκ ἂν φθάνοιτε πολ-

[b Ἐποιήσασθε] Ἐποιήσατε Ex. Fl. Nihil mut. Edd. nec P. c Νόμου] Deeſt in Fl.

30. Οὐκ ἂν * φθάνοιτε] Ἀντὶ τοῦ, τάχιστα ἂν πάντας ἐπὶ τὰ ὅμοια παρακαλέσητε. V.

* Φθάνοιτε] Φθάνητε Ed. Cler. quod mutavimus, ut Lucianeo textui congrueret. J. F. R.

ἐνεδίδου ἤδη τὰ ἡμέτερα, καὶ παρερρήγνυτο ἡ φάλαγξ· ubi aliquanto melius Interpres, *Noſtri terga dabant*; quamquam id non prorſus eſt *terga dare*. *Plutarchus* in Romulo, Ενέδωκαν οἱ Ῥωμαῖοι, καὶ φυγῇ πρὸς τὸ Παλάτιον ἐχώρουν ἐξωθούμενοι τῶν ἐπιπέδων. Sic ventus, flatum remittens, dicitur ἐνδιδόναι ab Noſtro in 2. *Vera Hiſt.* hoc Tom. II. c. 29. f. Μαλακῶς ἐνδιδόντος τοῦ πνεύματος, καὶ συνιζάνοντος. At contra ἐπιδιδόναι dicitur ventus, ubi increbeſcit. *Laxare fraenum* Graecis quoque dicitur χαλινὸν ἐνδιδόναι. Noſter in *Deorum Dial.* pag. 182. δεῖ συνέχειν ἀνάγκη τὸν χαλινόν. εἰ γὰρ ἐνδοίη τις, ἀφηνιάζουσιν εὐθὺς, ἵπποι ſcilicet. Similiter ἐνδοῦναι πόδα, quae phraſis eſt nautica, uſurpat Lucianus in *Contemplant.* c. 3. pr. pro remittere funem, quo remiſſo, velum a latere navis recedit, & minori violentia in velum irruit ventus. Verba Luciani ſunt, Ὁπόταν γὰρ τὸ πνεῦμα καταιγίσαν πλαγίᾳ τῇ ὀθόνῃ ἐμπέσῃ, καὶ τὸ κῦμα ὑψηλὸν ἀρθῇ, τότε ὑμεῖς μὲν ὑπ' ἀνοίας κελεύετε τὴν ὀθόνην στεῖλαι, ἢ ἐνδοῦναι ὀλίγον τοῦ ποδὸς, ἢ συνεκδραμεῖν τῷ πνεύματι. Belgae dicimus, den ſchoot uitlaten. Quod hic vocat Noſter συνεκδραμεῖν τῷ πνεύματι, id eodem prorſus modo Belgae met den wind uitlopen. *J. J.*

Καὶ τιμῶμεν ἀποθανόντ.] Nondum poſſum accedere *Jenſianae* emendationi; cum nondum mihi conſtet, τιμᾶσθαι media vel paſſiva terminatione ſignificare poſſe ſimpliciter honorare; & nihil hic ſit in oratione Scythae, quod non optime cohaereat: ἄμεινον οἰόμεθα — μεμνημένοι — καὶ τιμῶμεν — ἡγούμεθα γάρ. Si τιμῶντες inveniatur in libro antiquo, illud vero arripiam. *J. M. G.*

Καὶ τιμῶμεν ἀποθ.] Recte divinavit *Geſn.* τιμῶντες alicubi inveniri poſſe. Quare laudabit factum, quod ad id etiam verſionem nunc adcommodaverim. *J. F. R.*

Ibid. Τιμῶντες] Ita *Coll. Gall.* optime. Antea legebatur τιμῶμεν. Cl. *Jenſius* mutandum ſenſit. *M. du S.*

28. Ἀποπλέοντες, καταγελάσαντες] Duo participia ſine copula habuimus etiam ſupra hoc Tom. *Alex.* c. 19. ἐκπεσὼν τῆς οἰκίας, εἰς τὴν Κιλικίαν ἀφικόμενος. Ubi addidi ſimilem conſtructionem videri poſſe in *Euang. Luc.* c. V. 25. & 28. Item *Alciphr.* I. 4. p. 20. Jam aliquanto plura additurus ipſa auctorum verba etiam ſubjungam. Ait enim Euangeliſta: Καὶ παραχρῆμα ἀναστὰς ἐνώπιον αὐτῶν, ἄρας ἐφ' ᾧ κατέκειτο, ἀπῆλθεν. Ac deinde; Καὶ καταλιπὼν ἅπαντα, ἀναστὰς ἠκολούθησεν αὐτῷ. *Alciphr.* autem l. c. Τί δὴ οὖν παθοῦσα, ὦ γύναι, τὴν ἀκτὴν ἀπολιποῦσα — ἄστυδε θαμίζεις; adde *Euang. Marc.* VIII. 23. Καὶ πτύσας εἰς τὰ ὄμματα αὐτοῦ, ἐπιθεὶς τὰς χεῖρας αὐτῷ, ἐπηρώτα αὐτόν. Ibid. X. 16. Καὶ ἐναγκαλισάμενος αὐτὰ, τιθεὶς τὰς χεῖρας ἐπ' αὐτὰ, ηὐλόγει αὐτά. Ibid. VI. 54. 55. — εὐθέως ἐπιγνόντες αὐτὸν, Περιδραμόντες ὅλην τὴν περίχωρον ἐκείνην, ἤρξαντο &c. Addo Lucian. T. I. *Somn.* §. 2. ἀγανακτήσας, σκυτάλην λαβὼν — μου κατήρξατο. Infra *Aſin.* c. 37. ἀπορρίψαντες, τὴν κεφαλὴν ἑλίσσοντες. Vel tria denique jungit *Alciphr.* III. ep. 43. pr. ξυράμενοι τὰς κεφαλὰς — λουσάμενοι εἰς τὸ Σηραγγείῳ βαλανεῖον — δρόμον ἀφέντες, εἰς τὸ προάστειον — ᾠχόμεθα. Intricatius paullo Idem III. Ep. 7. pr. Ἀκεσίλαος ὁ ἰατρὸς ἡμιθνῆτα, μᾶλλον δὲ αὐτονεκρὸν θεασάμενος, ἕνα τῶν κάτω, μαθηταῖς ἐπιτάττων, φοράδην ἀνελὼν, ἤγαγεν ὡς ἑαυτὸν οἴκαδε. Quod ſic in omnibus ſuis Codd. inveniri teſtatur *Bergl.* qui tamen ἐπέταττεν, καὶ ἤγαγεν legendum exiſtimat. Sed vide anne ex ſuperioribus vulgata ſe tueri poſſit. *J. F. R.*

30. Οὐκ ἂν φθάνοιτε] Conf. ſupra notata ad T. I. *Vit.*

πολλοὺς ὁμοίους αὐτοῖς ἐξεργασάμενοι. καὶ τοὐντεῦθεν αὐτοὶ ἤδη πρὸς τὰ παλαιὰ σκοπεῖτε, εἰ καλῶς ἔχει ὑμῖν πολλοὺς εἰς τὴν Σκυθίαν Ὀρέστας καὶ Πυλάδας καταίρειν. ἐμοὶ μὲν γὰρ δοκεῖτε τάχιστα ἂν οὕτως ἀσεβεῖς αὐτοὶ καὶ ἄθεοι γενέσθαι, τῶν περιλοίπων θεῶν τὸν αὐτὸν τρόπον ὑμῖν ἐκ τῆς χώρας ἀποξενωθέντων· εἶτ', οἶμαι, ἀντὶ τῶν θεῶν ἁπάντων, τοὺς ἐπ' ἐξαγωγῇ αὐτῶν ἥκοντας ἄνδρας ἐκθειάσετε· καὶ ἱεροσύλοις ὑμῶν [a] οὖσι θύσετε ὡς θεοῖς.

Εἰ γὰρ μὴ ἀντὶ τούτων Ὀρέστην καὶ Πυλάδην τιμᾶτε, ἀλλ' εἴπερ τι ἄλλο, ὦ Τόξαρι, ἀγαθὸν ὑμᾶς εἰργάσαντο, ἀνθ' ὅτου πάλαι οὐ θεοὺς εἶναι δικαιώσαντες αὐτοὺς, νῦν τὸ ἔμπαλιν θύσαντες αὐτοῖς, θεοὺς εἶναι νενομίκατε, καὶ ἱερείοις ὀλίγου δεῖν τότε γενομένοις ἱερεῖα νῦν προσάγετε; γελοῖα γὰρ ἂν ταῦτα δόξειε, καὶ ὑπεναντία τοῖς πάλαι. ΤΟΞ. Καὶ ταῦτα μὲν, ὦ Μνήσιππε, γενναῖα τῶν ἀνδρῶν ἐκείνων, ἃ κατέλεξας. τὸ γὰρ, δύο ὄντας, οὕτω μέγα τόλμημα τολμῆσαι, καὶ τοσοῦτον ἀπὸ τῆς αὐτῶν ἀπάραντας, ἐκπλεῦσαι εἰς τὸν Πόντον, ἀπείρατον ἔτι τοῖς Ἕλλησιν ὄντα, πλὴν μόνων τῶν ἐπὶ τῆς Ἀργοῦς ἐς τὴν Κολχίδα στρατευσάντων, μὴ καταπλαγέντας, μήτε τοὺς μύθους τοὺς ἐν αὐτῷ, μήτε τὴν προσηγορίαν καταδείσαντας, ὅτι ἄξενος ἐκαλεῖτο, οἷα, οἶμαι, ἀγρίων ἐθνῶν περιοικούντων· καὶ ἐπειδὰν ἑάλωσαν, οὕτως ἀνδρείως χρήσασθαι τῷ πράγματι, καὶ

multos illis reddatis ſimiles. Atque hinc ipſi jam ad antiqua reſpicite, utrum bene vobis eveniat, multos in Scythiam Oreſtes & Pyladas appellere. Etenim mihi quidem videmini quam celerrime hac ratione impii ipſi & ſine Diis futuri, ſi reliqui Dii eodem modo e veſtra vobis regione in peregrinam abducantur. Nempe deinde puto, pro Diis omnibus viros, qui eorum educendorum cauſſa venerint, conſecrabitis, & ſacrilegi qui apud vos fuerint, iis tanquam Diis ſacra facietis.

3. Quod ſi enim non harum rerum cauſſa Oreſten ac Pyladen honoratis; verum aliud forte, Toxari, beneficium vobis praeſtitere; quo tandem nomine illos, cum olim Deos non haberetis, jam contra ea ſacrificando Deos judicaſtis, atque his, qui parum aberat, quin ipſi fierent tum victimae, victimas nunc offertis? Ridicula enim iſtaec videri poſſunt, & rebus olim geſtis contraria. TOX. Etiam iſta quidem, Mneſippe, generoſa illorum virorum *facta*, quae enarraſti. Quod enim, duo cum eſſent, magnum adeo facinus auſi, longam adeo a ſua patria navigationem ingreſſi, expeditionem in Pontum ſuſcepere, intentatum adhuc Graecis, praeter illos, qui Argo *vecti* bellum Colchidi intulerant; nec perhorreſcentes *portentoſas* de illo fabulas, neque appellationem timentes, cum Inhoſpitalis vocaretur, feris nimirum, ut interpretor, populis circum eum habitantibus; quod capti cum eſſent, viriliter adeo in ea re

a Οὖσι] Non adeſt in *Fl.*

Vit. Auct. c. 26. No. 6. *Alciphr.* III. Ep. 3. f. μὴ δ' ἂν φθάνοιμι λιμῷ κατασκλῆναι. Ubi negatio tamen pertinet ad priora. *non, etſi prius fame contabeſcendum eſſet.* *J.F.R.*

32. Πρὸς τὰ παλαιὰ] Ego haec verba gloſſam eſſe τοῦ τοὐντεῦθεν, exiſtimo. *M. du S.*

34. Καταίρειν] Juſſit *Solan.* conferri T. I. *Jud. Voc.* §. 1. Ibi invenio καὶ καταίροντος ἔνθα μὴ δεῖ. Et patet inde vis verbi καταίρειν, quam ſupra l. c. male acceperant ac verterant Interpretes, reddentes, *auferre*; hic tamen recte *appellere*, dederant. Καταίρειν enim proprium eſſe de navibus in portum invectis, Cl. *Hemſterh.* ibi docuit. Cui tantum addo *Alciphr.* I. Ep. 38. p. 174. Οἶσθα τὸν Μήδειον ἐκεῖνον τὸν ἀπὸ Συρίας δεῦρο καταράντα. Quod recte quoque ibi converſum: *a Syria huc appulerat.* *J.F.R.*

43. Εἴπερ τι ἄλλο] Hunc locum, ſi propius inſpicias, haud ſincerum invenies. *M. du S.*

Εἴπερ τι ἄλλο] Sic habere omnes Edd. notarat in variantt. *Solanus.* Habebant autem εἰπέρ τι, quem accentum tamen ego mutavi; non ferens duos acutos in ſyllabis contiguis. Quod autem ait, non ſana eſſe verba, haud ſatis capio; mihi certe plana videntur, & ſenſus vel ex verſione Cl. *Geſneri* patebit

re ſe geſſerunt, nec ſatis habuere, ſi incolumes ipſi evaderent, verum vindicata regis injuria, & ablata Diana inde ſolverunt: quomodo haec non admiranda, non divino quodam apud omnes, qui virtutem laudant, honore digna? Verum non iſta nos in Oreſte & Pylade ſpectantes pro Heroibus illos tractamus.

4. MNES. Dic ergo jam, quid praeclarum & divinum aliud perfecerint. Quantum enim ad navigationem profectionemque, multos ego tibi diviniores illis mercatores oſtenderim, & inter hos maxime Phoenices, non in Pontum modo, neque ad Maeotida usque & Boſporum navigantes, ſed utique & Graecum mare percurrentes & Barbarum. Omne enim iſti litus, & oram omnem, ut ita loquar, perſcrutati ſingulis annis, ſero auctumni domum ſuam revertuntur. Hos tu eadem ratione Deos puta, idque, cum caupones & ſalſamentarii ſint eorum forte plerique.

5. TOX. Quin audi, cariſſime, & vide, quantum barbari nos aequius de bonis viris quam vos judicemus: quandoquidem Argis & Mycenis neque monumentum nobile videre eſt Oreſtae aut Pyladis: apud nos autem & templum illis exſtructum eſt ſimul ambobus, ut conveniebat ſodalibus, & ſacrificia offeruntur, & alius omnis honos *habetur*. Neque quidquam obſtat, quod peregrini, non Scythae fuerunt, quo minus boni viri judicati ſint.

μὴ ἀγαπῆσαι εἰ [b] διαφυλάξονται μόνον, ἀλλὰ τιμωρησαμένους τὸν βασιλέα τῆς ὕβρεως, καὶ τὴν Ἄρτεμιν ἀναλαβόντας, ἀποπλεῦσαι· πῶς ταῦτα οὐ θαυμαστὰ, καὶ θείας τινὸς τιμῆς ἄξια παρὰ πάντων, ὁπόσοι ἀρετὴν ἐπαινοῦσιν; ἀτὰρ οὐ ταῦτα ἡμεῖς Ὀρέστῃ καὶ Πυλάδῃ ἐνιδόντες, ἥρωσιν αὐτοῖς χρώμεθα.

ΜΝΗΣ. Λέγοις ἂν [c] ἤδη ὅ, τι σεμνὸν καὶ θεῖον ἄλλο ἐξειργάσαντο. ἐπεὶ ὅσον ἐν τῷ πλῷ καὶ τῇ ἀποδημίᾳ, πολλοὺς ἄν σοι θειοτέρους ἐκείνων ἀποδείξαιμι τοὺς ἐμπόρους, καὶ μάλιστα τοὺς Φοίνικας [d] αὐτῶν, οὐκ ἐς τὸν Πόντον, οὐδὲ ἄχρι τῆς Μαιώτιδος καὶ τοῦ Βοσπόρου μόνον ἐσπλέοντας, ἀλλὰ πανταχοῦ τῆς Ἑλληνικῆς καὶ βαρβαρικῆς θαλάττης ναυτιλλομένους· ἅπασαν γὰρ οὗτοι ἀκτὴν, καὶ πάντα αἰγιαλὸν, ὡς εἰπεῖν, διερευνησάμενοι καθ᾽ ἕκαστον ἔτος, ὀψὲ τοῦ μετοπώρου εἰς αὐτῶν ἐπανίασιν, οὓς κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον θεοὺς νόμιζε, καὶ ταῦτα, καπήλους καὶ ταριχοπώλας, εἰ τύχοι, τοὺς πολλοὺς αὐτῶν ὄντας.

ΤΟΞ. Ἄκουε δὴ, [e] ὦ θαυμάσιε, καὶ σκόπει καθ᾽ ὅσον ἡμεῖς οἱ βάρβαροι εὐγνωμονέστερον ὑμῶν περὶ τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν κρίνομεν, εἴγε ἐν Ἄργει μὲν καὶ Μυκήναις, οὐδὲ τάφον ἔνδοξόν ἐστιν ἰδεῖν Ὀρέστου ἢ Πυλάδου· παρ᾽ ἡμῖν δὲ καὶ νεὼς ἀποδέδεικται αὐτοῖς ἅμα ἀμφοτέροις, ὥσπερ εἰκὸς ἦν, ἑταίροις [f] γε οὖσι· καὶ θυσίαι προσάγονται, καὶ ἡ ἄλλη τιμὴ ἅπασα· κωλύει τε οὐδὲν, ὅτι ξένοι ἦσαν, ἀλλὰ μὴ Σκύθαι, ἀγαθοὺς κεκρίσθαι.

οὐ

b Διαφυλάξονται] Sic Edd. Διαφεύξονται L. rectius. c Ἤδη] Deeſt in *Fl.* d Αὐτῶν] Adeſt hoc in *J. Fl. Fr. V2. B2. P. H. S.* e Ὦ] Non adeſt in *Fl.* f Γε] Τε *Fl.* male.

bit unicuique. *J.F.R.*

59. Ἄξενος] *Ovid.* Triſt. IV. 4. vſ. 55. & *Strabo* VII. *Eur.* Ἰφ. Α. p. 402. C. 406. B. 407. B. 410. A. *M. du S.*

62. Μὴ ἀγαπῆσαι] *Non contentum eſſe* ſignificare; in quo tamen deinde errarint Interpretes, vid. mox, ad c. 62. *J.F.R.*

Ibid. Διαφεύξονται] Ita L. Codex, uti antea conjeceram legendum, pro διαφυλάξονται. *M. du S.*

Διαφυλάξονται] Mallem & ego cum *Solano* διαφεύξονται. Verſio Cl. *Geſn.* utramque lectionem complexa eſt. Hinc nihil mutavi; neque enim nego διαφυλάττεσθαι eſſe *ſalvum manere, incolumem ſe ſervare*; ſed quia ad fugam e cuſtodia magis pertinet hiſtoria, & fuga ipſa ſic etiam evaſiſſe incolumes ſatis indicat, & egregius Cod. hanc lect. ſuppeditat, magis ad illam feror. *J.F.R.*

73. Αὐτῶν] Abundat illud αὐτῶν, niſi cum Φοίνικας conjungas. *M. du S.*

3. Καὶ

οὐ γὰρ ἐξετάζομεν ὅθεν οἱ καλοὶ καὶ ἀγαθοί εἰσιν, οὐδὲ φθονοῦμεν, εἰ μὴ φίλοι ὄντες ἀγαθὰ εἰργάσαντο· ἐπαινοῦντες δὲ ἃ ἔπραξαν, οἰκείους αὐτοὺς ἀπὸ τῶν ἔργων ποιούμεθα. ὃ δὲ δὴ μάλιστα καταπλαγέντες τῶν ἀνδρῶν ἐκείνων ἐπαινοῦμεν, τοῦτό ἐστιν, ὅτι ἡμῖν ἔδοξαν φίλοι οὗτοι δὴ ἄριστοι ἁπάντων γεγενῆσθαι, καὶ τοῖς ἄλλοις νομοθέται καταστῆναι, ὡς χρὴ τοῖς φίλοις ἁπάσης τύχης κοινωνεῖν, [a] καὶ ὑπὸ Σκυθῶν τῶν ἀρίστων θεραπεύεσθαι.

Καὶ ἅ γε μετ' ἀλλήλων, ἢ ὑπὲρ ἀλλήλων ἔπαθον, ἀναγράψαντες οἱ πρόγονοι ἡμῶν ἐπὶ στήλης χαλκῆς, ἀνέθεσαν εἰς τὸ Ὀρέστειον, καὶ νόμον ἐποιήσαντο, πρῶτον τοῦτο μάθημα καὶ παίδευμα τοῖς παισὶ τοῖς σφετέροις εἶναι τὴν στήλην ταύτην, καὶ τὰ ἐπ' [b] αὐτῆς γεγραμμένα διαμνημονεῦσαι. θᾶττον γοῦν τοὔνομα ἕκαστος αὐτῶν ἐπιλάθοιτο τοῦ πατρὸς, ἢ τὰς Ὀρέστου καὶ Πυλάδου πράξεις ἀγνοήσειεν· ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ περιβόλῳ τοῦ νεὼ τὰ αὐτὰ, ὁπόσα ἡ στήλη δη-

Neque enim inquirimus, cujates honeſti bonique viri ſint, neque invidemus, licet amici non fuerint, ſi honeſta perpetrarunt. Dum vero quae fecere laudamus, noſtrates, quantum ad res geſtas, facimus. Quod autem maxime attoniti in viris illis laudamus, hoc eſt, quod nobis viſi ſunt amici hi optimi omnium fuiſſe, & velut legislatores aliis conſtituti, quomodo oporteat in ſocietatem omnis fortunae cum amicis venire, & *ſic* ab optimis quibusque Scytharum coli.

6. Et, quae ſecum invicem aut pro ſe ſubierunt, ea relata in literas majores noſtri in aerea columna dedicarunt in Oreſteo, lata lege, primam diſciplinam & inſtitutionem pueris noſtris eſſe hanc columnam, & quae ſcripta in illa ſunt, uti memoria comprehendant. Itaque facilius ſui patris nomen unusquisque illorum obliviſcatur, quam Oreſtae atque Pyladis facta ignoret. Sed in conſepto etiam templi eadem, quae columna in-

a Καὶ ὑπὸ Σκυθῶν &c.] Nihil mutare *J. Fl. Fr.* notarat *M. du S.* Sed & ita *P. H. S.* *b* Αὐτῆς] Αὐτοῖς male *Fl.*

3. Καὶ ὑπὸ Σκυθῶν τῶν ἀρ. θερ.] Aut mutila oratio eſt, aut haec verba loco ſuo mota ſunt, & alio referenda. *M. du S.*

18. Συνειλημμένος, καὶ πρὸς τὴν θυσίαν παρεσκευασμένος] Συνειλημμένους, καὶ πρὸς τὴν θυσίαν παρεσκευασμένους. *Th. M.*

20. Κατάρχεται αὐτῶν] Apud *Eur.* Iph. in Taur. 40. de hac ipſa fabulae parte loquitur Iphigenia,

Κατάρχομαι μὲν σφάγια δ' ἄλλοισι μέλει.

Vide Scholia & not. Clar. *Barneſii*; aut adi Ἐνυπν. c. 3. & quae illic annotata ſunt. *M. du S.*

Κατάρχεται αὐτῶν] Verti *immolat.* Servius ad Aen. 10, 541. *Immolari proprie dicuntur hoſtiae non cum caeduntur, ſed cum accipiunt molam ſalſam.* Et laudat ſtatim locum Catonis in Origg. *Boves immolatos priusquam caederentur profugiſſe in Siciliam.* Jam hoc eſſe κατάρχεσθαι ſatis docebit ipſe poëta Od. Γ. 445. & ibi Euſtathius. Nempe Neſtor ibi χέρνιβα τ' οὐλοχύτας τε κατήρχετο. *J. M. G.*

26. Ἐκκρεμαννύμενοι] Utitur etiam *Thucyd.* VII. 75. p. 496. τῶν δὲ ξυσκήνων ἤδη ἀπιόντων ἐκκρεμαννύμενοι. Ubi *Waſſius* haec notat: „ Habet *Suid.* in ἐκκρεμαν. & expo„ nit ἀπηρτημένοι. Nec variant Mſſ. Ἐκκρεμαννύ„ μενοι τῶν πηδαλίων dicit *Lucianus* in Toxari (h. l.) „ Apud *Theophraſt.* in Hiſt. plantar. 9. καταχρεμάννυται). *J. F. R.*

27. Τῶν πηδαλίων] Plurali numero utitur, etſi de una navi tantum ſermo eſt. Ita rurſus infra *Navig.* c. 6. μικρός τις ἀνθρωπίσκος γέρων ἤδη — τὰ τηλικαῦτα πηδάλια περιστρέφων. Et ſic in *Act. Apoſt.* XXVII. 40. ἀνέντες τὰς ζευκτηρίας τῶν πηδαλίων. Nec abs re erit addere quae Rever. *J. Elſner.* ad eum locum notavit dicens: „ *Beza* πηδάλια gubernacula dixiſſe Lucam „ notabat, *plurali num. pro ſing. quum unius navis* „ *plura non eſſent gubernacula.* Sed fallitur Vir Do„ ctiſſimus, antiquum navium modum ex ſui tem„ poris conſuetudine interpretatus; nam utique in „ antiquis navibus bina erant gubernacula, ſuum cui„ que lateri, ut recte monuit *Grotius.* *Aelian.* Var. „ Hiſt. L. IX. c. 40. duos gubernatores ſingulis navi„ bus conſtituiſſe Carthaginienſes ait — vid. ad il„ lum locum *Perizonium.* Et *Apulejus* L. 2. Me„ tam. p. 50. *Navis turbinibus procellarum quaſſata* „ *UTROQUE REGIMINE* amiſſo demerſa eſt. „ Ubi mirus ille Commentator in uſum Delphini no„ tat: *malo ſcilicet & gubernaculo quibus navis regi-* „ *tur.*

indicat, picturis expreſſa ab antiquis, oſtenduntur: navigans Oreſtes ſimul cum amico; deinde inter rupes fracta illorum navi comprehenſus, & ad ſacrificium paratus; & Iphigenia jam illos immolat; e regione vero in altero muro, jam exutus vinculis depictus eſt, Thoantem interficiens, & Scytharum multos alios; ac denique ut ſolvunt, Iphigeniam habentes ac Deam; Scythae autem fruſtra manus injiciunt navi jam eunti, ſuſpenſi e gubernaculis, ac tentantes inſcendere; tum ut nihil proficiunt, partim jam vulnerati, partim ejus rei metu, terram natatu repetunt. Hic vero vel maxime videat aliquis quantam ſibi invicem benevolentiam in conflictu cum Scythis exhibuerint. Fecit enim pictor utrumque, negligentem oppoſitos ſibi hoſtes, depellentem autem, qui irruunt in alterum, & pro

λοι, γραφαῖς ἀπὸ τῶν παλαιῶν εἰκασμένα δείκνυται· πλέων Ὀρέστης ἅμα τῷ φίλῳ, εἶτα ἐν τοῖς κρημνοῖς διαφθαρείσης [c] αὐτῶν τῆς νεὼς [d] συνειλημμένος, καὶ πρὸς τὴν θυσίαν παρεσκευασμένος, καὶ ἡ Ἰφιγένεια ἤδη κατάρχεται αὐτῶν· καταντικρὺ δὲ ἐπὶ τοῦ ἑτέρου τοίχου, ἤδη ἐκδεδυκὼς τὰ δεσμὰ γέγραπται, καὶ φονεύων τὸν Θόαντα, καὶ πολλοὺς ἄλλους τῶν Σκυθῶν· καὶ τέλος ἀποπλέοντες, ἔχοντες τὴν Ἰφιγένειαν, καὶ τὴν θεόν. οἱ Σκύθαι δὲ, ἄλλως ἐπιλαμβάνονται τοῦ σκάφους ἤδη [e] πλέοντος, ἐκκρεμαννύμενοι τῶν πηδαλίων, καὶ ἐπαναβαίνειν πειρώμενοι, εἶτ' οὐδὲν ἀνύσαντες, οἱ μὲν αὐτῶν τραυματίαι, οἱ δὲ καὶ δέει τούτου, ἀπονήχονται πρὸς τὴν γῆν. ἔνθα δὴ καὶ μάλιστα ἴδοι τις ἂν ὁπόσην ὑπὲρ ἀλλήλων εὔνοιαν ἐπεδείκνυντο ἐν τῇ πρὸς τοὺς Σκύθας συμπλοκῇ. πεποίηκε γὰρ ὁ γραφεὺς ἑκάτερον, ἀμελοῦντα μὲν τῶν καθ' ἑαυτὸν πολεμίων, ἀμυνόμενον δὲ τοὺς ἐπιφερομένους θατέρῳ, καὶ πρὸ ἐκείνου ἀπαν-

c Αὐτῶν] Αὐτῷ Exc. *Fl.* Sed cum vulgata conſpirat P. *d* Συνειλημμένος &c.] Συνειλ—ους & παρεσκ—ους *Marc.* Nil mut. Edd. *e* Πλέοντος] Πλέοντες Exc. *Fl.* male. Vulgatam adſerit P.

,, *tur.* Sed vide *Bochartum* Hieroz. P. 2. c. 1. pag. 452. Et *Graevium* ad *Heſiod.* p. 9. Hinc in plurali fere πηδαλίων meminerunt auctores. *Galenus* Protrept. ad ſcient. p. 1. ἐπιτρέψας τὰ πηδάλια κυβερνήτῃ τυφλῷ. *Lucian.* Tox. (h. l. & *Navig.* ſupra jam indicato.) Vide & *Ariſtoph.* Equit. vſ. 539. & *Achill. Tat.* L. III. p. 159. Et *Orph.* Argon. vſ. 1178. Ἀγκαῖος δ' οἴακας ἐπισταμένως ἐτίταινε. *Ancaeus vero clavos docte gubernavit.* Ita etiam Latini *gubernacula* dicunt: *Petron.* c. 114. p. 531. Vid. & *Munker.* ad Hyg. fab. 14. p. 50. Et *moderamina* Ovid. III. *Metam.* 644.". Haec ille. plurima recte & ad Lucianum adpoſite, quare deſcripſiſſe non piguit. Sed quod poëtae *gubernacula ac moderamina* dicant, inde non probes duo revera fuiſſe; hi quippe *ora* pro *os*, & ſimil. de uno homine dicere amant. Res tamen ſatis certa eſt ex aliis; nam & *Heliod.* Aethiop. V. c. 15. pr. τῶν τε πηδαλίων θάτερον ἀποβαλόντες &c. quem cum aliis ab *Elſnero* adductis indicat *Scheffer.* de milit. naval. p. m. 146. docens duo, tria, quatuorve gubernacula habuiſſe naves majores. Verum & alia navigia duplici gubernaculo non a puppi, ſed a prora & puppi inſtructa fuiſſe, ut accedere & retrocedere poſſent ſine converſione, monuit *Scholiaſt.* Luciani ad *Amor.* c. 6. v. δικρότων. Interim cum *Scheffero* credo, minoribus navigiis unum tantum fuiſſe gubernaculum. Et plura congerere jam eo minus geſtio, quo id facilius fore ſentio. Unum addo ex *Achill. Tat.* III. fol. 62. Τέλος ὁ κυβερνήτης ἀπειπὼν ῥίπτει μὲν τὰ πηδάλια ἐκ τῶν χειρῶν. Haec ſi contuleris cum Luciani verbis, ſupra ex *Navig.* prolatis, rogabis quomodo unus vir utrumque gubernaculum regere potuerit? Nec tamen de parvo adeo navigio eſt ſermo, in quo tot vectores enumerat Achilles T. Sed nec nimis magnum fuiſſe oportet, quod vectores ante legantur ſaepe locum juſſu nautarum mutaſſe, ut navem ad alterum latus inclinare tentarent. Quare ſuſpicor nec in ſolutae orationis ſcriptoribus ſemper neceſſario plura gubernacula intelligi, quoties plurali numero utuntur; ſed quia ordinario duo erant, uſum invaluiſſe, ut pluralem etiam de uno loquentes retinerent. Nam ſi in magna navi duo erant gubernacula, etiam bini erant gubernatores, ut *Meibom.* de fabrica triremium aliique jam obſervarunt. At in mediocri fieri potuit, ut perticae verſatiles utrique gubernaculo ad latera puppis dependenti ita eſſent connexae, ut iis dextra ſiniſtraque manu ab uno gubernatore prehenſis, utrumque ſimul vel alterutrum per vices moveri potuerit. *J. F. R.*

ἀπαντᾶν πειρώμενον τοῖς τοξεύμασι, καὶ παρ' οὐδὲν τιθέμενον, εἰ ἀποθανεῖται, σώσας τὸν φίλον, καὶ τὴν ἐπ' ἐκεῖνον φερομένην πληγὴν προαρπάσας τῷ αὐτοῦ σώματι.

illo occurrere tentantem telis, & nihili curantem, ſi ipſe moriatur, modo ſervet amicum, & intentatam illi plagam ſuo corpore *velut* praeripiat.

Τὴν δὴ τοσαύτην εὔνοιαν αὐτῶν, καὶ τὴν ἐν τοῖς δεινοῖς κοινωνίαν, καὶ τὸ πιστὸν, καὶ φιλέταιρον, καὶ τὸ ἀληθὲς, καὶ βέβαιον τοῦ πρὸς ἀλλήλους ἔρωτος, οὐκ ἀνθρώπινα ταῦτα ᾠήθημεν εἶναι, ἀλλά τινος γνώμης βελτίονος, ἢ κατὰ τοὺς πολλοὺς τούτους ἀνθρώπους, οἳ μέχρι μὲν κατ' οὖρον ὁ πλοῦς εἴη, τοῖς φίλοις ἀγανακτοῦσιν, εἰ μὴ ἐπίσης κοινωνήσουσι τῶν ἡδέων· εἰ δέ τι καὶ μικρὸν [a] ἀντιπνεύσειεν αὐτοῖς, οἴχονται, μόνους τοῖς κινδύνοις ἀπολιπόντες. καὶ γὰρ οὖν καὶ τόδε ὅπως εἰδῆς, οὐδὲν Σκύθαι φιλίας μεῖζον οἴονται εἶναι, οὐδέ ἐστιν ἐφ' ὅτῳ ἄν τις Σκύθης μᾶλλον σεμνύναιτο, ἢ ἐπὶ τῷ συμπονῆσαι φίλῳ ἀνδρὶ, καὶ κοινωνῆσαι τῶν δεινῶν· ὥσπερ οὐδὲν ὄνειδος μεῖζον παρ' ἡμῖν, τοῦ προδότην φιλίας γεγενῆσθαι δοκεῖν. διὰ [b] ταῦτα Ὀρέστην καὶ Πυλάδην τιμῶμεν, ἀρίστους γενομένους τὰ Σκυθῶν ἀγαθὰ, καὶ ἐν φιλίᾳ διενεγκόντας, ὃ πρῶτον ἡμεῖς ἁπάντων θαυμάζομεν, καὶ τοὔνομα ἐπὶ τούτοις αὐτῶν ἐθέμεθα, Κοράκους καλεῖσθαι· τοῦτο δέ ἐστιν, ἐν τῇ ἡμετέρᾳ [c] φωνῇ, ὥσπερ ἂν εἴ τις λέγοι, φίλιοι δαίμονες.

7. Hanc nempe tantam illorum benevolentiam, & malorum communionem, & fidem, & ſocialitatem, & veritatem firmitatemque amoris mutui; haec, inquam, non humana eſſe putavimus, ſed praeſtantioris cujusdam animi, quam eſt in plerisque his hominibus, qui, dum ſecundus eſt curſus, indignantur amicis, ſi non in aequam jucundorum partem veniant: ſi vero vel paullum quiddam illis reflaverit, *ilicet* abeunt, ſolos periculis relinquentes. Etenim ut hoc etiam ſcias, nihil Scythae amicitia majus eſſe exiſtimant; nec eſt in quo Scythes magis ſibi placeat, quam ſi cum amico laborare illi contingat, & in ſocietatem adverſorum illius venire: quemadmodum majus nullum apud nos probrum, quam ſi quis prodidiſſe amicitiam videatur. Propter haec Oreſtem honoramus & Pyladem, qui praeſtiterint Scytharum bonis, & in amicitia eminuerint, quod primum omnium admiramur. Etiam nomen propterea illis poſuimus, ut Coracos appellaremus; id autem eſt noſtra lingua, ut ſi quis praeſides amicitiae genios dicat.

8. MNES.

a Ἀντιπνεύσειεν] Ἀντιπνεύσοι *Fl.* b Ταῦτα] Τοῦτο Exc. *Fl.* Nil. mut. Edd. nec P. c Φωνῇ] Φοκῇ *J.* male.

42. Φιλέταιρον] * Φιλέτερος ȣ φιλεταῖρος. *G.*

* Φιλέτερος] Corrige, φιλέταιρος. Nam videtur tantum indicare voluiſſe diverſo accentu φιλέταιρος & φιλεταῖρος poſſe ſcribi, ut ἄγροικος & ἀγροῖκος, de quo deinde. Niſi quis φιλεταίριος legere malit, quod longius tamen a ſcriptura codicis abit. *J. F. R.*

61. Κοράκους] De veterum Scytharum lingua quis ſcripſerit neſcio. *M. du S.*

Κοράκους] Forſan κοκάνους Sarmatice. *M. V. la Croze.*

Κοράκους] De Scythica lingua, ni fallor, ſcripſit *Theoph. Sigefr. Baijerus*, quem laudat *Geſnerus* ſupr. ad *Alexandr. ſeu Pſeudom.* c. 51. No. 28. *J. F. R.*

75. Ἐν Σκύθαις ἅτε ἀξένους] De Scytharum in hoſpites crudelitate, quos mactatos comedebant, confer Noſtr. ſupra *Deor. Dial.* XVI. p. 245. T. I. Et Rev. *Jac. Elſner.* ad Epiſt. ad *Coloſſ.* III. 11. ubi a barbaris diſtinguuntur, quod maxime ſint barbari, ſeu barbarorum barbari, licet poſtea aliqua quoque juſtitiae laude celebrati legantur. Patet ſaltem ἀξένους omnino legendum, *ut probe etiam Cl. Geſner. cum Solano vidit.* Vid. *Ovid. IV. Triſt. IV. 56.* *J. F. R.*

76. Ἅτε γὰρ ξένους, καὶ ἀγρίους]. In ξένος *nihil eſt,* quod ſuſpicionem praebeat *feritatis*; neque apparet, quomodo populus aliquis totus, in ſua patria vivens, poſſit ξένος vocari. Quaeſivit σοφὸν φάρμακον *Eraſmus*, & vertit *Barbaros*: ſed praeter vim nominis,

pu-

8. MNES. Igitur non ſagittis modo, Toxari, boni fuerunt Scythae, & rebus bellicis praeſtantiores aliis, verum etiam in dicendo maxime omnium probabiles. Mihi quidem, aliter ad hunc diem ſentienti, jam & ipſi recte facere videmini, cum divinis adeo honoribus Oreſtem Pylademque afficitis. Sed neſciebam, vir optime, te pictorem etiam bonum eſſe. Lucidiſſime enim nobis, quae ſunt in Oreſteo, imagines oſtendiſti, & pugnam virorum, & *quae* pro ſe invicem *excepere* vulnera. Verum neque hoc putabam, ita ſtudioſe coli inter Scythas amicitiam, quippe ut inhoſpitales & agreſtes, in inimicitiis ſemper verſari *illos arbitrabar*, & ira, & excandeſcentia; amicitiam vero neque inter conjunctiſſimos ſuſcipi; colligens *iſta* tum e reliquis, quae de iis audimus, tum inde, quod parentes mortuos in cibo habent.

ΜΝΗΣ. Ὦ Τόξαρι, οὐ μόνον ἄρα τοξεύειν ἀγαθοὶ ἦσαν Σκύθαι, καὶ τὰ πολεμικὰ τῶν ἄλλων ἀμείνους, ἀλλὰ καὶ ῥῆσιν εἰπεῖν ἁπάντων πιθανώτατοι. ἐμοὶ γοῦν τέως ἄλλως γιγνώσκοντι, ἤδη καὶ αὐτῷ δίκαια ποιεῖν δοκεῖτε, οὕτως Ὀρέστην καὶ Πυλάδην ἐκθειάσαντες. ἐλελήθεις δέ με, ὦ γενναῖε, καὶ γραφεὺς ἀγαθὸς ὤν. πάνυ γοῦν ἐναργῶς ἐπέδειξας ἡμῖν τὰς ἐν τῷ Ὀρεστείῳ εἰκόνας, καὶ τὴν μάχην τῶν ἀνδρῶν, καὶ τὰ ὑπὲρ ἀλλήλων τραύματα. πλὴν ἀλλ' οὐκ ᾤηθην ἂν οὕτω ποτὲ περισπούδαστον εἶναι φιλίαν ἐν Σκύθαις· ἅτε γὰρ [d] ἀξένους καὶ ἀγρίους ὄντας αὐτοὺς, ἔχθρᾳ μὲν ἀεὶ συνεῖναι, καὶ ὀργῇ καὶ θυμῷ, φιλίαν δὲ [e] μηδὲ πρὸς τοὺς οἰκειοτάτους [f] ἐπαναιρεῖσθαι· τεκμαιρόμενος τοῖς τε ἄλλοις ἃ περὶ αὐτῶν ἀκούομεν, καὶ ὅτι κατεσθίουσι τοὺς πατέρας ἀποθανόντας.

9. TOX. Utrum in reliquis etiam nos & juſtiores adverſum parentes Graecis, & religioſiores ſimus, de eo in praeſenti tecum non contenderim. Amicos autem Scythas multo Graecis amicis fideliores eſſe, & majorem amicitiae rationem inter nos eſſe, quam apud vos, demonſtratu facile eſt. Et, per ego te Graecorum Deos oro, ne moleſte me audias, ſi quid eorum di-

ΤΟΞ. Εἰ μὲν καὶ τἄλλα ἡμεῖς τῶν Ἑλλήνων καὶ δικαιότεροι τὰ πρὸς τοὺς γονέας καὶ ὁσιώτεροι ἐσμὲν, οὐκ ἂν ἐν τῷ παρόντι φιλοτιμηθείην πρὸς σέ· ὅτι δὲ οἱ φίλοι Σκύθαι πολὺ πιστότεροι τῶν Ἑλλήνων φίλων εἰσὶ, καὶ ὅτι φιλίας λόγος πλείων παρ' ἡμῖν, ἢ παρ' ὑμῖν, ῥᾴδιον ἐπιδεῖξαι· καὶ πρὸς θεῶν τῶν Ἑλλήνων, μὴ πρὸς ἀχθηδόνα μου ἀκούσῃς, ἢν εἴπω τι ὧν καταvενόηκα, πο-

d Ἀξένους] Ex Emend. *Solani*. Edd. priores ξένους. e Μηδὲ] Μὴ δὲ *J. H.* ut fere ſemper. f Ἐπαναιρεῖσθαι] Et ſic eſſe in *Fl.* aeque ac in *J.* notat *Solan.* Sed & eſt in *H. P.* &c.

puto. Itaque plane non dubito, hic legendum eſſe ἀξένους, idque eo magis, cum ſupra jam innuerit, quod aliunde notiſſimum eſt, Pontum qui poſtea εὔξενος vel εὔξεινος boni ominis cauſſa dictus eſt, ἄξενον olim ab ingenio & moribus accolarum eſſe vocatum. Itaque verti *Inhoſpitales*, idemque factum video a Doctiſſimo *Solano*, & puto ipſum ἀξένους eſſe in contextum orationis recipiendum. *J.M.G.*

Ibid. Ἀξένους] Ita neceſſario emendandum fuit: ξένους enim quod in omnibus legitur, manifeſto pravum eſt. Vidiſti jam ſupra c. 3. eo nomine infamem olim Pontum (quod & ex *Strabone* diſcere eſt, l. VII. p. 298. D.) qui poſtea melioris ominis cauſa Εὔξενος appellari coepit. *Inhoſpitalis* itaque tum habitus eſt, ob Scythas ejus accolas, quod vel haec fabula ſatis evincat. Vide tamen & Horatii *inhoſpitalem Caucaſum*. *M. du S.*

77. Καὶ ὀργῇ καὶ θυμῷ] Non haec ſunt otioſa ſynonyma. Vid. ſupra notata ad *Hermot.* c. 12. No. 82. *J.F.R.*

80. Ὅτι κατεσθίουσι τοὺς πατέρας ἀποθανόντας] Conf. infra Πενθ. §. 25. *M. du S.*

89. Ἀχθηδόνα] Juſſit Cl. *Hemſterh.* in marg. conferri *Duker.* ad *Thucyd.* IV. p. 262. No. 7. Ait autem *Thucyd.* c. 40. p. 263. Καί τινος ἐρομένου ποτὲ ὕστερον τῶν Ἀθηναίων ξυμμάχων δι' ἀχθηδόνα. Ibique *Hudſ.* ac *Dukerus:* „ Ἀχθηδὼν vox apud Thucydidem poëtica, ut „ dicit *Dion. Halic.* T. 2. p. 133. Utitur tamen ea „ ipſe *Dionyſius* in Antiquit. Rom. p. 572. Etiam a- „ lios proſae ſcriptores hoc vocabulo uſos oſtendit „ Clar. *Waſſe* in Indice. Add. *Lucian.* Toxar. h. l." deſcripſi ex commentt. Thucyd. *J.F.R.*

πολὺν ἤδη χρόνον ὑμῖν συγγινόμενος. ὑμεῖς γάρ μοι δοκεῖτε τοὺς μὲν περὶ φιλίας λόγους ἄμεινον ἄλλων εἰπεῖν ἂν δύνασθαι, τὰ ἔργα δὲ [a] αὐτῆς, οὐ μόνον οὐ κατ' ἀξίαν τῶν [b] λόγων ἐκμελετᾶν, ἀλλ' ἀπόχρη ὑμῖν ἐπαινέσαι τε αὐτὴν, καὶ δεῖξαι ἡλίκον ἀγαθόν ἐστιν· ἐν δὲ ταῖς χρείαις προδόντες τοὺς λόγους, δραπετεύετε, οὐκ οἶδ' ὅπως, ἐκ μέσων τῶν ἔργων. καὶ ὁπόταν ὑμῖν οἱ τραγῳδοὶ τὰς τοιαύτας φιλίας ἐπὶ τὴν σκηνὴν ἀναβιβάσαντες δεικνύωσιν, ἐπαινεῖτε, καὶ ἐπικροτεῖτε, καὶ κινδυνεύουσιν αὐτοῖς ὑπὲρ ἀλλήλων οἱ πολλοὶ καὶ ἐπιδακρύετε, αὐτοὶ δὲ οὐδὲν ἄξιον ἐπαίνου ὑπὲρ τῶν φίλων παρέχεσθαι τολμᾶτε, ἀλλ' ἤν που φίλος δεηθεὶς τύχῃ, αὐτίκα μάλα, ὥσπερ τὰ ὀνείρατα, οἴχονται ὑμῖν ἐκ ποδῶν ἀποπτάμεναι αἱ πολλαὶ ἐκεῖναι τραγῳδίαι, τοῖς κενοῖς τούτοις καὶ κωφοῖς προσωπείοις ἐοικότας ὑμᾶς ἀπολιποῦσαι, ἃ διῃρημένα τὸ στόμα, καὶ παμμέγεθες κεχηνότα, οὐδὲ τὸ σμικρότατον φθέγγεται· ἡμεῖς δὲ ἔμπαλιν, [c] ὅσον γὰρ δὴ λειπόμεθα ἐν τοῖς περὶ φιλίας λόγοις, τοσοῦτον ἐν τοῖς ἔργοις αὐτοῖς πλεονεκτοῦμεν.

Εἴγ' οὖν δοκεῖ, οὕτω νῦν ποιῶμεν, τοὺς μὲν παλαιοὺς φίλους ἀτρεμεῖν ἐάσωμεν, εἴ τινας, ἢ ἡμεῖς, ἢ ὑμεῖς τῶν πάλαι καταριθμεῖν ἔχομεν· ἐπεὶ κατά γε τοῦτο πλεονεκτοῖτε ἂν, πολλοὺς καὶ ἀξιοπίστους μάρτυρας τοὺς ποιητὰς παρεχόμενοι, τὴν Ἀχιλλέως καὶ Πατρόκλου φιλίαν, καὶ τὴν Θησέως καὶ Πειρίθου, [d] καὶ τὴν ἄλλην [e] ἑταιρείαν, ἐν καλλίστοις ἔπεσι

xero, quae, poſtquam diu inter vos verſor, obſervavi. Vos enim mihi videmini verba quidem de amicitia melius aliis poſſe facere; at opera illius non tantum non pro dignitate illorum verborum meditari atque exercere: ſed ſufficit vobis laudaſſe illam, & quantum ſit bonum oſtendiſſe. Cum autem opus *ea eſt*, proditores orationis veſtrae, neſcio quomodo mediis ex operibus transfugitis. Et quando vobis tragoedi tales amicitias in ſcenam productas oſtendunt, laudatis & plauditis, illisque pro ſe invicem periclitantibus plerique etiam illacrimamini: ipſi vero nihil laude dignum praeſtare pro amicis audetis; ſed ſi qua re indigeat forte amicus, ſubito, velut inſomnia, aufugiunt vobis avolantque e veſtigio multae illae tragoediae, inanibusque his & mutis perſonis ſimiles vos deſtituunt, quae diducto rictu, & immane quantum hiantes, ne minimum quidem ſonum edunt. Nos contra ea, quantumcunque diſputationibus de amicitia habendis inferiores *forte* ſumus, tantum rebus ipſis praeſtamus.

10. Quare, ſi videtur, ita nunc agamus. Antiquos amicos patiamur quieſcere, ſi quos aut nos, aut vos de priſco aevo adnumerare poſſimus: nam hac quidem parte vos viceritis, multos eosque dignos fide teſtes dantes poëtas, qui Achillis & Patrocli amicitiam, & Theſei atque Perithoi, reliquumque ſodalitium, pulcherrimis verſibus

[a] Αὐτῆς] Αὐτοῖς male Exc. *Fl.* Vulgatam tuetur P. [b] Λόγων] Ἄλλων marg. *A1 W.* & Exc. *Fl.* Vulgata etiam eſt in P. [c] Ὅσον] Ὅσῳ L. P. & marg. *A1.* [d] Καὶ τὴν ἄλλην] Non comparent in P. G. Sed adſunt in Edd. omn. [e] Ἑταιρείαν] Ἑταιρίαν P. Nil a vulgata abit *Fl.*

8. Ἐκ ποδῶν] Conf. ſupr. *pro Imagin.* c. ult. ubi *Gujet.* ἐκποδὼν una voce maluit. Sed vid. quae ibi noto. *J. F. R.*

9. Κενοῖς — καὶ κωφοῖς προσωπείοις] Conf. ſupr. *Quom. Hiſt.* c. 4. *de Salt.* c. 27. Infr. *de Gymn.* c. 23. & 32. *M. du S.*

13. Ὅσον] P. & L. ὅσῳ. Sed nihil hic quidem mutato opus eſt, cum mox ſequatur τοσοῦτον, niſi & poſterius mutare velis, de quo iidem illi Codices non monent. *M. du S.*

21. Ἀχιλλέως καὶ Πατρόκλου φιλίαν, καὶ τὴν Θήσεως καὶ Πειρίθου, καὶ τὴν ἄλλην ἑταιρίαν] In his verbis καὶ τὴν ἄλλην non agnoſcit Mſ. ſunt utique delenda. Latinus interpres vertit, ac ſi legiſſet τῶν ἄλλων, quia in τὴν ἄλλην nulla ſententia ſuberat. *J. G. G.*

23. Ἑταιρείαν] Ἑταιρίαν etiam ſcribit Clar. *Graev.* in

ſibus & numeris canant : ſed paucos quosdam de his, qui noſtro ipſorum tempore vixerunt, promamus, quorum enarremus facta, ego quidem Scythica, tu autem Graeca : & uter his vicerit, & meliores produxerit amicos, ille victor erit, ſuamque praeconio *patriam* ornabit, pulcherrimo & honeſtiſſimo peracto certamine. Nam multo equidem libentius mihi videor ſolitaria pugna ſuperatus dextram praecidendam praebere, quae Scythicae *gentis* poena eſt, quam deterior alio in amicitia judicari, idque Graeco, cum ipſe Scytha ſim.

11. MNES. Eſt quidem, Toxari, opus minime contemtibile, cum viro, qualis tu, bellatore pugnam ſolitariam inire, qui tam apta ad ſcopum, & acuta argumenta habeas. Veruntamen neque ego ignave adeo ac tam cito prodens omnem Graeciam, tibi conceſſero. Indigniſſimum enim fuerit, a duobus illis tantum Scytharum eſſe ſuperatum, quot fabulae indicant, & antiquae veſtrae picturae, quas paullo ante praeclare, velut in tragica ſcena enarraſti: Graecos vero univerſos, tot gentes, & tot urbes, deſerta cauſſa a te ſuperari. Hoc enim ſi fiat, non dextram, ut apud vos, ſed linguam abſcindi, juſtum fuerit. Utrum vero finiri nobis oportet numerum amicarum actionum; an quo plures quis proferendas habuerit, tanto ad victoriam videbitur inſtructior? TOX. Nequaquam.

καὶ μέτροις ῥαψῳδοῦντας. ὀλίγους δέ τινας προχειρισάμενοι, τῶν καθ' ἡμᾶς αὐτοὺς, καὶ τὰ ἔργα αὐτῶν [f] διηγησάμενοι, ἐγὼ μὲν τὰ Σκυθικὰ, σὺ δὲ τὰ Ἑλληνικά· καὶ ὁπότερος ἂν ἐν τούτοις κρατῇ, καὶ ἀμείνους παρέχηται τοὺς φίλους, αὐτός τε νενικηκὼς ἔσται, καὶ τὴν αὑτοῦ ἀνακηρύξει, κάλλιστον ἀγῶνα καὶ σεμνότατον ἀγωνισάμενος· ὡς ἔγωγε πολὺ ἥδιον ἄν μοι δοκῶ μονομαχῶν ἡττηθεὶς, ἀποτμηθῆναι τὴν δεξιὰν, ὅπερ τῆς Σκυθικῆς ἐπιτίμιόν ἐστιν, ἢ χείρων ἄλλου κατὰ φιλίαν κεκρίσθαι, καὶ ταῦτα Ἕλληνος, Σκύθης αὐτὸς ὤν.

ΜΝΗΣ. Ἔστι μὲν, ὦ Τόξαρι, οὐ φαῦλον τὸ ἔργον ἀνδρὶ οἵῳ σοὶ, πολεμιστῇ μονομαχῆσαι, πάνυ εὐστόχους καὶ τεθηγμένους παρεσκευασμένῳ τοὺς λόγους· οὐ μὴν ἀγεννῶς γε οὕτω καταπροδοὺς ἐν βραχεῖ τὸ Ἑλληνικὸν ἅπαν, ὑποχωρήσομαί σοι. καὶ γὰρ ἂν εἴη πάνδεινον, ὑπὸ δυοῖν μὲν ἐκείνοιν ἡττηθῆναι τοσούτους τῶν Σκυθῶν, ὁπόσους οἵ τε μῦθοι δηλοῦσι, καὶ αἱ ὑμέτεραι παλαιαὶ γραφαὶ, ἃς μικρῷ πρόσθεν εὖ μάλα ἐξετραγῴδησας· Ἕλληνας δὲ πάντας, τοσαῦτα ἔθνη, καὶ τοσαύτας πόλεις ἐρήμην ὑπὸ σοῦ ἁλῶναι. εἰ γὰρ τοῦτο γένοιτο, οὐ τὴν δεξιὰν ὥσπερ ὑμεῖς, ἀλλὰ τὴν γλῶτταν ἀποτμηθῆναι καλόν. πότερον δὲ ὡρίσθαι χρὴ τὸν ἀριθμὸν ἡμῖν τῶν φιλικῶν τούτων πράξεων, ἢ ὁπόσῳ ἄν τις πλείους ἔχῃ λέγειν, τοσούτῳ εὐπορώτερος δόξειεν ἂν πρὸς τὴν νίκην; ΤΟΞ. Οὐ-

f Διηγησάμενοι] Διηγησώμεθα P. & marg. A1W.

in nota ſua, caſu ne, an quod ſic legendum duxerit, neſcio, ego quidem ſic mallem; ſed in iſta diphtongo tam ſaepe variant Codd. & Edd. ut nihil certi ſtatuere auſis : quum vero ἑταιρία frequentius atque uſitatius ſit, hoc praeferrem. *J.F.R.*

30. Τὴν αὑτοῦ] Subintellige πατρίδα. Interpres νίκην ſubaudit, quod non placet. *F.G.*

34. Σκυθικῆς] An ἥττης; ſeu potius, ὅπερ τοῖς Σκύθαις ἥττης ἐπιτίμιόν ἐστιν. *F.G.*

Ibid. Ἐπιτίμιον] Conf. ſupra Μισθ. c. 4. med. Ὀρχ. c. 4. Infra Διαβ. §. 26. & Κρον. c. 4. a. m. *M. du S.*

39. Τεθηγμένους παρεσκευασμένῳ τοὺς λόγους] Illud παρεσκευασμ. Cl. *Jenſ.* iis praeteritis paſſivis adnumerat; quae pro activis ponuntur; vid. ejus not. ad *Tyrannicid.* c. 12. No. 24. vertitque, *paratam habenti orationem.* Sed pace illius dixerim, non video cur paſſiva ſignificatio non maneat, & ſit: *inſtructo orationem*, ſive ad orationem, uſitatiſſimo Graeciſmo. Τεθηγμένοι λόγοι vero ſunt verba teli inſtar acuta & penetrantia, veluti de fulmine τεθηγμένος κεραυνὸς Noſter ſupra T. I. *Tim.* §. 19. f. Alibi quae ad animi adfectum movendum valent, ut T. II. *de Salt.* c. 72. θήγουσα τὴν ψυχήν. *J.F.R.*

48. Ἐρήμην ὑπὸ σοῦ ἁλῶναι] *Eſtre condamné par defaut.* *F.G.*

Οὐδαμῶς. ἀλλ' ὡρίσθω μὴ ἐν τῷ πλήθει αὐτῶν τὸ κράτος, ἀλλ' εἰ ἀμείνους, καὶ εἰ [a] τομώτεραι φαίνοιντο αἱ σαὶ τῶν ἐμῶν, ἴσαι τὸν ἀριθμὸν οὖσαι· καιριώτερα δηλονότι ἐργάσονταί μοι [b] τὰ τραύματα, καὶ θᾶττον ἐνδώσω πρὸς τὰς πληγάς. ΜΝΗΣ. Εὖ λέγεις, καὶ ὡρίσθωσαν ὁπόσαι ἱκαναί. [c] πέντε ἔμοι γε δοκοῦσιν [d] ἑκατέρῳ. ΤΟΞ. Κἀμοὶ δοκεῖ, πρότερος δὲ λέγε, ἀλλὰ ἐπομοσάμενος ἦ μὴν ἀληθῆ ἐρεῖν. ἄλλως γὰρ ἂν πλάττειν τὰ τοιαῦτα, οὐ πάνυ χαλεπὸν καὶ ὁ ἔλεγχος ἀφανής. εἰ δὲ ὀμόσειας, οὐχ ὅσιον ἀπιστεῖν. [e] ΜΝΗΣ. Ὀμοῦμεθα, εἴ τι καὶ ὅρκου δεῖν νομίζεις. [f] τίς δέ σοι τῶν ἡμετέρων θεῶν; ἆρ' ἱκανὸς ὁ Φίλιος; ΤΟΞ. Καὶ μάλα· ἐγὼ δὲ τὸν ἐπιχώριον ὀμοῦμαί σοι ἐν τῷ ἐμαυτοῦ λόγῳ.

ΜΝΗΣ. Ἴστω τοίνυν ὁ Ζεὺς ὁ Φίλιος, ἦ μὴν ὁπόσα ἂν λέγω πρὸς σὲ, ἢ αὐτὸς εἰδὼς, ἢ παρ' ἄλλων, ὁπόσον οἷόν τε ἦν, δι' ἀκριβείας ἐκπυνθανόμενος, ἐρεῖν, μηδὲν παρ' ἐμαυτοῦ ἐπιτραγῳδῶν. καὶ πρώτην γέ σοι τὴν Ἀγαθοκλέους καὶ Δεινίου Φιλίαν διηγήσομαι, ἀοίδιμον ἐν τοῖς Ἴωσι γενομένην. Ἀγαθοκλῆς γὰρ οὗτος ὁ Σάμιος οὐ πρὸ πολλοῦ ἐγένετο, ἄριστος μὲν ἐς Φιλίαν ὡς ἔδειξε,

Sed definitum *hoc* eſto, ne in multitudine earum inſit robur, ſed *in eo* quae ſint praeſtantiores: & ſi penetrabiliores tuae *narrationes tanquam tela* meis, aequales licet numero, graviora nempe facient mihi vulnera, eoque celerius plagis concedam. MNES. Recte dicis: & finiantur, quot ſatis ſint. Quinque mihi quidem unicuique videntur *ſufficere*. TOX. Et mihi videtur. Dic prior, ſed jurato prius, te vera dicturum. Alioquin enim fingere talia non admodum difficile, & convincendi obſcura ratio. Si vero juraveris, fidem negare irreligioſum fuerit. MNES. Juremus, ſi quid opus eſſe jurato arbitraris. Quis vero tibi Deorum noſtrorum — num idoneus eſt Philius. TOX. Sane. Ego autem patrium tibi in mea oratione jurabo *jusjurandum*.

12. MNES. Audiat igitur Jupiter Philius, me, quaecumque ad te dixero, aut, quae ipſe ſciam, dicturum, aut quae ab aliis quanta fieri potuit cura exquiſiverim, neque quidquam tragicae fabuloſitatis additurum. Ac primum Agathoclis & Diniae amicitiam enarrabo, decantatam inter Iones. Nempe Agathocles hic Samius non diu eſt cum vixit, amicitiae quidem cauſſa, ut oſten-

a Τομώτεραι—σαὶ] Τιμώτεραι male P. Sed pro σαὶ, σὲ Ex. *Fl.* Vulgatae adſtipulatur P. *b* Τὰ] Non adeſt artic. in *Fl.* *c* Πέντε] Perſona ΤΟΞ. ante πέντε erat in Edd. quam *Gronovii* monitu ſuſtuli, & uno verſu ſerius, ubi ΜΝΗΣ. legebatur, collocavi. nec erat ΤΟΞ. in *Fl.* *d* Ἑκατέρῳ] Ἑκατέρως *Fl.* Nil mut. cett. nec P. *e* ΜΝΗΣ.] ΤΟΞ. Edd. Excepta *Fl.* quae ΜΝΗΣ. *f* Τίς] ΜΗΗΣ. τίς Edd. demta *Fl.* itaque perſonae nomen & hic ſuſtulimus.

59. Ἐνδώσω] Vid. notam Cl. *Jenſii* ad §. 1. ubi hoc verbum contra priſtinum Interpretem explicat. Et I. *Ver. Hiſt.* c. 29. *Hermot.* c. 24. &c. *J.F.R.*

61. Ἱκαναί. πέντε ἔμοι γε δοκ. ἑκ. ΤΟΞ.] Ita uti emendare juſſerat Vir Celeberrimus, Ed. *Fl.* *M. du S.*

62. ΤΟΞ. Κἀμοὶ] Turbatus eſt ordo colloquentium, qui ſic conſtituendus eſt. ΜΝΗΣ. Εὖ λέγεις. καὶ ὡρίσθωσαν ὁπόσαι ἱκαναί. πέντε ἔμοι γε δοκοῦσιν ἑκατέρῳ. ΤΟΞ. Κἀμοὶ δοκεῖ. πρότερος δὲ λέγε. &c. dein poſt οὐχ ὅσιον ἀπιστεῖν. ΜΝΗΣ. Ὀμούμεθα, εἴ τι καὶ ὅρκου δεῖν νομίζεις; τίς δέ σοι τῶν ἡμετέρων θεῶν; ἆρ' ἱκανὸς ὁ Φίλιος; ut haec ultima omnia Mneſippo tribuantur. Nam cum Mneſippus prior narrare incipiat, non poſſunt illa verba πρότερον λέγε Mneſippo convenire. *J.G.G.*

68. Τίς δέ σοι] Sermo confuſus, pro τίς δέ σοι τῶν ἡμετέρων θεῶν ἱκανὸς; ἆρ' ὁ Φίλιος; *F.G.*

69. Θεῶν; ἆρ' ἱκανὸς] Mallem θεῶν ἱκανὸς; ἆρ' ὁ Φ. In *Fl.* deeſt ἆρ' ἱκανός. *M. du S.*

78. Ἀγαθοκ. — Δ.] Vera an ficta haec ſint, quamvis jusjurandum interceſſerit, vix dixeris, cujus tamen temporis ſint aut fingantur, oſtendunt nonnulla. Vide c. 17. 18. 32. & 33. Aetatis nempe Lucianeae. *M. du S.*

68. Διαιτῶντες] Duplicem hujus loci ſcripturam dederunt editores. Primi Florentini dedere διαιτοῦντες, Aldus διαιτῶντες· qua *Aldina* lectione, quam ſequiores recte ſequuti ſunt, locum hunc ſanum & ſincerum arbitror. Διαιτῶντες non ab διαιτέω, ſed διαιτάω, deducendum. Amiciſſimi inter ſe erant Aretaeus, Charixenus & Eudamidas; horum Eudamidas moriens reliquit Aretaeo alendam matrem ſuam; Charixeno vero reliquit locandam cum dote filiam ſuam. Mortuo Eudamida, *heredes*, *quibus haec delegata erant*, *ſimul audierant*, *venerunt*, *illico curantes ea*, *quae in teſtamenti tabulis perſcripta & demandata erant.* Aretaeus ſcilicet aluit Eudamidae matrem, Charixenus ejusdem cum dote elocavit filiam. Sic expono διαιτῶντες τὰ ἐκ τῶν διαθηκῶν. Quamquam διαιτάω plerumque ſignificat *vivo*, *verſor*, *dego*; dubitari non poteſt quin & natura ſua ſignificet *diſpono*, *ordino*, *compono*, *diſcepto*, & ſaepe in ea ſignificatione uſurpetur. Noſter T. I. in *Abdicato* c. XI. Ἣν δέ τινες ἑκόντες αὐτοὶ συνθῶνται) δικαστὰς, καὶ προελόμενοι ἐπιτρέψωσι διαιτᾶν. Perſpicuum eſt, quid hic ſit διαιτᾶν, nempe *diſceptare*, *cognoſcere cauſſam.* Sic apud *Dionyſium Halicarn.* l. IV. Ἀρχαιολογ. δικασταὶ καθεζόμενοι διῄτων. Hinc judex paſſim διαιτητὴς dicitur, & δίαιτα non raro *arbitrium*, *judicium* notat: ſic apud Noſtrum in *Deor. dialogis* T. I. D. XX. 1. Jupiter contendentes de formae praeſtantia tres Deas ad Parin rejiciens, ἐγὼ δὲ, inquit, ἀπωθοῦμαι τὴν δίαιταν & iterum ead. pag. οὐδ' ἂν ὁ Ἄρης ὁ σὸς, ait Juno Veneri, ἐπιτραπῇ τὴν δίαιταν. Adde quae habet *H. Stephanus*, qui inter alia hunc ex *Thucydide* diſertum affert locum, καί τοι πολλὰ μὲν ἐς θεοὺς νόμιμα διῄτημαι, πολλὰ δ' ἐς ἀνθρώπους δίκαια καὶ ἀνεπίφθονα. Hic διαιτᾶν eſt *adminiſtrare*, *ordinare*, plane ut in Luciani loco, quo de agimus. Legitur autem apud *Thucydidem* δεδιῄτημαι pro διῄτηκα. Vide ſis quae ſupra ad Tom. I. de uſu perfectorum in Paſſivo apud Graecos diſputavimus. *J. J.* (δεδιῄτημαι legitur in *Thuc.* & *Steph.* *J. F. R.*)

Διαιτῶντες τὰ ἐκ τῶν διαθηκῶν] Rarior uſus verbi διαιτᾶν in tali re videtur induxiſſe virum ſummum, *Grae-*

tum reliquit, aliis forte ridiculum; tibi vero neſcio an tale videatur, viro bono & magni amicitiam aeſtimanti, & de primo illius praemio certanti. Scriptum autem in illo erat, *Relinquo Aretaeo alendam matrem meam curandamque illius ſenectutem; Charixeno autem filiam meam collocandam dote, quam maximam dare e re ſua familiari poterit.* Erat nempe illi mater anus, & puella nuptiis jam matura. *Si vero alterutri illorum,* ſic pergit, *aliquid humanitus interea accidat, etiam illius partem alter habeat.* His apertis tabulis, qui paupertatem ſcirent Eudamidae, amicitiam autem, quam cum illis viris habuerat, ignorarent, pro ludo rem habere, & nemo non ridens abire. *Quantam*, inquiebant, *Aretaeus & Charaxenus, beati illi, hereditatem accipient, ſi quidem ſolvent Eudamidae, & viventes ipſi heredem habebunt mortuum.*

23. At heredes, quibus relicta iſta fuerant, cum audiſſent, veniunt ſtatim, here-

λοις ἴσως γελοίους, σοὶ δὲ οὐκ οἶδα εἰ τοιαῦται δόξουσιν, ἀνδρὶ ἀγαθῷ, καὶ φιλίαν τιμῶντι, καὶ περὶ τῶν ἐν αὐτῇ πρωτείων ἁμιλλωμένῳ. ἐγέγραπτο γὰρ ἐν αὐταῖς, Ἀπολείπω Ἀρεταίῳ μὲν τὴν μητέρα μου τρέφειν, καὶ γηροκομεῖν, Χαριξείνῳ δὲ τὴν θυγατέρα μου ἐκδοῦναι μετὰ προικὸς, ὁπόσην ἂν πλείστην ἐπιδοῦναι παρ' αὐτοῦ δύνηται (ἦν δὲ αὐτῷ καὶ μήτηρ πρεσβῦτις, καὶ θυγάτριον ὡραῖον ἤδη γάμου) ἢν δέ τι ἅτερος αὐτῶν ἐν τοσούτῳ πάθῃ, [g] καὶ τὴν ἐκείνου μερίδα, φησὶν, ἐχέτω ὁ ἕτερος. τούτων [h] ἀναγνωσθεισῶν τῶν διαθηκῶν, οἱ τὴν πενίαν μὲν εἰδότες τοῦ Εὐδαμίδα, τὴν φιλίαν δὲ, [i] ἣ πρὸς τοὺς ἄνδρας ἦν αὐτῷ, ἀγνοοῦντες, ἐν παιδιᾷ τὸ πρᾶγμα ἐποιοῦντο, καὶ οὐδεὶς ὅστις οὐ γελῶν ἀπηλλάττετο, οἷον Ἀρεταῖος καὶ Χαρίξεινος οἱ εὐδαίμονες κλῆρον διαδέξονται, λέγοντες, εἴπερ ἀποτίσουσιν Εὐδαμίδα, καὶ ζῶντες αὐτοὶ κληρονομηθήσονται ὑπὸ τοῦ νεκροῦ.

Οἱ κληρονόμοι δὲ, οἷς ταῦτα καταλέλειπτο, ὡς ἤκουσαν, ἧκον εὐθὺς [k] διαιτῶν-

τες

g Καὶ] Deeſt καὶ in *Fl.* h Ἀναγνωσθεισῶν] Ἀ—νησῶν male *J.* i Ἡ] Recte ſic *Fl. P. H.* &c. Ἡ male *J.* k Διαιτῶντες] Sic Edd. omn. praeter *Fl.* quae διαιτοῦντες.

56. * Ἐν τοσούτῳ] Ἀντὶ τοῦ, ἐν τῷ μεταξύ. *V.*

* Ἐν τοσούτῳ πάθει ante editum; ſed merito πάθει delerat *Solan.* etſi in C. rectius πάθῃ cum Luciano legebatur: nam ipſum ſcholion ad πάθῃ nihil pertinet, nec ſubſtantivum eſſe, ſed a πάσχω derivandum, quilibet videt. *J. F. R.*

Graevium, ut aliquid hic mutari vellet. Eſt autem διαιτᾶν aequo arbitrio rem aliquam tractare. *Suidas*, διαιτᾶν, δικάζειν. καὶ διαιτᾶν, τὸ ἴσον νέμειν. Convenerunt viri ad cernendam dividendamque ex aequo, & mutuo quaſi arbitrio, hereditatem. Judicialis illa ſignificatio pervulgata: ſed uſum, huic Luciani & Suidae rationi plane ſimilem, aliunde adhuc firmari velim, de quo nec dubito. *J. M. G.*

Διαιτῶντες] Prorſus ab Luciani mente eſt alienum quod Cl. *Graev.* No. 84. ſubſtituit, ἀπαιτοῦντες, & vulgata lectio omnino melior eſt. Non enim aderant Aretaeus & Charixenus ut aliquid petituri aut partem ablaturi ex hereditate; neque enim id ab homine paupere, vel ante apertum teſtamentum ſperabant; neque jam, dum adcurrunt, incognitum teſtamenti ab Luciano ſtatuitur argumentum; neque adeo narrat quando id fuerit apertum; ſed ipſe ejus contenta jam narrando patefecit, idque jam innotuiſſe, diſertis verbis praemittit, riſumque aliorum inſueto legandi more audito exortum commemorat. Adveniunt igitur heredes iſti de onere ſibi impoſito jam edocti, non lucro inhiantes, verum amicitiae memores, & onus contra vulgi opinionem ſuſcepturi; quo narrationis filo obſervato, verbum διαιτᾶν eſt aptiſſimum; quod *res ordinare, conſtituere, diſponere, diſceptare*, ſignificat, adeoque cum ſequentib. ἐκ διαθηκῶν connexum, ſignificabit rem ita dirigere, ut teſtamento ſatisfiat. Quam ſignificationem τοῦ διαιτᾶν, neſcio an ſit adeo neceſſarium teſtimoniis comprobare: certe ſic δίαιτα de ſchikking. *Ariſtoph.* Eccl. 669. Τὴν δὲ δίαιταν τίνα ποιήσεις; ΠΡ. Κοινὴν πᾶσιν. τὸ γὰρ ἄστυ Μίαν οἴκησίν φημι ποιήσειν συῤῥήξασ' εἰς ἓν ἅπαντα. — Τὰ δικαστήρια καὶ τὰς στοὰς &c. Ac pro *arbitrio* Veſp. 522. quod expreſſis verbis a judicio diſtinguit *Liban.* Ep. 118. Σὺ δὲ, εἴτ' ἐκ διαίτης, εἴτ' ἐκ δικαστηρίου δέησει, δίωξον, &c. Sed hoc poſterius pueri norunt, quum vel Grammatici habeant, ἐπιτρέπομαι τὴν δίαιταν, *permittitur mihi arbitrium*. At *Thucyd.* VII. c. 77. πολλά τε ἐς θεοὺς ἐν-

τες τὰ ἐκ τῶν διαθηκῶν. ὁ μὲν οὖν [a] Χαρίξενος πέντε μόνας ἡμέρας ἐπιβιοὺς, ἀπέθανεν· ὁ δὲ Ἀρεταῖος, ἄριστος κληρονόμων γενόμενος, τήν τε ἐκείνου, καὶ τὴν αὐτοῦ μερίδα παραλαβὼν, τρέφει τε τοῦ Εὐδαμίδα τὴν μητέρα, καὶ τὴν θυγατέρα οὐ πρὸ πολλοῦ ἐκδέδωκεν, ἀπὸ ταλάντων πέντε, ὧν εἶχε, δύο μὲν τῇ αὐτοῦ θυγατρὶ, δύο δὲ τῇ τοῦ φίλου ἐπιδοὺς, καὶ τὸν γάμον γε αὐταῖν ἐπὶ μιᾶς ἡμέρας ἠξίωσε γενέσθαι. τί σοι δοκεῖ, ὦ Τόξαρι, ὁ Ἀρεταῖος οὗτος; ἆρα φαῦλον παράδειγμα φιλίας παρεσχῆσθαι, τοιαῦτα κληρονομήσας, καὶ μὴ προδοὺς τὰς διαθήκας τοῦ φίλου; ἢ τίθεμεν καὶ τοῦτον ἐν ταῖς τελείαις ψήφοις μίαν τῶν πέντε εἶναι; ΤΟΞ. Καὶ οὗτος μὲν καλός· ἐγὼ δὲ τὸν [b] Εὐδαμίδαν πολὺ μᾶλλον ἐθαύμασα τοῦ θάρσους, ὃ εἶχε [c] περὶ τοὺς φίλους. ἐδήλου γὰρ ὡς καὶ αὐτὸς ἂν τὰ ὅμοια ἔπραξεν ἐπ᾽ αὐτοῖς, εἰ μὴ καὶ ἐν διαθήκαις ταῦτα ἐνεγέγραπτο, ἀλλὰ πρὸ τῶν ἄλλων ἧκεν ἂν ἄγραφος κληρονόμος τῶν τοιούτων.

ditatem ex tabulis cernunt. Ac Charixenus quidem quinque ſolis diebus ſuperſtes moritur: Aretaeus autem optimus heredum, tum illius, tum ſua parte adſcita, & matrem alit Eudamidae, & filiam nuper elocavit, de quinque, quae habebat, talentis duo quidem filiae ſuae, duo autem amici *filiae* in dotem tribuens, nuptiis utrarumque in eundem diem collatis. Quid tibi videtur, Toxari, Aretaeus hic, parvumne ſe exemplum amicitiae praeſtitiſſe, tanta hereditate adita, non prodito amici teſtamento? an ponimus hunc quoque in perfectis calculis, ut de quinque unus ſit? TOX. Etiam hic honeſtus. At ego Eudamidam multo magis admiratus ſum fiduciae cauſſa, quam de amicis habuit. Oſtendit enim, ſe quoque eadem pro illis fuiſſe facturum, etiamſi non ſcripta eſſent iſta in tabulis, ſed ante alios nec ſcriptum talium heredem venturum fuiſſe.

24. MNES.

a Χαρίξενος] Nihil jam a vulg. abit *Fl.* *b* Εὐδαμίδαν] Ex emend. *Graev.* Εὐδαμίδα Edd. priores. *c* Περὶ] Ἐπὶ male L. P. Ἐπὶ τοῖς φίλοις marg. *A1W.*

νόμιμα διῃτήτημαι. Quod *Scholiaſt.* exponit, ἐπιτήδευσα· πεπολίτευμαι νομίμως. Adeoque ad Luciani mentem adpoſitiſſime. Pro *diſceptare*, *componere*, *Dion. Hal.* Iſaeo. p. m. 107. οὐδὲ λόγον ποιήσασθαι, οὐδὲ διαιτᾶν ἐπιτρέψαι. Et Antiq. VII. p. 457. f. τοὺς πατρικίους τὰ νείκη διαιτᾶν. Adde *Harpocrat.* v. διαιτηταὶ. p. 124. Conf. nott. *Valeſ.* p. 19. Plura adderem; ſed his ſcriptis video Cl. *Jenſium* idem fere egiſſe. Nec tamen poenitet, quia res jam videbitur tanto manifeſtior. *J.F.R.*

75. Ἀπὸ ταλάντων πέντε, ὧν εἶχε] Toto genere confuſus & abſurdus in his eſt interpres poſterior. Ita enim vides eum vertiſſe, ut dicat filiam datis quinque talentis quæ habebat, elocaviſſe. Quæ talia plane non ſunt in Græcis; & ſi dediſſet in hanc rem talenta quinque, profuſus fuiſſet, non diligens in diſtribuendis hæreditariis bonis; ex quibus ſic nihil reliquum ſupermanſiſſet. Longe accuratior Eraſmus: *& matrem alit Eudamidæ, & filiam non ita pridem elocavit, ex quinque talentis, quæ poſſidebat, duobus in propriæ filiæ dotem, duobus in amici filiam erogatis.* Atque ita ſuperat talentum unum in alimenta matris Eudamidæ, ſapientiſſima ratione. *J.G.*

84. Εὐδαμίδα] Leve mendum in omnibus editionibus conſpicitur, quod vel a tyrone poterat deleri, ἐγὼ δὲ τὸν Εὐδαμίδα πολὺ μᾶλλον ἐθαύμασα τοῦ θάρσους. ſcribendum Εὐδαμίδαν. Eſt enim ab Εὐδαμίδας. In eadem pagina paullo ante ſine ſenſu legitur, οἱ κληρονόμοι δὲ οἷς ταῦτα καταλέλειπτο, ὡς ἤκουσαν, ἧκον εὐθὺς διαιτῶντες τὰ ἐκ τῶν διαθηκῶν. Vertunt: *At haeredes quibus iſta erant legata, ut audierunt, illico venerunt, agnoſcentes ea quae teſtamento erant mandata.* Quid hoc? num διαιτᾷν eſt *agnoſcere?* Locus eſt corruptus. Exiſtimo Lucianum ſcripſiſſe ἀπαιτοῦντες τὰ ἐκ τῶν διαθηκῶν, *petentes quae in teſtamento illis erant legata.* Nam διαιτίω non memini apud quenquam inveniri. ſed ἀπαιτίω Luciano eſt familiare. *J.G.G.*

Εὐδαμίδαν] Perperam legebatur Εὐδαμίδα. V. *Graevii* Not. *M. du S.*

Εὐδαμίδα] Εὐδαμίδαν. In addend. Ed. *Graev.* *A.E.M.* Item *Gujet.* *J.F.R.*

87. Ἔπραξεν ἐπ᾽ αὐτοῖς] Monente in marg. Cl. *Hemſterhuſio* adii *L. Bos* ad Act. Ap. V. 35. vidique illum hoc adducto Luciani loco docentem, & Apoſtoli verba ſimiliter conſtruenda, exponenda; quum interpretes vulgo male conſtruxerint προσέχετε ἐπὶ ἀνθρώποις, pro προσέχετε τί μέλλετε πράσσειν ἐπὶ τοῖς ἀνθρώποις τούτοις. *J.F.R.*

92. Ζη-

24. MNES. Recte dicis. Sed quartum tibi narrabo Zenothemin Charmolei F. Maſſilienſem. Oſtenſus autem eſt mihi in Italia, cum legatione pro patria fungerer, vir honeſtus, & magnus, & dives, ut videbatur. Aſſidebat autem illi mulier jumentis junctis iter facienti, tum alias deformis, tum dimidia parte, dextra, arida, & excuſſo oculo foeda, contumelioſiſſime habitum a fortuna, & cui appropinquare nolles, terriculamentum. Deinde cum admirarer, quod pulcher iſte & formoſus ſuſtineret vehi ſecum talem mulierem, ille qui virum mihi oſtenderat, qui accurate noſſet omnia, Maſſilienſis & ipſe, neceſſitatem illarum nuptiarum mihi enarravit. Menecrati, nimirum ait, patri deformis iſtius mulieris amicus erat Zenothemis, diviti, honorato, ejuſdem ipſe quoque faſtigii. *Procedente* verò tempore Menecrates judicio facultatibus ſuis privatus eſt, quo tempore etiam honos illi a ſexcentis *ſenatoribus* ademtus, ut qui ſententiam contra leges tuliſſet; ita autem, inquit, Maſſilienſes punimus, ſi quis contra leges aliquid

ΜΝΗΣ. Εὖ λέγεις· τέταρτον δέ σοι διηγήσομαι, Ζηνόθεμιν τὸν Χαρμόλεω, Μασσαλίηθεν· ἐδείχθη δέ μοι ἐν Ἰταλίᾳ πρεσβεύοντι ὑπὲρ τῆς πατρίδος, καλὸς ἀνὴρ, καὶ μέγας, καὶ πλούσιος, ὡς ἐδόκει· παρεκάθητο δὲ αὐτῷ γυνὴ ἐπὶ ζεύγους ὁδοιποροῦντι, τά τε ἄλλα εἰδεχθὴς, καὶ ξηρὰ τὸ ἥμισυ τὸ δεξιὸν, καὶ τὸν ὀφθαλμὸν [d] ἐκκεκομμένη, παντλώβητόν τι καὶ ἀπρόσιτον μορμολύκειον. εἶτα ἐπεὶ ἐθαύμασα εἰ καλὸς [e] οὗτος καὶ ὡραῖος ὢν ἀνέχεται παροχουμένην τοιαύτην αὐτῷ γυναῖκα, ὁ δείξας μοι αὐτὸν, διηγεῖτο τὴν ἀνάγκην τοῦ γάμου, ἀκριβῶς εἰδὼς ἕκαστα· Μασσαλιώτης δὲ καὶ αὐτὸς ἦν. Μενεκράτει γὰρ, ἔφη, τῷ πατρὶ τῆς δυσμόρφου ταύτης φίλος ἦν ὁ Ζηνόθεμις, πλουτοῦντι καὶ τιμωμένῳ ὁμότιμος ὤν. χρόνῳ δὲ ὁ Μενεκράτης ἀφῃρέθη τὴν οὐσίαν ἐκ καταδίκης, ὅτεπερ καὶ ἄτιμος ἐγένετο ὑπὸ τῶν ἑξακοσίων, ὡς ἀποφηνάμενος γνώμην παράνομον. οὕτω δὲ οἱ Μασσαλιῶται κολάζομεν, ἔφη, εἴ τις παράνομα γράψειεν. ἐλυπεῖτο

οὖν

d Ἐκκεκομμένη] Recte *P. S. B2.* Ἐκκεκομένη male *J. Fl. H. Fr.* e Οὗτος] Αὐτὸς *Fl.*

2. *Παροχουμένην*] Ἡ παρ' αὐτὸν τὴν πλησιότητα. *G.* Corrupte. Forſan, ἢ παρ' αὐτὸν πλησιώτατα.

92. Ζηνόθεμιν] Vera haec eſſe crediderim & a Luciano viſa. *M. du S.*

93. Ἰταλίᾳ πρεσβ. De ſe ipſo loqui hic ſub perſona Lucianum putem; confer cum his, quae in *Somnio* habet c. 9. *M. du S.*

99. Παντλώβητον] Enumeratur inter verba in *Steph.* Theſ. deficientia, ab Cl. *Jenſio* in longa illa nota ad *Imag.* Nec habent *Poll. Suid. Heſych. Harpocr.* Nec ego alibi legi. *Hemſterhuſianis* arculis opus foret ad talia aliunde probanda, niſi compoſitum fictum ſit ab Luciano; ſed λωβητὸς notum, & ex eo alterum ſatis intelligitur, neque auctoritatibus ad id opus eſt. *J. F. R.*

10. Ὑπὸ τῶν ἑξακοσίων] Vid. *Dionyſ. Voſſii* notas in L. I. Caeſ. de Bell. Civ. p. 302. *M. V. la Croze.*

Ὑπὸ τῶν ἑξακοσίων] Quid prohibet *Voſſii* notam ab Cl. *La Croze* indicatam compendioſe deſcribere. *Caeſ.* enim B. Civ. I. c. 35. dixerat: *Evocat ad ſe Caeſar Maſſilienſium* xv. *primos*, &c. ad quae Voſſ. „ πεντεκαίδεκα προεστῶτας. Nam ut ex *Strabone* diſcimus „ L. IV. διοικοῦνται ἀριστοκρατικῶς οἱ Μασσαλιῶται πάντων „ εὐνομώτατα· ἀνδρῶν χ' καταστήσαντες συνέδριον, διὰ βίου „ ταύτην ἐχόντων τὴν τιμὴν, οὓς Τιμούχους καλοῦσι. Πεντεκαίδεκα δέ εἰσι τοῦ συνεδρίου προεστῶτες, τούτοις δὲ τὰ „ πρόχειρα διοικεῖν δέδοται. πάλιν δὲ τῶν ιε' προκάθηνται τρεῖς, „ οἱ πλεῖστον ἰσχύοντες. Igitur ſexcenti Senatores Maſſilienſibus, in his xv. viri, quos Τιμούχους vocant, „ praecellebant, & inter Τιμούχους tres praeſidebant. „ Etiam meminit Lucianus, qui Maſſiliae rhetorem „ egit, in *Toxari*, h. l. &c. Etiam *Valer. Max.* L. II. „ c. 6. ait: *Venenum datur ei, qui cauſſas ſexcentis (id „ enim Senatus ejus nomen eſt) exhibuit*". Sed & de Atticis Sexcentis mentio fit in inſcript. quam adfert *Spon.* de pag. Atticis, p. m. 29.

Η ΒΟΥΛΗ ΕΞ ΑΡΕΙΟ . . .
ΤΩΝ ΕΞΑΚΟΣΙΩΝ . . .
&c. &c.

Quamque ſic ſupplendam arbitratur:

Η ΒΟΥΛΗ Η ΕΞ ΑΡΕΙΟΥ ΠΑΓΟΥ ΚΑΙ
Η ΒΟΥΛΗ
ΤΩΝ ΕΞΑΚΟΣΙΩΝ. &c.

J. F. R.

20. Εὐ-

ὢν ὁ Μενεκράτης, καὶ ἐπὶ τῇ καταδίκῃ, [a] καὶ ἐπεὶ ἐκ πλουσίου πένης, καὶ ἐξ ἐνδόξου ἄδοξος ἐν ὀλίγῳ ἐγένετο. μάλιστα δὲ αὐτὸν ἠνία θυγάτηρ αὐτῷ, ἐπίγαμος ἤδη, καὶ [b] ὀκτωκαιδεκέτις οὖσα, ἣν οὐδὲ μετὰ πάσης τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς, ἥν γε πρὸ τῆς καταδίκης ἐκέκτητο, ἠξίωσεν ἄν τις τῶν γε [c] ἀγεννῶν καὶ πενήτων ῥᾳδίως παραλαβεῖν, οὕτω κακοδαίμονα οὖσαν τὴν ὄψιν. ἐλέγετο δὲ καὶ καταπίπτειν πρὸς τὴν σελήνην αὐξανομένην.

Ὡς δὲ ταῦτα πρὸς τὸν Ζηνόθεμιν [d] ἀπωδύρετο, Θάῤῥει, ἔφη, ὦ Μενέκρατες, οὔτε γὰρ ἀπορήσεις τῶν ἀναγκαίων, καὶ ἡ θυγάτηρ σου ἄξιον τοῦ γένους εὑρήσει νυμφίον τινά· καὶ ταῦτα ἅμα διεξιὼν, λαβόμενος [e] αὐτὸν τῆς δεξιᾶς, [f] ἦγεν εἰς τὴν οἰκίαν, καὶ τήν τε οὐσίαν πολλὴν οὖσαν ἐνείματο πρὸς αὐτόν· καὶ δεῖπνον παρασκευασθῆναι κελεύσας, εἱστία τοὺς φίλους, καὶ τὸν Μενεκράτην, ὡς δή τινα τῶν ἑταίρων πεπεικὼς ὑποστῆναι τῆς κόρης τὸν γάμον. ἐπεὶ δὲ ἐδεδείπνητο αὐτοῖς, καὶ ἔσπεισαν τοῖς θεοῖς, ἐνταῦθα δὴ μεστὴν αὐτῷ τὴν φιάλην προτείνας, Δέδεξο, εἶπεν, ὦ Μενέκρατες, παρὰ τοῦ γαμβροῦ φιλοτησίαν· ἄξομαι γὰρ ἐγὼ τήμερον τὴν σὴν θυγατέρα Κυδιμάχην· τὴν προῖκα δὲ πάλαι εἴληφα, τάλαντα πέντε καὶ εἴκοσι. τοῦ δὲ ἄπαγε λέγοντος, μὴ σύγε, ὦ Ζηνόθεμι, μὴ οὕτω

promulget. Triſtis ergo Menecrates tum propter damnationem, tum quod ex divite pauper, & ex nobili ignobilis parvo adeo intervallo factus eſſet; maxime cruciabatur ob filiam hanc, nubilem jam & duodeviginti annorum, quam nec cum omni patris ſubſtantia, quam ante damnationem habuerat, voluiſſet aliquis vel ignobilium & pauperum facile, cum infelici illa forma, ducere. Dicebatur autem etiam concidere ad Lunae incrementa.

25. Haec cum deploraret apud Zenothemin, ille, *bono*, inquit, *animo eſto, Menecrates, nec enim neceſſaria tibi deerunt, & filia tua dignum ſuo genere ſponſum inveniet*: ac cum his dictis dextra illius prehenſa domum ſecum ſuam illum deducit: ſuasque opes, quae magnae erant, cum illo dividit, & coena parari juſſa amicos excipit convivio, ipſumque Menecratem, velut amicorum alicui perſuaſiſſet puellae nuptias. Cum vero coenati eſſent, & Dis libaſſent; hic plenam illi phialam propinans, *Accipe*, inquit, *a genero poculum amicitiae! ducam enim ego hodie tuam filiam Cydimachen, dotem accepi olim, talenta quinque & viginti.* Illo vero dicente, *Apage, noli hoc facere Zenothemi, nec ita ego inſaniam, ut videre te*

a Καὶ] Abeſt a *Fl.* *b* Ὀκτωκαιδεκέτις] Ὀκτωκαιδεκαέτις *Fl.* Vulgatae adſentitur P. *c* Ἀγεννῶν] Reſtitut. ex P. L. *J. V2.* marg. *A1.* & Mſ. *Gr.* Εὐγενῶν male *Fl. Ald. Fr. B2. H. P. S. A.* *d* Ἀπωδύρετο] Ex *B1.* & 2. Ἀποδ. cett. omnes. *e* Αὐτὸν] Deeſt in *Fl.* Adeſt in cett. & P. *f* Ἦγεν] Reſtitut. ex L. Ἦειν P. Ἧκεν Edd. omnes.

20. Εὐγενῶν] De Menecratis filia deformi, ἣν οὐδὲ μετὰ πάσης τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς, ἥνγε πρὸ τῆς καταδίκης ἐκέκτητο, ἠξίωσεν ἄν τις τῶν γε εὐγενῶν καὶ πενήτων ῥᾳδίως παραλαβεῖν, οὕτω κακοδαίμονα οὖσαν τὴν ὄψιν. *Quam ne cum omni quidem patris ſubſtantia, quam ante mulctam poſſederat, dignatus fuiſſet quisquam ingenuus ac pauper facile accipere, quae forma eſſet tam infelici.* Sic Eraſmus vertit. Non eſt mirum nullum τῶν εὐγενῶν hoc ſpinturnicium voluiſſe ducere. Omnino ſcribendum ex Mſ. τῶν ἀγεννῶν. *obſcurorum, ex ima plebe.* *J.G.G.*

Ἀγεννῶν] Debetur haec genuina ſcriptura MS. Gr. P. L. & Edd. *J.* & *V2.* nam depravatiſſime in reliquis legitur εὐγενῶν. *M. du S.*

21. Παραλαβεῖν] Proprium eſſe de uxore recipienda, domum deducenda, multis docet Rev. *Elſner.* ad *Euang. Matth.* I. 20. ubi legas: μὴ φοβηθῇς παραλαβεῖν τὴν γυναῖκά σου. *J. F. R.*

24. Ταῦτα πρὸς τὸν Ζηνόθεμιν ἀποδύρετο] Verterat optime Eraſmus per verbum *deploraret*. Id Salmurii futiliter degeneravit in *declararet*, ac perperam in hac editione retentum. Cavebunt ſpero poſteri. *J.G.*

Ταῦτα πρὸς τὸν Ζηνόθεμιν ἀποδύρετο] Turpis macula. Scribe ocyus ἀπωδύρετο. Vertit Salmurienſis *declararet*; quam futilem verſionem jam caſtigavit Cl. *Gronovius* pag. 904. Ed. *Graev.* *J.J.*

Ibid. Ἀπωδύρετο] Hanc vocem emaculavimus. In omni-

te poſſim, juvenem & pulchrum, puellae turpi & male affectae junctum. At ille, haec dicente *patre*, ablata ſponſa in thalamum abit, & inde prodit paullo poſt virginitate illius interfecta: & ab illo inde tempore cum illa vivit vehementer illam amans, & ubique, uti vides, illam ſecum circumducens.

26. Et tantum abeſt, ut hujus eum matrimonii poeniteat, ut potius glorianti eo videatur ſimilis, oſtendens contemni a ſe vel pulchra vel turpia corporis, & divitias, & ſplendorem; reſpici vero amicum & Menecratem, quem non putet deteriorem ad amicitiam ſuffragiis ſexcentorum factum. Veruntamen pro his hoc jam ipſi praemium fortuna retulit: puer enim illi pulcherrimus ex turpiſſima hac natus eſt. Et nuper, cum ſuis illum manibus intuliſſet in Senatum pater, ramo *olivae* redimitum, & pulla veſte indutum, ut miſerabilior videretur pro avo *deprecans*, arriſit Senatoribus puer, & plauſum manibus dedit. Fractus autem *eo ſpectaculo* ſenatus, damnationem remiſit Menecrati; & jam honoribus reſtitutus eſt, advocato tali apud Senatum uſus. Talia, Maſſilienſis dixit, acta a Zenothemi in amici gratiam, non

μανείην, ὡς περιιδεῖν σε νέον καὶ καλὸν ὄντα, κόρῃ αἰσχρᾷ καὶ λελωβημένῃ συγκαταζευγνύμενον. ὁ δὲ, ταῦτα διεξιόντος, ἀράμενος τὴν νύμφην, ἀπῄει ἐς τὸν θάλαμον· καὶ μετ' ὀλίγον προῆλθε, διακορήσας αὐτήν. καὶ τὸ ἀπ' ἐκείνου σύνεστιν ὑπεραγαπῶν, καὶ πανταχῆ ὡς ὁρᾷς περιαγόμενος αὐτήν.

Καὶ οὐχ ὅπως [g] οὐκ αἰσχύνεται τῷ γάμῳ, ἀλλὰ καὶ σεμνυνομένῳ ἔοικεν, ἐπιδεικνύμενος ὡς καταφρονεῖ μὲν τῶν ἐν σώματι καλῶν, ἢ αἰσχρῶν, καὶ πλούτου, καὶ δόξης, ἀφορᾷ δὲ ἐς τὸν φίλον, καὶ τὸν Μενεκράτην· οὐδὲ οἴεται χείρω πρὸς φιλίαν ὑπὸ τῆς ψήφου τῶν ἑξακοσίων γεγονέναι. πλὴν ἤδη γε τούτων οὕτως αὐτὸν ἠμείψατο καὶ ἡ τύχη· παιδίον γὰρ πάγκαλον ἐκ τῆς αἰσχίστης αὐτῷ ταύτης ἐγένετο· καὶ πρώην γε, ἐπεὶ δεξάμενος αὐτὸ εἰσεκόμισεν ὁ πατὴρ [h] εἰς τὸ βουλευτήριον, θαλλῷ ἐστεμμένον, καὶ μέλανα ἀμπεχόμενον, ὡς ἐλεεινότερον φανείη ὑπὲρ τοῦ πάππου, τὸ μὲν βρέφος ἀνεγέλασε πρὸς τοὺς βουλευτὰς, καὶ συνεκρότει τὼ χεῖρε· ἡ βουλὴ δὲ ἐπικλασθεῖσα πρὸς αὐτὸ, ἀφίησι τῷ Μενεκράτει τὴν καταδίκην, καὶ ἤδη [i] ἐπίτιμός ἐστι, τηλικούτῳ συνηγόρῳ χρησάμενος πρὸς τὸ συνέδριον. τοιαῦτα ὁ Μασσαλιώτης ἔλεγε τὸν Ζηνόθεμιν εἰργάσθαι ὑπὲρ τοῦ φίλου, ὡς ὁρᾷς,

οὐ

g Οὐκ] Non adeſſe in ſuo Cod. adlevit collator in marg. *A1W.* *h* Εἰς] Reſtitui ex *J.* & *S.* Nam omiſſum in *P. H.* &c. *i* Ἐπίτιμος] Et ſic habere *Fl.* ac *Fr.* cum *J.* notat *Solan.* Sed habent etiam *P. H. B2.* aliaeque.

omnibus enim exceptis *Baſſ.* ὑπὸ —— legebatur. *M. du S.*

Ἀπωδύρετο] Quod *Gronov.* monet, *cavebunt poſteri*, id Cl. *Geſner.* vel ſine hac monitione praeſtitiſſet, ut praeſtitit: quod Bened. *declararet* dederit, id vitium typographicum credo, quum *declamaret* voluerit; idque forſan eadem notione accipi voluit, qua *deplorare*; nam Graeci verbi vim ei incognitam fuiſſe, prorſus eſt ἀδύνατον, quod vero *Graeviana* Ed. id ſervarit, magis culpandum. *J. F. R.*

29. Ἧγεν] Sic recte L. In P. ἤεσεν. In impreſſis vero ἥκεν. *M. du S.*

43. Συγκαταζευγνύμενον] Qui neſcit τὸ ζεύγνυμι ejusque compoſita de matrimonio junctis aut jungendis adhiberi ſolitum, adeat Rever. *Jac. Elſner.* ad *Euang. Marc.* X. 9. *J. F. R.*

63. Βουλ..] Citat haec verba *Suidas* in ἐπιτιμ. Sed ibi corrupte pro αὐτὸ legitur αὐτόν. Quod cum Doctiſſimo Editori contubernali tum indicaſſem, & cum pauculis aliis in ſchedula annotatum tradidiſſem, ea caſu aliquo deperdita, in ea Editione omiſſum fuit: quod tamen ei fraudi eſſe, tantillum cum ſit, ob alia & multa laude ſane digna, in ea Editione ab eo ſummo labore praeſtita, nolim. *M. du S.*

65. Ἐπίτιμος] Bene monuit Cl. *Hemſterh.* in marg. adeundum *Dukerum* ad *Thucyd.* p. 339. No. 25. Cum enim & *Thucyd.* V. c. 34. habeat, καὶ ὄντες ἐπίτιμοι, & Cl. *Duk.* illud verbum ex *Th. Mag. Suid.* atque auctore Etymologici, hocque Luciani loco probet, ſatis patet probam eſſe Luciani vulgatam, neque id in ἐπίτιμος mutandum; ſed ſignificare, *qui integra fama & exiſtimatione eſt.* *J. F. R.*

70. Παλ-

οὐ μικρὰ, οὐδὲ ὑπὸ πολλῶν ἂν Σκυθῶν γενόμενα· οἵγε κἂν τὰς παλλακὰς ἀκριβῶς τὰς καλλίστας ἐκλέγεσθαι λέγονται.

Λοιπὸς ἡμῖν ὁ πέμπτος· καί μοι δοκῶ οὐκ ἄλλον ἐρεῖν, Δημητρίου τοῦ Σουνιέως ἐπιλαθόμενος. συνεκπλεύσας γὰρ ἐς τὴν Αἴγυπτον ὁ Δημήτριος, Ἀντιφίλῳ τῷ [a] Ἀλωπεκῆθεν, ἑταίρῳ ἐκ παίδων ὄντι καὶ συνεφήβῳ, συνῆν καὶ συνεπαιδεύετο, αὐτὸς μὲν τὴν Κυνικὴν ἄσκησιν ἀσκούμενος ὑπὸ τῷ Ῥοδίῳ ἐκείνῳ σοφιστῇ· ὁ δὲ Ἀντίφιλος ἰατρικὴν ἄρα ἐμελέτα. καὶ δή ποτε ὁ μὲν Δημήτριος ἐτύγχανεν ἐς τὴν Αἴγυπτον ἀποδημῶν κατὰ θέαν τῶν πυραμίδων καὶ τοῦ Μέμνονος. ἤκουε γὰρ ταύτας, ὑψηλὰς οὔσας, μὴ παρέχεσθαι σκιάν· τὸν δὲ Μέμνονα βοᾶν πρὸς ἀνατέλλοντα τὸν ἥλιον. τούτων ἐπιθυμήσας Δημήτριος, θέας μὲν τῶν πυραμίδων, ἀκροάσεως δὲ τοῦ Μέμνονος, ἀναπεπλεύκει κατὰ τὸν Νεῖλον, ἕκτον

parva, ut vides, neque a Scythis multis expectanda, qui quidem pellices etiam pulcherrimas cum cura dicantur eligere.

27. Supereſt nobis quintus: & videor mihi non alium dicturus, Sunienſi Demetrio praetermiſſo. Cum navigaſſet enim in Aegyptum Demetrius cum Antiphilo Alopecienſi, ſuo a pueris inde ſodali & aequali, *ibi* una vivebat atque inſtitüebatur, Cynicas ipſe ſectatus exercitationes, ſub Sophiſta illo Rhodio; Antiphilus autem medicinam meditabatur. Aliquando Demetrius peregrinatur per Aegyptum Pyramidas viſurus & Memnonem. Audierat enim illas, quantumvis altas, umbram non praebere; Memnonem autem ad Orientem ſolem exclamare. Horum ergo cupidus, nempe videndarum Pyramidum, ac Memnonis audiendi, adverſo Nilo ſextum jam men-

[a] Ἀλωπικῆθεν] Conſtans Edd. lectio.

70. Παλλακὰς] Plures fuiſſe Scythis uxores & concubinas, infra clarius patebit c. 39. Idem de Thracibus ex *Menandri* fragmento conſtat a *Strabone* in eam rem adducto, calculoque ſuo comprobato, Lib. VII. p. 297. Ed. *Par.* qua de re infra pluribus. *M. du S.*

73. Δημητρίου] Idem de quo *Philoſtratus* IV. 24. qui VI. 33. in quibusdam Codd. Σουνιεὺς pro vulgato Κύων dicitur; vide etiam noſtrum Ὀρχ. c. 63. Unicus reſtat ſcrupulus, quod Demetrius iſte, quicunque tandem eſt, etiam tum, cum Auctor haec ſcriberet, in vivis fuiſſe videtur, vide c. 33. & 34. *M. du S.*

75. Τῷ Ἀλωπεκῆθεν] *Alciphr.* III. Ep. 37. pr. ᾔειν εἰς Ἑρμαφροδίτου, τῷ Ἀλωπεκῆθεν ταύτην ἀναθήσουσα. De pago autem Attico Ἀλωπεκὴ vel Ἀλωπεκαὶ vid. *Meurſ.* de pag. Att. Et reliq. Att. p. 7. Ubi ex *Aeſchine* docet abfuiſſe ab Urbe ſtadiis circiter duodecim. Et ex *Ariſtaen.* I. Ep. 4. Ἱππίας ὁ καλὸς, ὁ Ἀλωπεκῆθεν &c. adfert, qui eod. modo adverbialiter cum articulo ponit, ut Lucian. *J. F. R.*

76. Ἐκ παίδων] Modo ἐκ παιδὸς, ut *Alciphr.* I. p. 30. modo ἐκ παίδων. Pluralis tamen hic frequentior. Supra c. 12. φίλος ἐκ παίδων ἦν. Adde *Demon.* c. 3. & alibi. *Herodian.* III. 15. 11. At ibi ἀμφοτέρους praemittitur, adeoque nihil mirum. Sed quid plura in re nota? Latini aeque *a pueris* dicunt atque *a puero*, & prius quidem frequentius. *J. F. R.*

78. Ῥοδίῳ —— σοφιστῇ] Quis ille Rhodius Sophiſta Cynicus? An Agathobulus ille, de quo Δημων. c. 3. & Περ. c. 17.? Sed ſi *Cynicus*, cur *Sophiſta* audit? Niſi forſan *Impoſtorem* intelligat, ut Περ. c. 13. & paſſim. *M. du S.*

84. Μέμνονα βοᾶν] Exſtabat revera Luciani tempore decantata illa Memnonis ſtatua. Vide Φιλοψ. c. 33. *Philoſtr.* p. 232. & lege omnino *Strabonem*, qui ipſe ſe eam Thebis vidiſſe narrat XVII. p. 816. *M. du S.*

86. Πυραμίδων — Μέμνονος] Pyramides ſtructuræ ſunt ex ſaxis aut lateribus, ab imo amplæ, in ſummo acutæ, atque in altam molem evectæ, ad nihil quam ad effundendum opes inventæ. Memnonis autem hujus cineres in aves transmutati feruntur, quæ magnis gregibus e diverſis locis ſingulis annis ad ſepulcrum Memnonis convolare, atque ibi primum querulas voces edere, deinde inter ſe dimicare dicuntur. *Ovid.* Lib. XIII. Metam. *Lucian.* in Philopſ. *G. C.*

87. Ἀναπεπλεύκει κατὰ τὸν Νεῖλον ἕκτον ἤδη μῆνα] Adſumpſit ab Eraſmo Benedictus *ſextum jam menſem adverſo Nilo navigabat.* Quod quis unus homo fecit unquam? aut ſi quis feciſſet, qui non oportuiſſet fieri, ut ab illo detegerentur fontes Nili? ſed fieri id non poterat, & Nilus non niſi ad Elephantinen erat bene navigabilis. Sed neque id dicere vult Lucianus; ſed illum ſex menſes in iſta peregrinatione conſumpſiſſe, non utique ſemper navigando per adverſum Nilum, ſed per Nilum: verſus interiora ac mediterranea cœperat navigare in Nili alveo abhinc jam ſextum menſem. Κατὰ non magis de adverſo, quam de ſecundo amne ſumi docet vel ipſe Lucianus in Jove Tragœ-

menſem navigaverat, relicto Antiphilo, quem via & aeſtus deterruerant.

28. At hic interim in calamitatem incidit, quae maxime generoſo amico indigeret. Servus enim illius Syrus nomine & patria, ſocietate cum ſacrilegis quibusdam inita, ingreſſus cum illis eſt templum Anubidis. Hi ſpoliato Deo, phialas ex auro duas, & ſceptrum aureum ipſum quoque, & canino capite ſigilla Dei argentea aliaque id genus, deponunt apud Syrum omnia. Deinde incidentes *in vincula* (deprehenſi enim fuerant vendentes aliquid) omnia ſtatim, rota cum torquerentur faſſi ſunt, ductique in hoſpitium Antiphili venerunt, protuleruntque res furtivas ſub lectulo quodam in obſcuro jacentes. Syrus ergo vinctus ſtatim eſt, & herus illius Antiphilus; hic quidem, dum magiſtrum audit, ab-

ἤδη μῆνα, ὀκνήσαντα πρὸς τὴν ὁδὸν καὶ τὸ θάλπος, ἀπολιπὼν τὸν Ἀντίφιλον.

Ὁ δὲ ἐν τοσούτῳ συμφορᾷ ἐχρήσατο, μάλα γενναίου τινὸς φίλου δεομένῃ. οἰκέτης γὰρ αὐτοῦ Σύρος, καὶ τοὔνομα, καὶ τὴν πατρίδα, ἱεροσύλοις τισὶ κοινωνήσας, συνεισῆλθέ τε αὐτοῖς ἐς τὸ Ἀνουβείδιον, καὶ ἀποσυλήσαντες τὸν θεὸν, χρυσᾶς τε φιάλας δύο, καὶ κηρύκιον χρυσοῦν καὶ τοῦτο, καὶ [b] κυνοκεφάλους ἀργυροῦς, καὶ ἄλλα τοιαῦτα, κατέθεντο πάντα παρὰ τῷ Σύρῳ· εἶτ᾽ ἐμπεσόντες (ἑάλωσαν γάρ τι [c] ἀπεμπολοῦντες) ἅπαντα εὐθὺς ἔλεγον στρεβλούμενοι ἐπὶ τοῦ τροχοῦ, καὶ ἀγόμενοι ἧκον ἐπὶ τὴν οἰκίαν τοῦ Ἀντιφίλου, καὶ τὰ φώρια ἐξέφερον ὑπὸ κλίνῃ [d] τινὶ ἐν σκοτεινῷ κείμενα. ὅ, τε [e] οὖν Σύρος ἐδέδετο εὐθὺς, καὶ ὁ δεσπότης αὐτοῦ Ἀντίφιλος· οὗτος μὲν καὶ μεταξὺ ἀκροώμενος τοῦ διδασκάλου [f] ἀνασπασθεὶς· ἐβοήθει δὲ

b Κυνοκεφάλους] Κεκρυφάλους P. & marg. *A1*. Nil mut. *Fl.* *J.* *P.* &c. *c* Ἀπεμπολοῦντες] Deſerui ſcripturam Ed. *P.* quae ἀ—πωλοῦντες media longa. pro qua ο eſt in *J.* aliisque. *d* Τινὶ] Τῇ *Fl.* Τινὶ etiam P. Cod. cum cett. Edd. *e* Οὖν] Deeſt in *Fl.* *f* Ἀνασπασθεὶς] Ἀναρπασθεὶς *Fl.* cum marg. *A1*. Vulgatae ſuffragatur P.

gœdo ſcribens, τὰ δ᾽ ἄλλα κατὰ ῥοῦν φέρεται, & ταυτὶ μὲν ἤδη κατὰ ῥοῦν προχωρεῖ τῷ Δάμιδι. *J.G.*

Ἀναπεπλεύκει κατὰ τὸν Νεῖλον] *Adverſo Nilo* & nos interpretamur, non quo κατὰ τὸν Νεῖλον hoc ſignificet; ſed ob verbum ἀναπεπλεύκει, & ipſam rationem itineris, ab Alexandrea, ut apparet, in Aegypti interiora inſtituti. Scrupulum de ſex menſibus ipſe jam vir doctus bene removit. Adverſo fluvio navigavit Demetrius, ſed non uno tenore ſcilicet, verum ut paſſim, quoties videretur, ad dextram, ad ſiniſtram, excurreret &c. ut Phoenices, qui Africam primi circumnavigarunt, triennium ei rei impenderunt apud *Herod.* 4, 42. Quin plusquam perfecti ratio etiam hic habenda: ſermo eſt de profectione; jam poterat eſſe occupatus in reditu. Sex menſes enim ſatis ſuperque his; quae de Antiphilo jam narrabuntur, ſufficiunt. Recte igitur *adverſo Nilo* ſervavit etiam *Solanus.* *J.M.G.*

96. Κηρύκιον] Sic Libri omnes; forſan tamen aliud quid ſub hac voce latet, quod ſine Codd. MSS. ope eruere non poſſum. *M. du S.*

98. Ἐμπεσόντες] Juſſerat in marg. *Solan.* conferri infra Δικ. §. 5. Ibi invenias: ὃς παραδοθεὶς τοῖς ἕνδεκα, καὶ ἐς τὸ δεσμωτήριον ἐμπεσών. Sed ἐμπίπτειν εἰς τινὰ eſt *irruere in aliquem*, *invadere.* Supra *Tim.* c. 23. & paſſim. *Long. Paſt.* 2. p. 78. λύκος ἐμπεσὼν, de lupo irruente in gregem. At oppoſito ſenſu pro incidere in quem, quaſi in rete, Noſter *Tim.* §. 25. Nec non pro *incidere*, *obviam venire*, *Long. Paſt.* I. p. 25. (al. 18.) ἡ μὲν — ἐπανθοῦν ἐνέπιπτε τὸ κάλλος, καὶ ἐτήκετο. Ubi forte tamen ἐπ᾽ ἀνθοῦν diſcretim ſcribendum, ſed legitur ἐπανθοῦν in tribus quas conſului Edd. *J.F.R.*

99. Ἀπεμπολοῦντες] Etſi ſimplex πωλέω *vendo* primam habet longam, ideoque ſuſpicor, verius ad etymon accedere ſcripturam Ed. *P.* quae ἀπεμπωλ. dedit; tamen ab ea receſſi, non modo quia cett. Edd. recedunt, ſed quia & alibi apud Noſtrum aliosque media correpta ſcribitur conſtanter, ut ſupra T. I. *de Merced. Cond.* c. 23. pr. c. 24. verſ. 34. Item *Alciphr.* III. Ep. 3. p. 280. Et eod. Lib. Ep. 46. p. 376. Ut alia teſtimonia brevitatis ergo omittam. Veniam igitur oro erroris in *Piſcat.* c. 27. verſ. 27. ſupine admiſſi; quandoquidem ibi *Pariſinae* Editionis orthographiam, ἀπημπώλησεν media longa exhibentis, ſum ſecutus, dum & ibi ceterae recte brevem haberent, quas tamen ideo adcuratius perſpicere neglexi, quod corrupte ἀμπημπολ. haberent. At hoc levius eſt, quam quod ibid. Codd. quoque in nota *Solani* dicantur ita exhibere mediam longam; quod ego, non ſatis inveſtigans confuſiorem notarum iſtarum ſcripturam, arbitrabar ita eſſe. Jam vero iſta recognoſcens, & ad margines librorum revertens, in quibus collationes codicum ſunt conſignatae, invenio in his adcurate notatum, MSſ. O. P. L. omnino habere ἀπημπό

δὲ οὐδείς, ἀλλὰ καὶ οἱ τέως ἑταῖροι, ἀπεστρέφοντο ὡς τὸ Ἀνουβείδιον σεσυληκότα, καὶ ἀσέβημα αὐτῶν ἡγοῦντο εἶναι, εἰ συνέπιόν ποτε ἢ συνειστιάθησαν αὐτῷ. καὶ οἱ λοιποὶ δὲ τῶν οἰκετῶν, δύο ὄντες, ἅπαντα ἐκ τῆς οἰκίας συσκευασάμενοι, ᾤχοντο φεύγοντες.

Ἐδέδετο οὖν ὁ ἄθλιος Ἀντίφιλος πολὺν ἤδη χρόνον, ἁπάντων, ὅσοι ἦσαν κακοῦργοι ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ, μιαρώτατος εἶναι δοκῶν. καὶ ὁ ἐπὶ τῶν [a] δεσμῶν Αἰγύπτιος, δεισιδαίμων ἄνθρωπος, ᾤετο χαριεῖσθαι καὶ τιμωρήσειν τῷ θεῷ, βαρὺς τῷ Ἀντιφίλῳ ἐφεστώς. εἰ δ᾽ [b] ἀπολογοῖτό ποτε λέγων, ὡς οὐδὲν τοιοῦτον εἴργασται, ἀναίσχυντος ἐδόκει, καὶ πολὺ πλέον ἐπὶ τούτῳ ἐμισεῖτο. ὑπενόσει τοιγαροῦν ἤδη, καὶ πονήρως εἶχεν, οἷον εἰκὸς χαμαὶ καθεύδοντα, καὶ τῆς νυκτὸς οὐδὲ ἀποτείνειν τὰ σκέλη δυνάμενον, ἐν τῷ ξύλῳ [c] κατακεκλεισμένα· τῆς μὲν γὰρ ἡμέρας ὁ κλοιὸς ἤρκει, καὶ ἡ ἑτέρα χεὶρ πεπεδημένη· εἰς δὲ τὴν νύκτα ἔδει ὅλον καταδεδέσθαι· καὶ μὴν καὶ τοῦ οἰκήματος ἡ δυσοσμία, καὶ τὸ πνῖγος, ἐν ταυτῷ πολλῶν δεδεμένων, καὶ ἐστενοχωρημένων, καὶ μόλις ἀναπνεόντων, καὶ τοῦ σιδήρου ὁ ψόφος, καὶ ὕπνος ὀλίγος, ταῦτα πάντα χαλεπὰ ἦν καὶ ἀφόρητα, οἵῳ ἀνδρὶ ἐκείνων ἀήθει, καὶ ἀμελετήτῳ πρὸς οὕτω σκληρὰν τὴν δίαιταν.

Ἀπαγορεύοντος δὲ αὐτοῦ, καὶ μηδὲ σῖτον

ſtractus, auxiliante nemine, ſodalibus qui adhuc fuerant, eum, velut qui Anubidis aedem ſacrilegio violaſſet, averſantibus, impiatosque ſe putantibus, ſi quando cum ipſo compotationem aut coenam obiiſſent. Caeteri autem ſervi duo, convaſatis, quae in domo erant, omnibus, aufugere.

29. Vinctus igitur miſer Antiphilus jam ſatis diu, & pro impuriſſimo omnium, quotquot malefici in carcere erant, habitus fuerat: & commentarienſis Aegyptius, ſuperſtitioſus homo, putabat gratum facere ſe Deo, & illius ulciſci injurias, ſi gravis inſtaret Antiphilo. Si vero quando cauſſam diceret, ſe nihil tale feciſſe, impudens videbatur, majorique eam ipſam ob cauſſam erat in odio. Jam igitur aegrotabat aliquantum, & male habebat, ut probabile erat qui jaceret humi, & ne noctu quidem extendendorum pedum facultatem haberet, incluſorum nempe nervo: interdiu enim numella ſufficiebat, & manus altera compedita: noctu autem vinciri totum oportebat. Verum etiam foedus odor carceris, & aeſtus, multis in eodem loco vinctis & anguſte confertis, vixque reſpirantibus, & ferri ſtridor, & parum ſomni; haec omnia difficilia erant atque intolerabilia, velut inſueto talium viro, & ad durum adeo victum non exercitato.

30. Jam deſpondebat animum, jam nec ci-

a Δεσμῶν] Et ſic habere *Fl.* cum *J.* & *S.* notat *Solan.* Sed & ſic *P. H.* &c. *b* Ἀπολογοῖτό] Et hic vulgatae adſentiri Coll. *Fl. J.* notat idem. *c* Καταχεκλεισμένα] Ἀποκεκλ. *Fl.* Vulgatam tuetur P.

πόλησιν, aeque ac in ceteris Luciani locis modo adlegatis. Plura igitur ex aliis auctoribus non addam, praeter unum hoc *Ariſtophanis* Acharn. verſ. 373. Κἀνταῦθα λανθάνουσ᾽ ἀπεμπολώμενοι, unde etiam patet, ſyllabam πολ. in verſu brevem eſſe. *J.F.R.*

17. Ὁ ἐπὶ τῶν δεσμῶν] Cur *Solan.* varietatem quaeſierit, neſcio. Quidni enim *ὁ ἐπὶ τῶν δεσμῶν cuſtodiae praefectum* ſignificet, aeque ac apud LXX. *Dan.* VI. 7. *οἱ ἐπὶ τῆς βασιλείας praepoſitos regno, ſatrapas aut praeſides* notat, non video. Plenius *Herodian.* III. 3. 12. *οἱ ἐπὶ ἐρύματος φύλακες.* Sed & ſaepe *οἱ ἐπὶ*, ſine ſubſtantivo perſonae uſurpari, ut *ὁ ἐπὶ τῶν ἐπιστολῶν*, *ὁ ἐπὶ τῶν ξενίων*, ex *H. Steph.* de L. Graec. & Gall. conv. p. 91. Obſ. 6. notavit Frater cariſſ. G. O. *Reitz.* in Belg. Graeciſſ. p. 471. —2. *J.F.R.*

25. Τῷ ξύλῳ κατακεκλεισμένα] Ex mala interpunctione mala olim verſio nata; quum enim comma poſt *νυκτὸς* eſſet poſitum, dederant, *utpote qui humi cubaret, idque etiam noctu*, quare id comma ſuſtuli, probe monente Rev. *J. Elſnero* ad Act. Apoſt. XVI. 24. ubi habemus: *τοὺς πόδας αὐτῶν ἠσφαλίσατο εἰς τὸ ξύλον.* Qua occaſione plura adfert ad explicandum captivos ligno vinciendi morem; eum igitur adeat curioſus Lector, cum Commentatoribus ad *Ariſtophanis* varia loca ibi producta. *J.F.R.*

26. Ὁ κλοιὸς ἤρκει] Hæc inſtrumenta intellexiſſe arbi-

cibum capere volebat ; cum tandem redit etiam Demetrius , nihil eorum ſciens quae contigiſſent. Ubi vero reſcivit ut erat, curriculo ſtatim veniens ad carcerem , tum quidem non admittitur: erat enim veſpera, commentarienſis clauſa diu janua quieſcebat, cuſtodia reliqua ſervis tradita. Mane autem , cum multum ſupplicaſſet , intro mittitur. Ingreſſus ergo diu requirit Antiphilum, qui jam prae malis noſci vix poterat , & circumiens ſingulos vinctorum inſpicit , ut ſolent qui ſuos mortuos, jam corruptos, requirunt in acie. Et niſi nomen exclamaſſet , Antiphilum Dinomenis F. diutius etiam , quis eſſet , ignoraturus erat , adeo malis illis immutatus fuerat. Cum vero voce agnita exclamaret , & illi accedenti, dimovens atque abducens a vultu comam ſqualidam conciliatamque , ſe quis eſſet oſtenderet; ambo quidem ſtatim, vertigine ab inexpectato ſpectaculo correpti, concidunt. Spatio autem temporis recipiens ſe pariter , atque Antiphilum *recreans* Demetrius , diſtincte ſingula uti ſe haberent ab eo cum ſciſcitando comperiſſet, bono illum animo eſſe jubet, & diviſo palliolo dimidia ipſe parte amicitur , alteram dat illi, detractis ſordidis detritisque, quos habuerat, pannis.

αἱρεῖσθαι θέλοντος, ἀφικνεῖται ποτὲ καὶ ὁ Δημήτριος, οὐδὲν εἰδὼς τῶν ἤδη γεγενημένων. καὶ ἐπειδὴ ἔμαθεν, ὡς εἶχεν, εὐθὺς ἐπὶ τὸ δεσμωτήριον δρομαῖος ἐλθὼν, τότε μὲν οὐκ εἰσεδέχθη, ἑσπέρα γὰρ ἦν· καὶ ὁ [d] δεσμοφύλαξ πάλαι κεκλεικὼς τὴν θύραν ἐκάθευδε, φρουρεῖν τοῖς οἰκέταις παρακελευσάμενος· ἕωθεν δὲ εἰσέρχεται, πολλὰ ἱκετεύσας· καὶ παρελθὼν ἐπιπολὺ μὲν ἐζήτει τὸν Ἀντίφιλον, ἄδηλον ὑπὸ τῶν κακῶν γεγενημένον, καὶ περιϊὼν ἀνεσκοπεῖτο καθ' ἕκαστον τῶν δεδεμένων, ὥσπερ [e] εἰώθασιν οἱ τοὺς οἰκείους νεκροὺς, ἤδη ἑώλων ὄντων ἀναζητοῦντες ἐν ταῖς παρατάξεσι. καὶ εἴ γε μὴ τοὔνομα ἐβόησεν, Ἀντίφιλον Δεινομένους, κἂν ἐπιπολὺ ἠγνόησεν ἂν ὅστις ἦν, τοσοῦτον [f] ἤλλακτο ὑπὸ τῶν δεινῶν. ὡς δὲ τὴν φωνὴν αἰσθόμενος ἀνεβόησε, καὶ προσιόντος, διαστείλας τὴν κόμην, καὶ [g] ἀπαγαγὼν τοῦ προσώπου αὐχμηρὰν καὶ συμπεπιλημένην, ἔδειξεν αὐτὸν ὅστις ἦν, ἄμφω μὲν αὐτίκα πίπτουσιν ἰλιγγιάσαντες ἐπὶ τῇ ἀπροσδοκήτῳ θέᾳ. χρόνῳ δὲ ἀναλαβὼν αὐτόν τε καὶ τὸν Ἀντίφιλον ὁ Δημήτριος, καὶ σαφῶς ἕκαστα ὡς εἶχεν ἐκπυθόμενος παρ' αὐτοῦ, θαῤῥεῖν τε παρακελεύεται· καὶ διελὼν τὸ τριβώνιον, τὸ μὲν ἥμισυ αὐτὸς ἀναβάλλεται, τὸ λοιπὸν δὲ ἐκείνῳ δίδωσιν, ἃ εἶχε πιναρὰ καὶ [h] ἐκτετρυχωμένα ῥάκη περισπάσας.

Καὶ

d Δεσμοφύλαξ] Sic *J. H. P. S. B2.* Δεσμωφύλαξ *Fl.* *e* Εἰώθασιν] Sic recte P. & marg. *A1W.* Εἰώθεσαν male *J. P. H. S.* &c. *f* Ἤλλακτο] Bene ſic *P. S.* & *B2.* Ἤλακτο male *J. Fl. H. Ald.* *g* Ἀπαγαγὼν] Reſcriptum ex L. P. Ἀπάγων Edd. priores. Ἀπαγαγῶν marg. *A1.* *h* Ἐκτετρυχωμένα] Sic Edd. omnes.

bitror *Prudent*. in hymn. 1. & 5. περὶ στεφάν. *Cataſta* autem inter alia machinam ſignificat longæ & magnæ compedis formæ, qua ſervi vincti tenebantur , qualis a *Prudentio* deſcribitur in Vincent. *G.C.*

Ὁ κλοιὸς ἤρκει] Conf. ſupra *Apol. pro Merced*. c. 1. p. m. *J.F.R.*

41. Δεσμοφύλαξ] Non parui Florentinae mediam longam exhibenti ; nam & ipſa mox c. ſeqq. 31. & 32. δεσμοφύλακι & δεσμοφύλακα cum ceteris legit. *J. F.R.*

48. Εἰώθασιν] Sic P. optime. In reliquis εἰώθεσαν. *M.duS.*

55. Ἀπαγαγὼν] P. & L. In reliquis ἀπάγων , minus commode. *M. du S.*

59. Αὐτόν ,τε] Sic etiam legere Florentinam adſcripſerat *Solan*. quid illud mirum ? Recte enim τε cum καὶ jungi quis tandem dubitaverit ? Vidimus id T f. *de Merced*. c. 26. pr. No. 8. adde *Hom*. Il. Z. 351 — νέμεσίν τε καὶ αἴσχεα &c. Ibid. 310. Ἄστυ τε καὶ Τρώων ἀλόχους, ac millies alibi. *Herodian*. I. 1. φράσεως τε καὶ εὐφωνίας. *Aelian*. II. 13. pr. Et ſic ap. omne› ne excepto quidem *Novo Teſt*. in quo vel tricie occurrit. Sed fors αὐτὸν voluit adſpirari, quod con-do. *J.F.R.*

64. Ἐκτετρυχωμένα] *Th. Mag*. v. περιεσπάσθη haec

Lu..

Καὶ τὸ ἀπὸ τούτου, πάντα τρόπον συνῆν, ἐπιμελούμενος αὐτοῦ καὶ θεραπεύων. παραδοὺς γὰρ ἑαυτὸν τοῖς ἐν τῷ λιμένι ἐμπόροις, ἕωθεν εἰς μέσην ἡμέραν, οὐκ ὀλίγον ἀπέφερεν ἀχθοφορῶν. εἶτ' ἐπανελθὼν ἐκ τοῦ ἔργου, μέρος μὲν τοῦ μισθοῦ τῷ [a] δεσμοφύλακι καταβαλὼν, τιθασὸν αὐτῷ καὶ εἰρηνικὸν ἀπειργάζετο αὐτόν· τὸ λοιπὸν δὲ εἰς τὴν τοῦ φίλου θεραπείαν ἱκανῶς αὐτῷ διήρκει, καὶ τὰς μὲν ἡμέρας [b] συνῆν τῷ Ἀντιφίλῳ παραμυθούμενος· ἐπεὶ δὲ νὺξ καταλάβοι, ὀλίγον πρὸ τῆς θύρας τοῦ δεσμωτηρίου, στιβάδιόν τι ποιησάμενος, καὶ φύλλα ὑποβαλλόμενος, ἀνεπαύετο. χρόνον μὲν οὖν τινα οὕτω διῆγον, εἰσιὼν μὲν ὁ Δημήτριος ἀκωλύτως, ῥᾷον δὲ φέρων τὴν συμφορὰν ὁ Ἀντίφιλος.

Ὕστερον δὲ ἀποθανόντος ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ λῃστοῦ τινος ὑπὸ φαρμάκων, ὡς ἐδόκει, φυλακή τε ἀκριβὴς ἐγένετο, καὶ οὐκέτι παρῄει [c] τις ἐς τὸ οἴκημα τῶν λελυμένων. ἐφ' οἷς ἀπορῶν καὶ ἀνιώμενος, οὐκ ἔχων ἄλλως

31. Atque ab eo inde tempore, quocumque modo poterat, cum illo erat, curam illi & miniſterium ſuum accommodans. Locata enim mercatoribus in portu opera ſua, a mane inde ad meridiem, non parvam pro geſtandis oneribus *mercedem* referebat. Tum rediens ab opere, parte mercedis commentarienſi ſoluta, manſuetum ſibi illum ac placatum reddebat, reliquum autem ad amicum curandum ſufficiebat. Ac interdiu erat cum Antiphilo ejus ſolandi cauſſa; nocte autem ingruente non procul a janua carceris, in lectulo quem ſubſtratis ſibi foliis fecerat, quieſcebat. Aliquanto igitur tempore hunc in modum vixere, intrans nullo prohibente Demetrius, Antiphilus autem lenius ita ferens calamitatem.

32. Poſtea, cum latro aliquis in carcere mortuus eſſet a veneno, ut putabatur: & cuſtodia accurate fieri, nec admitti quiſquam ſolutorum in carcerem. Qua de re inops conſilii & aegre ferens, cum alia condi-

a Δεσμοφύλακι] Nihil jam in orthographia hac mutat *Fl.* nec c. ſeq. *b* Συνῆν] Παρῆν marg. *A*1. *c* Τις] Οὐδὲ εἷς P. Item marg. *A*1*W.*

Luciani adferens, ἐκτετριχωμένα habet, non ἐ—τρυχ. Et id quoque Luciano non incongruum arbitror, ut ſit: *pilis nudati.* modo aliunde etiam conſtet probum eſſe verbum, quod nondum obſervavi. Sed analogiae non repugnat. Nihil notaverat de lectionis hujus conſtantia vel varietate *Solanus* noſter: quare Editiones novem ſtudioſe conſului, omnes tamen in ἐκτετρυχ. conſpirare cognovi. *J.F.R.*

71. Μέρος μὲν τοῦ μισθοῦ — καταβαλὼν, τιθασὸν αὐτῷ — ἀπειργάζετο] *Alciphr.* I. Ep. 23. p. 96. καὶ καταβαλὼν ὀβολοὺς δύο, καὶ τὸν βαλανέα τούτοις ἵλεων καταστήσας. Quod etſi non magni momenti eſt, moneo tamen *Berglerum* ibi & haec Luciani adduxiſſe, non addita pag. ſcribit autem τιθασὸν αὐτῷ in Luciani loco, quod & ego feci, etſi Edd. hic αὐτῷ habent. *J.F.R.*

88. Προσελθὼν τῷ συναρ.] In L. ἐλθὼν πρὸς τὸν ἁρμοστήν. Quae ultima vox magis arridet quam vulgata. Quid enim eſt hic συναρμοστής? Ἁρμοστὴς autem quid ſit, vidiſti jam c. 17. nempe idem quod mox c. 33. ὁ τὴν Αἴγυπτον ἐπιτετραμμένος. *M. du S.*

Προσελθὼν τῷ συναρμοστῇ] At ſupra c. 17. f. ἁρμοστῇ. *J.F.R.*

Ibid. Συναρμοστῇ] Uti ſupra c. 17. τὸν ἁρμοστὴν, ὃς ἥρμοστε τὴν Ἀσίαν, *Proconſulem*, *Praeſidem* certe & *Rectorem* provinciae *Ordinarium* intelligebam: ita hic συναρμοστὴν *Legatum* dici arbitror, cui mandata a Praeſide juriſdictio. Non miſſos eſſe in Aegyptum Senatorios viros, Proconſules aut Propraetores, cum faſcibus, ſed ἐπάρχους Praefectos Auguſtales, minori & equeſtri dignitate homines, notum eſt, & monuit *Spanh.* diſſ. 10, 1. p. 92. Interim hoc tamen manet, Luciano ἁρμοστὴν eſſe magiſtratum ordinarium, συναρμοστὴν, ejus vicarium. Ille ὁ τὴν Αἴγυπτον ἐπιτετραμμένος paullo poſt vocatur. *J.M.G.*

91. Καὶ ἀχθεὶς παρὰ τὸν Ἀντίφ.] Sentio hic aliquid a facilitate & candore Luciani alienum. Non offenderer, ſi illud ἀχθεὶς abeſſet, quod ut ſignarem, *ductus* in verſione Latina uncis incluſi. Sed poteſt fieri, ut pro ἀχθεὶς aliud verbum dederit auctor, quod melius huc conveniat. Illud apparet, poſt καὶ intelligi denuo verbum ἀπήγετο, quod ſi cum ἀχθεὶς jungi voluit omnino Lucianus, habeat ſibi, & ſuſpicionem noſtram rideat. *J.M.G.*

93. Παρ' αὐτοῦ] Raro admodum exemplo in omnibus ſcriptum erat παρὰ αὐτοῦ. *M. du S.*

Παρὰ αὐτοῦ] Non certe adeo rara eſt ejuſmodi ſcriptura, ac *Solanus* praedicat, ut non ſemel jam vidimus. Conf. notata ad *Apol. pr. Merc.* c. 11. & *Quom. Hiſt.* c. 5. No. 92. Addo hic *Long. Paſt.* IV. 222. Ed. *Moll.*

ditione adeſſe non poſſet amico, Legatum Praefecti adiens ipſe ſe defert, ac ſi expeditionis contra Anubin ſuſceptae ſocius fuiſſet. His autem dictis abducitur ſtatim in carcerem, & [ductus] ad Antiphilum. Hoc enim aegre multum ſupplicans a commentarienſi impetraverat, ut prope Antiphilum, & numellis iiſdem includeretur. Hic ergo vel maxime benevolentiam declaravit, qua illum complecteretur: qui ſua mala negligeret, quamvis ipſe quoque aegrotans, curaretque, ut ille & quieſceret plurimum, & minus affligeretur. Itaque paullo lenius ferebant mala communia.

33. Aliquamdiu poſt vero ejusmodi quiddam incidens, ulteriori illorum infelicitati finem impoſuit. Vinctorum enim unus limae copiam neſcio unde nactus, aſſumtis in conjurationem compeditorum pluribus, diſſecat catenam qua deinceps vincti erant, inſertis in illam numellis,

παρεῖναι τῷ ἑταίρῳ, προσαγγέλλει ἑαυτὸν [d] προσελθὼν τῷ συναρμοστῇ, ὡς εἴη κεκοινωνηκὼς τῆς ἐπὶ τὸν Ἄνουβιν [e] ἐπιβουλῆς. ὡς δὲ τοῦτο εἶπεν, ἀπήγετο εὐθὺς εἰς τὸ δεσμωτήριον, καὶ ἀχθεὶς παρὰ τὸν Ἀντίφιλον (τοῦτο γοῦν μόλις πολλὰ ἱκετεύσας τὸν δεσμοφύλακα ἐξειργάσατο [f] παρ' αὐτοῦ πλησίον τῷ Ἀντιφίλῳ καὶ ὑπὸ τῷ αὐτῷ κλοιῷ δεδέσθαι) ἔνθα δὴ καὶ μάλιστα ἔδειξε τὴν εὔνοιαν, ἣν εἶχε πρὸς αὐτόν, ἀμελῶν μὲν τῶν καθ' ἑαυτὸν δεινῶν· καίτοι ἐνόσησε καὶ αὐτός· ἐπιμελούμενος δὲ ὅπως ἐκεῖνος μάλιστα καὶ [g] καθευδήσει, καὶ ἧττον ἀνιάσεται· ὥστε ῥᾷον ἔφερον μετ' ἀλλήλων κακοπαθοῦντες.

Χρόνῳ δὲ καὶ τοιόνδε τι προσπεσὸν ἔπαυσεν ἐπὶ πλέον αὐτοὺς δυστυχοῦντας· εἷς γὰρ τῶν δεδεμένων, οὐκ οἶδ' ὅθεν, ῥίνης εὐπορήσας, καὶ συνωμότας πολλοὺς τῶν δεσμωτῶν προσλαβών, ἀποπρίει τε τὴν ἅλυσιν, ᾗ ἐδέδεντο ἑξῆς, τῶν κλοιῶν εἰς αὐτὴν [h] διειρομένων,

d Προσελθὼν τῷ συναρμοστῇ] Ἐλθὼν πρὸς τὸν ἁρμ— L. Πρὸς τὴν ἁρμοστὴν marg. *A1W.* In vulgata Edd. concordant. *e* Ἐπιβουλῆς] Ἐπιβολῆς *S.* ſola, cum aſſecla *A.* *f* Παρὰ αὐτοῦ] Sic Edd. omn. *g* Καθευδήσει] Καθευδήσῃ marg. *A1.* *h* Διειρομένων] Διειργομένων P. G. & marg. *A1.* Nil mut. Edd.

Moll. παρὰ ἀνδρὸς, & ὑπὸ αἰγὸς ibid. Ap. LXX. in IV. *Reg.* XII. 9. παρὰ Ἀμμαζειβί. Sic ex iisd. κατὰ ἀνατολὰς vel quater notavit *Trommius*; ſed longe plura in ἐπὶ & ὑπὸ. Noſter in *Aſtrol.* §. 26. Hoc *Dial.* §. 1. ἀλλὰ ἄνδρας οὐδὲ ἐτίμησαν. *Alciphr.* III. p. 444. κατὰ ἄστυ. Si vero *Solani* mens eſt, παρὰ rariſſime ſic ſcribi ante pronomen, & quidem apud Lucianum, facile id concedo. *J.F.R.*

7. Διειρομένων] Narrat cum quidam vinctorum in carcere Aegyptiaco limam eſſet nactus, qua ἀποπρίει τε τὴν ἅλυσιν, ᾗ ἐδέδοντο ἑξῆς, τῶν κλοιῶν εἰς αὐτὴν διειρομένων, καὶ ἀπολύει ἅπαντας. Eraſmus cum interpolatore Salmurienſi: *Catenam inſecuit, qua ordine adſtringebantur, cyphonibus in hanc inſertis, ſolvitque omnes.* In Graecis verbis primum non intelligo quid ſit τῶν κλοιῶν εἰς αὐτὴν διειρομένων, multo minus verſionem Eraſmi *cyphonibus in eam inſertis.* διείρομαι eſt *quaero, interrogo.* ſed legendum ex Mſ. διειργομένων. vinculis, quibus ſinguli ſeparatim ligati erant, eos dirimentibus. ὁ κλοιὸς eſt vinculum, quo vinciebantur rei in carcere, ut ſuperius ad tomum primum oſtendit. Cur *cyphones* verterit Eraſmus, ego equidem ignoro, multo minus cur in verbis, quae modo haec praeceſſerunt, interpretatus ſit, *trabem*, τοῦτο γοῦν μόλις πολλὰ ἱκετεύσας τὸν δεσμοφύλακα ἐξειργάσατο παρὰ αὐτοῦ πλησίον τῷ Ἀντιφίλῳ, καὶ ὑπὸ τῷ αὐτῷ κλοιῷ δεδέσθαι. *Nam hoc multis precibus a cuſtode carceris vix obtinuerat, ut proxime Antiphilo eademque in trabe vinciretur.* imo *eadem catena.* ſolebant vincti interdum duo tresve eadem catena vinciri. Sic apud Romanos in carcerem conjectus, & miles, qui cuſtos ei apponebatur, eadem vinciebantur catena, ut patet ex *Senecae* ep. 5. *Eadem catena & cuſtodiam & militem copulat.* iſta vincula ſingularum cuſtodiarum, quibus eorum manus pedesque conſtricti erant, alligata erant majori catenae, quam dixit Lucianus ἅλυσιν. Sic igitur in Latinam linguam vertendus hic locus: *Catenam diſſecuit, qua ordine alligabantur, vinculis in eam* (ſc. inſertis) *dirimentibus* (ſc. catenatos,) *ſolvitque omnes.* Omnes aut ſaltem paria catenatorum erant vincta compedibus, qui omnes compedes adſtringebantur catenae majori. *J.G.G.*

Ibid. Τῶν κλοιῶν ἐς αὐτὴν διειρομένων] Non ſpernenda eſt altera, quam ex MS. profert Cl. *Graevius*, lectio διειργομένων. Praeferam tamen ego vulgatam. Senſus eſt, ſingula ſingulorum nexorum vincula per iſtam catenam fuiſſe trajecta, ita ut quisque quidem ſuo vinculo fuerint vincti, ſed omnes uni iſti catenae inſuper illigati. Διείρω eſt *Trajicio, innecto, implico, inſero.* infra c. 43. διὰ τῶν ὀδόντων μεταξὺ διείρων τοὺς δακτύλους. *digitos inter dentes inſerens.* In *Pſeudomanti* c. 26. E. Γεράνων ἀρτηρίας συνάψας, καὶ διὰ τῆς κεφαλῆς διείρας.

καὶ ἀπολύει ἅπαντας· οἱ δὲ ἀποκτείναντες εὐμαρῶς ὀλίγους ὄντας τοὺς φύλακας, ἐκπηδῶσιν ἀθρόοι. ἐκεῖνοι μὲν οὖν τὸ παραυτίκα, ἔνθα ἐδύνατο ἕκαστος, διασπαρέντες, ὕστερον [a] συνελήφθησαν οἱ πολλοί. ὁ Δημήτριος δὲ καὶ ὁ Ἀντίφιλος κατὰ χώραν ἔμειναν, καὶ τοῦ Σύρου λαβόμενοι ἤδη ἀπιόντος. ἐπεὶ δὲ ἡμέρα ἐγένετο, μαθὼν ὁ τῆς Αἰγύπτου ἐπιτετραμμένος τὸ συμβεβηκὸς, ἐπ' ἐκείνους μὲν ἔπεμψε τοὺς διωξομένους, μεταστειλάμενος δὲ τοὺς ἀμφὶ τὸν Δημήτριον, ἀπέλυσε τῶν δεσμῶν, ἐπαινέσας ὅτι μόνοι οὐκ ἀπέδρασαν· ἀλλ' οὐκ ἐκεῖνοί γε ἠγάπησαν, οὕτως ἀφιέμενοι· ἐβόα δὲ ὁ Δημήτριος, καὶ δεινὰ ἐποίει, ἀδικεῖσθαι σφᾶς οὐ σμικρὰ, εἰ δόξουσι κακοῦργοι ὄντες, ἐλέῳ ἢ ἐπαίνῳ τοῦ μὴ ἀποδρᾶναι, ἀφεῖσθαι. καὶ τέλος ἠνάγκασαν τὸν δικαστὴν, ἀκριβῶς τὸ πρᾶγμα ἐξετάσαι. ὁ δὲ ἐπεὶ ἔμαθεν οὐδὲν ἀδικοῦντας, ἐπαινέσας αὐτοὺς, τὸν Δημήτριον δὲ καὶ πάνυ θαυμάσας, ἀφίησι, παραμυθησάμενος ἐπὶ τῇ κολάσει, ἣν ἠνέσχοντο ἀδίκως δεθέντες, καὶ ἑκάτερον δωρησάμενος παρ' αὐτοῦ, δραχ-

g Τῷ μηρῷ] Nihil mut. *Fl. J. Ald. H. P.* &c.

29. Καλωδίῳ] Σχοινίῳ. *V.*

monuerat. In reliquis τῆς φυγῆς legitur. Vide ſupra hoc ipſo capite, & c. 34.

Eripe nate fugam. Virg. Æn. II. 619.
M. du S.

Ibid. Σῶσαι αὐτὴν τῇ φυγῇ] Recte emendavit hoc Cl. *Jenſius*, quantum ad φυγῇ, quod autem αὐτὴν in αὑτὴν etiam videtur velle mutare, non ſatis cauſſae videbam. Alia res foret, ſi ipſa virgo narraretur ſe ipſam fuga ſervaſſe. Jam vero ne ad anum referatur, obſecundavi, ac perſpicuitati conſului.
J. F. R.

19. Σαρδώνιον] Sic Z. Tρ. c. 16. vide Scholia. Omnes autem hic impreſſi Σαρδόνιον habent. P. vero Σαρδένιον & Σαρδίνιον. Sed vera eſt, quam ſequimur, ſcribendi ratio. *Homerus* metri cauſa mutavit. Vide Od. Υ. 302.
M. du S.

Σαρδώνιον γελῶντες] Recte producitur ſecunda in Σαρδώνιον. Et ſic bene editum in *Suidae* Σαρδώνιος γέλως. De ſignificatu ejus proverbii vid. *Eraſmus* in *Riſus Sardonius*, & *Suidas*, ex cujus variis expoſitionibus hanc addidiſſe ſuffecerit, quod dicitur de *iis qui in proprio exitio rident.* Sed huc magis convenit Scholiaſtae Lucianei altera interpretatio, de iis, qui dum lignis ſenes percutiunt, adeoque in alterius calamitate, rident.
J. F. R.

26. Τῷ μηρῷ εἶχον] Τὼ μηρὼ in dual. maluiſſem; ita ut εἶχον tum eſſet plurale, ſed propter adjunctum νουθετούμενος non licet. Alii mallent ἐν τῷ μηρῷ, & hoc certe melius. Verum nihil muto ſine Codd. auctoritate. Omittitur enim & alibi τὸ ἐν, ut *Homer.* Il. E. 137. Ὅν ῥά τε ποιμὴν ἀγρῷ ἐπ' εἰροπόκοις ὀΐεσσι Χραύσῃ — ubi ἀγρῷ valet ἐν ἀγρῷ. At ſi quis Codex praeiret, non dubitarem ἐν in Luciano addere. Supra etiam *Nigrin.* c. 14. p. 53. in alia locutione ſimiliter omiſſum eſt ἐν, legiturque: τοιαύτῃ ἐσθῆτι θεώμενος. Id vero merito ſuſpectum eſt Cl. *Hemſterh.* *J. F. R.*

ὅτι αὕτη εἰ τῶν οἴκοι ἐδράξατο, οὐδὲ εἷς ἂν ἡμῶν ζῶν ὑπελείπετο· πάντες γὰρ ἂν ἑάλωμεν, τῶν ἐχθρῶν ἐκ παρασκευῆς ἡμῖν ἐπιπεσόντων· ὥστε ἀμυνώμεθα μὲν τὴν πολεμίαν· ἀλλὰ μὴ οὕτω ῥαδίως ἀποθνησκέτω, πεσοῦσα ἐπὶ τοῦ λίθου· θάνατον δὲ αὐτῇ τὸν ἀλγεινότατον καὶ μακρότατον ἐξεύρωμεν· καὶ ὅστις αὐτὴν χρόνῳ καὶ βασάνῳ φυλάξας, ὕστερον ἀπολεῖ· εἶτα ἐζήτουν θάνατον. καί τις εἶπεν, Οἶδα ὅτι ἐπαινέσεσθε τὸ ἀρχιτεκτόνημα. τὸν ὄνον δεῖ ἀπολέσαι, ὀκνηρὸν ὄντα, νῦν δὲ καὶ χωλὸν εἶναι ψευδόμενον, καὶ μὴν καὶ τῆς φυγῆς τῆς παρθένου γενόμενον ὑπηρέτην καὶ διάκονον. τοῦτον οὖν ἕωθεν ἀποσφάξαντες, ἀνατέμωμεν ἐκ τῆς γαστρὸς, καὶ τὰ μὲν ἔγκατα πάντα ἔξω βάλωμεν, τὴν δὲ ἀγαθὴν ταύτην παρθένον τῷ ὄνῳ ἐγκατοικίσωμεν, τὴν μὲν κεφαλὴν ἔξω τοῦ ὄνου πρόχειρον, ὡς ἂν μὴ εὐθὺς ἀποπνιγείη, τὸ δὲ ἄλλο σῶμα πᾶν ἔνδον κρυπτόμενον, ὡς ἂν αὐτὴν κατακειμένην εὖ μάλα συῤῥάψαντες ῥίψωμεν ἔξω ἄμφω ταῦτα τοῖς γυψὶ, καινῶς τοῦτο ἐσκευασμένον ἄριστον. σκοπεῖτε δὲ, ὦ φίλοι, τῆς βασάνου τὸ δεινόν. πρῶτον μὲν τὸ, νεκρῷ ὄνῳ συνοικεῖν, εἶτα τὸ, θέρους ὥρᾳ θερμοτάτῳ ἡλίῳ ἐν κτήνει καθεψεῖσθαι, καὶ λιμῷ ἀεὶ κτείνοντι ἀποθνήσκειν, καὶ μηδ' ἑαυτὴν

domeſticos ſuos aſſecuta fuiſſet, futurum fuiſſe, ut vivus noſtrûm nemo relinqueretur: capti enim eſſemus omnes, ex praeparato irruentibus in nos hoſtibus. Itaque ulciſcamur nos quidem inimicam; ſed ne ita facile moriatur incidens in ſaxum: verum mortem illi & acerbiſſimam excogitemus & longiſſimam, quaeque illam tempori & cruciatui ſervatam tum demum interimat. Deinde quaerebant *ejusmodi* mortem. Et aliquis ait, *Novi vos laudaturos eſſe commentum. Aſinum perdere oportet, ignavum, jam vero & claudicationem mentitum, & fugae virginis adjutorem ac miniſtrum. Hunc igitur cras mane mactatum exenterabimus, ejectiſque inteſtinis omnibus bonam hanc virginem collocabimus in aſino, capite extra aſinum uti promineat, ne mox ſuffocetur; reliquo autem corpore toto intus occultetur. Sic ergo diſpoſitam ubi probe conſuerimus, extra utrumque vulturibus projiciamus paratum nova ratione prandium. Videte autem, amici, cruciatus illius acerbitatem: primo quidem in mortuo habitare aſino: deinde aeſtatis tempore fervidiſſimo in ipſo jumento coqui, & enecante ſemper fame mori, neque necis conſciſcendae facultatem habere. Re-*

44. Ἐδράξατο] *Ἐπελάβετο. *V.*

* Ἐπελάβετο] Ita merito correxit *Solan.* cum ἐπελάθετο legeretur.

44. Ἐδράξατο] Verba illa εἰ τῶν οἴκοι ἐδράξατο vulgo vertuntur *ſi domum ſuam aufugiſſet:* quae verſio quamvis vel ſic ſatis ſenſum exprimat, neutiquam tamen eſt accuratiſſima; neque enim ἐδράξατο hic ab διδράσκω *fugio* deducendum eſt (quid namque διδράσκειν τῶν οἴκοι foret?) quemadmodum forte fecit Interpres; ſaltem ut alii legentes id faciant, facile iſta interpretatione adduci poſſint: ſed a δράττω *pertingo, conſequor, adſequor*, velut δράξασθαι per ἐπιλαβέσθαι, & δράξαι per κρατῆσαι exponitur ab *Heſychio*. Eſt ergo δράξασθαι τῶν οἴκοι, familiares ſuos conſequi, aſſequi. Ita Anchiale Nympha apud *Apollon. Rhod.* I. 1130. dicitur Idaeos Dactylos peperiſſe δραξαμένη γαίης, *apprehenſa terra.* ubi vide *Scholiaſten.* Invenio δράξασθαι poſitum aliquo modo etiam pro *affectare*, *ſtudere.* Callimachus Epigrammate I.

Ταῦτ' ἀΐων ὁ ξεῖνος ἐφείσατο μείζονος οἴκου
Δράξασθαι, παίδων κληδόνι συνθέμενος.

vertit Vulcanius,

His ſimul auditis majores quaerere cenſus
Deſtitit, & puerûm conſilium arripuit.

J. J.

Ἐδράξατο] Vide *Jenſium.* Conf. infra Φιλοπ. c. 22.

M. du S.

Ἐδράξατο] Non ſolum infra in *Philopatr.* loco ab *Solano* cit. legas: δραξάμενός μου τοῦ λώπους. Sed & ap. *Alciphr.* III. p. 426. compoſitum ἐπιδράττω pro *prehendo, nanciſcor: εἴ πού τι τῶν κόκκων ἐπιδράξασθαι δυνηθείη,*

Reliqua enim quae patietur, tum putreſcentis odore aſini, & ſcatens vermibus, mitto dicere. Tandem vero vultures eo penetrantes per aſinum, ipſam ut illum; ac forte viventem adhuc lacerabunt.

ἀποπνίξαι ἔχειν. τὰ μὲν γὰρ ἄλλ', ὅσα πείσεται, σηπομένου τοῦ ὄνου τῇ τε ὀδμῇ, καὶ τοῖς σκώληξι πεφυρμένη, ἐῶ λέγειν. τέλος δὲ οἱ γύπες διὰ τοῦ ὄνου παρεισιόντες εἴσω, καὶ ταύτην, ὡς ἐκεῖνον, ἴσως καὶ ζῶσαν ἔτι διασπάσονται.

26. Clamoribus excipiunt omnes ut ingens quoddam bonum, portentoſum illud commentum. Ego vero mihi ipſi ingemiſcebam, tanquam jugulandus, & qui neque poſt mortem jacendi molliter facultatem habiturus eſſem, ſed infelicem ſuſcepturus virginem, & capulus puellae innocentis futurus. Jam illuceſcebat, cum inſtat ſubito militum manus, impuris hisce immiſſa, qui in vincula ſtatim omnes conjecerunt, ad Praeſidem regionis illius abducendos. Venerat autem cum illis etiam puellae ſponſus: ipſe nimirum erat, qui receptaculum hoc latronum indicaverat. Adſumtam ergo virginem & mihi impoſitam ſic domum deduxit. Vicani autem cum e longinquo nos viderent, bene nobis ſucceſſiſſe agnoverunt, ruditu me meo bonum illis nuntium ferente. Accurrentes igitur ſalutant, & intro deducunt.

Πάντες ἀνεβόησαν, ὡς ἐπὶ ἀγαθῷ μεγάλῳ τῷ τερατώδει τούτῳ εὑρήματι. ἐγὼ δὲ ἀνέστενον αὐτὸν, ὡς ἂν ἀποσφαγησόμενος, καὶ μηδὲ νεκρὸς εὐτυχὴς κεισόμενος· ἀλλὰ παρθένον ἀθλίαν ἐπιδεξόμενος, καὶ θήκη οὐδὲν ἀδικούσης κόρης ἐσόμενος. ὄρθρος δὲ ἦν ἔτι, καὶ ἐξαίφνης ἐφίσταται πλῆθος στρατιωτῶν, ἐπὶ τοὺς μιαροὺς τούτους [a] ἀφιγμένον, καὶ εὐθέως πάντας ἐδέσμουν, καὶ ἐπὶ τὸν τῆς χώρας ἡγεμόνα [b] ἀπῆγον. ἔτυχε δὲ καὶ ὁ τὴν κόρην μεμνηστευμένος σὺν αὐτοῖς ἐλθών· αὐτὸς γὰρ ἦν ὁ καὶ τὸ καταγώγιον τῶν λῃστῶν μηνύσας. παραλαβὼν οὖν τὴν παρθένον, καὶ καθίσας ἐπ' ἐμὲ, οὕτως ἦγεν οἴκαδε. οἱ δὲ κωμῆται, ὡς εἶδον ἡμᾶς ἔτι πόῤῥωθεν, ἔγνωσαν εὐτυχοῦντας, εὐαγγέλιον αὐτοῖς ἐμοῦ [c] προογκησαμένου, καὶ προσδραμόντες ἠσπάζοντο, καὶ ἦγον εἴσω.

27. Virgo multam merito rationem mei habuit, qui captivitatis pariter ac fugae illius ſocius fueram, atque in communi

Ἡ δὲ παρθένος πολὺν λόγον εἶχεν ἐμοῦ δίκαιον ποιοῦσα, τοῦ συναιχμαλώτου, συναποδράσαντος, καὶ τὸν κοινὸν ἐκεῖνον αὐτῇ θάνα-

a Ἀφιγμένον] Sic *Fl Ald. V2. B1. B2. Fr. H. S.* Ἀφιγμένων *P.* Ἀφιγμένοι *J.* & marg. *A1W.* *b* Ἀπῆγον] Sic recte *J. H. P.* &c. Ἐπῆγον *Fl.* *c* Προογκησαμένου] Reſtitut. ex *Fl.* Προσογκ. cett.

81. Θήκη] Τάφος. *V.*

88. Καταγώγιον] Οἰκίαν. *V.*

θείη, ubi tamen etiam ἔτι δράξασθαι legi poſſe Cl. *Bergl.* non male exiſtimat. *J. F R.*

58. Ἀνατέμωμεν ἐκ τῆς γαστρὸς] Supra τῷ ξίφει ὑπεκτέμνουσιν ἐκ τῶν σκελῶν. *F. G.*

84. Ἀφιγμένοι] Sic *J.* Ed. Reliquae ἀφιγμένον, niſi quod *P.* ἀ——ένων fecit. *M. du S.*

Ἀφιγμένον] Vides variari inter ἀφιγμένον, ——ένων, & ——ένοι. Quae cum ſingula poſſent admitti, id ſervavi, quod longe maximus priſcarum Edd. numerus habet. Poſterius tamen veram eſſe lectionem arbitror, quod facile imperitus librarius, vel credens τὸ πλῆθος ἀφιγμένον neceſſario dicendum, vel non ſatis attentus, mutarit, ν pro ι ſubſtituens. Ac vix credo opus fore conſtructionem hujusmodi πλῆθος ἀφιγμένοι, teſtimoniis comprobari. *Ecce tamen pauca: Noſter ſupra Hermot.* c. 72. Ὁ πολὺς λεὼς πιστεύουσι. *Timon.* c. 9. poſt Ἀττικὴν ſequitur eo relatum αὐτοῖς. Conf. Cl. *Hemſterh.* ad *Nigr.* c. 1. pr. Adde *Alciphr.* III. Ep. ult. f. εἰς αὐτὸν ὁ Ἄρειος πάγος ἀποβλέπουσιν. *Philoſtr.* Vit. Sophiſt. I. XXV. p. 536. pr. καὶ ἦν αὐτῷ πατρὶς Ἡρακλεία τῶν Ἑλλήνων ἐπαινοῦντες. *Diod. Sic.* I. c. 93. vſ. 4. Οὐ δύναται ταῦτα προτρέψασθαι — τοὺς ἀνθρώπους — ἀλλὰ χλευαζόμενοι. pro χλευαζόμενα. Sic maſcul. αὐτοὺς relatum ad τὰ ἔθνη vidimus ſupra, aliasque generis ac numeri permutationes, ut pro *Imag.* c. 9. εἰκόνα — ἔχοντα pro ἐχούσαν. Item τέκεα ἀναβοῶντες ex *Ariſtoph.* Plut. 291. aliaque ad *Ver. Hiſt.* a me notata. Adde Cl. *Weſſel.* ad *Diod. Sic.* 2. c. 19. No. 34. *J. F. R.*

 98. Καὶ

νάτον συγκινδυνεύσαντος· καί μοι [a] τοῖς κεκτημένοις ἄριστον [b] παρέκειτο μέδιμνος κριθῶν, καὶ χόρτος, ὅσος καὶ καμήλῳ ἱκανός. ἐγὼ δὲ τότε μάλιστα [c] κατηρώμην τὴν Παλαίστραν, ὡς ὄνον με, καὶ οὐ κύνα τῇ τέχνῃ μεταθεῖσαν. ἑώρων γὰρ τοὺς κύνας εἰς τοὐπτανεῖον παρεισιόντας, καὶ λαφύσσοντας πολλά, καὶ ὅσα ἐν γάμοις πλουσίων νυμφίων. ἡμέραις δὲ ὕστερον μετὰ τὸν γάμον οὐ πολλαῖς, ἐπειδὴ χάριν μοι ἔφη ἡ δέσποινα ἔχειν παρὰ τῷ πατρί, καὶ ἀμείψασθαί με ἀμοιβῇ τῇ δικαίᾳ θέλειν, ὁ πατὴρ ἐκέλευσεν ἐλεύθερον ἀφιέναι ὑπαίθριον, καὶ σὺν [d] ταῖς ἀγελαίαις ἵπποις νέμεσθαι. καὶ γὰρ ὡς ἐλεύθερος, ἔφη, ζήσεται ἐν ἡδονῇ, καὶ ταῖς ἵπποις ἐπιβήσεται. καὶ αὕτη δικαιοτάτη ἀμοιβὴ ἐδόκει [e] τότε, εἰ ἦν τὰ πράγματα ἐν ὄνῳ δικαστῇ. καλέσας οὖν τῶν ἱπποφορβῶν τινα, τούτῳ με παραδίδωσιν, ἐγὼ δὲ ἔχαιρον ὡς οὐκ ἔτι ἀχθοφορήσων. ἐπεὶ δὲ ἥκομεν εἰς τὸν [f] ἀγρόν, ταῖς ἵπποις με ὁ νομεὺς συνέμιξε, καὶ ἦγεν ἡμᾶς [g] τὴν ἀγέλην, εἰς [h] νομόν.

Ἐχρῆν δὲ ἄρα κἀνταῦθα ὥσπερ Κανδαύλῃ κἀμοὶ γενέσθαι. ὁ γὰρ ἐπιστάτης τῶν ἵππων, τῇ αὐτοῦ γυναικὶ [i] Μεγαπόλῃ ἔνδον με κατέλιπεν· ἡ δὲ τῇ μύλῃ με ὑπεζεύ-

mortis periculo verſatus. Ac mihi *apud novos* dominos prandium apponebatur medimnus hordei, & foeni quantum camelo ſatis eſſet. At ego tunc maxime Palaeſtram exſecrabar, quae me in aſinum, non in canem arte ſua transfiguraſſet. Videbam enim canes furtim ingreſſos in culinam multa ligurientes, quae ſolent in nuptiis ſponſorum divitum. Paucis poſt nuptias diebus, cum gratiam mihi hera *minor* habere diceret apud patrem, & juſtam mihi vicem velle perſolvere, juſſit pater liberum me dimitti ſub divo, & cum gregalibus equabus paſcere. *Sic enim*, inquit, *& tanquam liber jucunde vivet, & equas inſcendet.* Et haec juſtiſſima tum gratiae relatio videbatur, ſi res aſino judice acta eſſet. Advocato ergo paſtorum uni me commendat, me gaudente, qui non amplius onera geſtaturus eſſem. Cum vero rus veniſſemus, equabus me admiſcuit paſtor, & nos, gregem, paſtum egit.

28. Fatale autem erat eadem mihi quae Candauli uſu venire. Magiſter enim equariae, ſuae uxori Megapolae domi me reliquit. Haec vero molae me junxit, ut omne

a Τοῖς κεκτημένοις] Τῶν κεκτημένων L. *b* Παρέκειτο] Παρείχετο Pell. *c* Κατηρώμην] Κατηρόμην *J.* male. *d* Ταῖς ἀγελαίαις] Vid. notas. *e* Τότε] Τό τε *Ald.* Τότε cett. *f* Ἀγρὸν] Ἀγέλην marg. *A1.* *g* Τὴν ἀγέλην] Εἰς τὴν ἀγέλην P. male. *h* Νομόν] Νομὴν marg. *A1W.* *i* Μεγαπόλῃ] Μεγαλοπόλῃ marg. *A1.*

5. * Δοχεῖον] *Μαχειρεῖον. V.*

Ibid. Λαφύσσοντας] † Διαπαρατρώγοντας. *V.*

* Δοχεῖον] Referri haec debent neceſſario ad vocem τοὐπτανεῖον. quamvis in Scholiis non compareat. In Ex. *G.* extat ὀπτανεῖον. *M. du S.*

† Διαπαρατρ.] Διασπαράττοντας melius C.

98. Καί μοι τοῖς κεκτημένοις, ἄριστον παρέκειτο μέδιμνος κριθῶν] Quid illud τοῖς κεκτημένοις? Unde tertius ille caſus? Interpres vertit, *dominorum juſſu*. Is quidem poſtulatur ſenſus; non tamen eum in ipſis verbis video. An excidit παρὰ, legendumque καί μοι παρὰ τοῖς κεκτημένοις ἄριστον παρέκειτο, &c.? *Et mihi apud dominos apponebatur prandium*, &c. *J. J.*

Ibid. Τῶν κ—ένων] Ego τῆς κεκτημένης, conjiciebam legendum, pro vulgato τοῖς κ—ένοις. Sed L. Codex τῶν κ—ένων & ipſum probum ſuppeditat. Mallem tamen παρὰ τῆς κ—. *M. du S.*

Τοῖς κεκτημένοις] Aliquid deeſt. An ſic legendum? τῆς κεκτημένης οὕτω προσταξάσης. *F. G.*

Τοῖς κεκτημένοις] Nimis violenta eſt *Gujeti* emendatio. Placeret παρὰ tantum addi; licet enim dativus pro ablativo cum praepoſitione haud ſit inuſitatus Graecis, aeque ac Latinis; ut ſupra *Tox.* c. 25. Ἐπεὶ δὲ ἐδεδείπνητο αὐτοῖς. & infra hoc *Aſino* c. 39. f. καὶ τοῦτό μοι ἤδη πεπράξεται. Item ap. *Ariſtoph.* Pac. vſ. 1260. Τούτῳ ὠνήσομαι, pro παρὰ τούτου. Iterum ap. Noſtr. infra, *Jov. Trag.* c. 7. pr. Ἄριστα κεκήρυκταί σοι, & vel centies alibi. hic tamen propter alterum dativum ac-

mne ſibi triticum hordeumque molerem. Atque illud mediocre incommodum erat aſino non ingrato, molere ſuis magiſtris. At optima mulier etiam ab aliis, per illos agros, erant autem ſane quam multi, farinas mercedis loco poſcens, miſeras cervices meas elocabat. Atque hordea, meum prandium, frixa, ipſa quoque molenda mihi infudit, factasque inde placentas totas devoravit. Mihi vero furfures erant prandium. Si quando vero etiam cum equabus me exigeret paſtor, percuſſus morſusque a maribus equis peribam. Semper enim me adulterum ſuſpicati equarum, ſuarum uxorum, perſequebantur, utrasque in me calces jactantes, adeo ut impar eſſem ferendae equinae illi Zelotypiae. Emaciatus ergo & ſtrigoſus non ita multo tempore fiebam, qui neque intus laetarer ad molam, neque ſub divo paſcens, oppugnatus quippe a paſtionis ſociis.

29. Verum etiam frequenter ſurſum in montem mittebar, & ligna gerebam humeris. Illud vero caput malorum meorum fuit. Primo quidem altus mons adſcendendus erat, ardua vehementer via, inſuper

γνύειν, ὥστε ἀλεῖν αὐτῇ καὶ πυροὺς, καὶ κριθὰς ὅλας. καὶ τοῦτο μὲν ἦν μέτριον κακὸν εὐχαρίστῳ ὄνῳ ἀλεῖν τοῖς ἑαυτοῦ ἐπιστάταις. ἡ δὲ βελτίστη, καὶ παρὰ τῶν ἄλλων τῶν ἐν ἐκείνοις τοῖς ἀγροῖς (πολλοὶ δὲ πάνυ ἦσαν) ἄλευρα τὸν μισθὸν αἰτοῦσα, ἐξεμίσθου τὸν ἐμὸν ἄθλιον τράχηλον· καὶ τὰς μὲν κριθὰς, τοὐμὸν ἄριστον φρύγουσα, κἀμοὶ ὥστε ἀλεῖν ἐπιβάλλουσα, μάζας ὅλας ποιοῦσα, κατέπινεν· ἐμοὶ δὲ, πίτυρα ἄριστον ἦν. εἰ δέ ποτε καὶ συνελάσειέ με ταῖς ἵπποις ὁ νομεὺς, παιόμενός τε καὶ δακνόμενος ὑπὸ τῶν ἀρσένων, ἀπωλλύμην. ἀεὶ γάρ με μοιχὸν ὑποπτεύοντες εἶναι τῶν ἵππων τῶν αὐτῶν γυναικῶν, ἐδίωκον, ἀμφοτέροις εἰς ἐμὲ ἀπολακτίζοντες, ὥστε φέρειν οὐκ ἠδυνάμην ζηλοτυπίαν ἱππικήν. λεπτὸς οὖν καὶ ἄμορφος ἐν οὐ πολλῷ χρόνῳ ἐγενόμην, οὔτε ἔνδον εὐφραινόμενος πρὸς τῇ μύλῃ, οὔτε ὑπαίθριος νεμόμενος, ὑπὸ τῶν συννόμων πολεμούμενος.

Καὶ μὴν καὶ τὰ πολλὰ εἰς τὸ ὄρος ἄνω ἐπεμπόμην, καὶ ξύλα τοῖς ὤμοις ἐκόμιζον. τοῦτο δὲ ἦν τὸ κεφάλαιον τῶν ἐμῶν κακῶν· πρῶτον μὲν ὑψηλὸν ὄρος ἀναβαίνειν ἔδει, ὀρθὴν δεινῶς ὁδὸν, εἶτα καὶ [k] ἀνυπόδετος ὄρει

k Ἀνυπόδετος] Sic rurſus invenio conſtanter, non ἀνυπόδητος. Conf. ſupra c. 16. aliter infra c. 43. f.

accedentem minus commode procederet illa locutio. Lego itaque παρὰ τῶν κεκτημένων, (licet Cod. L. ſcriptura tolerabilis ſit) De poteſtate vero participii κεκτημένος vid. *Alciphr.* III. Ep. 63. *Spanh.* ad *Ariſtoph.* Plut. vſ. 4. docentem active & paſſive accipi, de Domino ac de ſervo. Eumdem ad vſ. 7. ubi de ἐωνημένος & κεκτημένος duplici poteſtate, agit. Conf. ſupra hujus fabulae c. XI. f. *J. F. R.*

4. Τοὐπτανεῖον] Τὸ ἰπτανεῖον videtur fuiſſe in *J.* Sed *Solan.* ex aliis mutavit in τοὐπτ. *J. F. R.*

11. Ταῖς ἀγελ.] Sic neceſſario cum P. & *S.* legendum, aut τοῖς ἀγελαίοις, ut in *Fl.* Ed. eſt; non vero ut in reliquis, τοῖς ἀγελαίαις. *M. du S.*

15. Ἐν ὄνῳ δικαστῇ] Vix dubito dediſſe auctorem ἐπ' ὄνῳ. Hanc enim praepoſitionem, non alteram ἐν, huic rei quaſi propriam, exemplis probare nihil attinet. *J. M. G.*

20. Τὴν ἀγέλην] Non ſolum illud εἰς ante ἀγέλην abeſſe volo, propter proxime ſequens εἰς; ſed & articulum τὴν auferre malim, ut ſit adverbii more ἀγέλην catervatim, ut apud *Aelian.* in Hiſt. An. non ſemel. *J. F. R.*

21. Κανδαύλῃ] Vide *Herodot.* I. *M. du S.*

Ibid. Ὥσπερ Κανδαύλῃ] Nota Candaulis hiſtoria, a Gyge uxoris ſuae juſſu interemti. Sed quid ſimile huic Aſino, aut Lucio, contigit? Utrum memoriae vitio Candaulem nominavit auctor, cum Gygen deberet? hunc quidem muliebri imperio, mariti ipſius culpa, quaſi mancipatum novimus, objectamque aut moriendi neceſſitatem, aut interimendi Candaulis. Quamquam ne ſic quidem ingenium ſcriptoris agnoſco. An plane aliud hic latet, corrupto nomine Κανδαύλῃ. *J. M. G.* (In Codd. nil opis invenio.) *J. F. R.*

25. Κριθὰς ὅλας] Hoc & quod ſequitur μάζας ὅλας, ſi ſcriptor eſſet terſus, mihi ſuſpecta forent; ſed in hoc opuſculo multa ſunt imperite & inſcite ſcripta. *M. du S.*

33. Κατέπινεν] Vid. infra dicenda ad c. 47. *J. F. R.*

36. Ἀρσένων] Ἵππων ſcil. *F. G.*

ὄρει ἐν λιθίνῳ. καί μοι συνεξέπεμπον ὀνηλάτην, παιδάριον ἀκάθαρτον. τοῦτό με καινῶς ἑκάστοτε ἀπώλλυε. πρῶτον μὲν ἔπαιέ με καὶ τρέχοντα λίαν, οὐ ξύλῳ ἁπλῷ, ἀλλὰ τῷ ὄζους πυκνοὺς ἔχοντι καὶ ὀξεῖς, καὶ ἀεὶ ἔπαιεν εἰς τὸ αὐτὸ τοῦ μηροῦ, ὥστε ἀνέῳκτό μοι κατ᾽ ἐκεῖνο ὁ μηρὸς τῇ ῥάβδῳ, ὁ δὲ ἀεὶ τὸ τραῦμα ἔπαιεν. εἶτά μοι ἐπετίθει φορτίον, ὅσον χαλεπὸν εἶναι καὶ ἐλέφαντι ἐνεγκεῖν, καὶ ἄνωθεν ἡ κατάβασις ὀξεῖα ἦν. ὁ δὲ καὶ ἐνταῦθα ἔπαιεν. εἰ δέ μοι περιπίπτον ἴδοι τὸ φορτίον, καὶ εἰς τὸ ἕτερον ἐπικλῖνον, δέον τῶν ξύλων ἀφαιρεῖν, καὶ τῷ κουφοτέρῳ προσβαλεῖν, καὶ τὸ ἴσον ποιεῖν, τοῦτο μὲν οὐδέποτε εἰργάσατο, λίθους δὲ μεγάλους ἐκ τοῦ ὄρους ἀναιρούμενος, εἰς τὸ κουφότερον καὶ ἄνω νεῦον τοῦ φορτίου προσετίθει· καὶ κατῄειν ἄθλιος τοῖς ξύλοις ὁμοῦ καὶ λίθους ἀχρείους περιφέρων. καὶ

non calceatus *eram* in monte ſcrupeo. Et una mecum emittebant mulionem, impurum puerum, qui male me ſemper perderet. Primo percutiebat me valde licet currentem, non ſimplici fuſte, ſed crebris acutisque nodis inaequali, eandemque ſemper femoris partem percutiebat, adeo ut aperiretur mihi a baculo eo loco femur: at ille ipſum perpetuo vulnus ferire. Deinde imponebat mihi onus elephanti etiam portatu difficile. Eratque deſcenſus *de ſummo* arduus; at ille hic etiam pulſabat. Si quando labare mihi videret onus, & in alteram partem inclinare, cum deberet de lignis ablatum aliquid leviori parti adjicere, & ita peraequare: hoc ille nunquam fecit: ſed lapides magnos de monte ſublatos in leviorem & ſurſum nutantem oneris partem addidit: deſcendebam ergo miſer, cum lignis lapides ſimul inutiles circumferens. E-

rat

51. Καινῶς] Παραδόξως. *V.*

52. Ἑκάστοτε] Ἀεί. *V.*

51. Ἀκάθαρτον] *Impurus*, i. e. *ſceleſtus*. *Terent. Anus haud impura*, non ſceleſta, non mala. i. e. bona. *F.G.*

Ἀκάθαρτον] Locus *Terentii* eſt *Heaut.* IV. 1. 16. Sed nihil hoc novi. ἀκάθαρτος eod. modo occurrit c. 32. pr. & alibi. *J.F.R.*

70. Ἐπ᾽ ἐμοὶ καθίζων] Conf. ſupra notata ad *Tox.* c. 20. No. 6. Et videbis genitivum caſum hic interdum praeferendum; ſed ἐπί τινι εἶναι vel θεῖναι tamen non ſemel ſignificare *in*, *ſuper* aliquo loco *eſſe*, vel *poni*; licet Grammatici non ſatis idonea proferant teſtimonia. Verum ἐπὶ τούτοις potius valere *poſt haec*, vel *propter haec*, vid. ſupr. c. XI. f. & 17. pr. Nam ἐπὶ cum dat. ſive ablat. alia poteſtate eſſe *intra*, ut in vulgatiſſimo Epicteti τὰ ἐφ᾽ ὑμῖν, quae ſunt in nobis, i. e. in noſtra poteſtate, nemo ignorat; componitur ita cum τὸ ἐν ab *Sophocle*, ut eidem eodem caſu reſpondeat, in *Antigon.* vſ. 327. Ἐν τοῖσιν ὠσὶν ἢ ᾽πὶ τῇ ψυχῇ δάκνῃ; *In auribusne, an in animo morderis?* *J.F.R.*

73. Οὐ γὰρ ἦν καταβ.] Aut excidit aliquid, aut legendum ὁ γὰρ δέον. *Reineſius* putat deeſſe ἕνεκα, ante τοῦ. In L. pro οὐ, legitur οὗ, quod quo valeat neſcio. *M.duS.*

Οὐ γὰρ ἦν καταβὰς] Pridem in mentem venerat, legendum hic non οὐ, ſed οὗ, ſuadente tum re ipſa, tum *Apulejana* paraphraſi Lib. 7. p. 145. Ed. *Pric.* *cum deberet egregius agaſo* &c. Video autem idem placuiſſe Viro docto *Miſcell. Obſ.* Vol. 1. p. 148. & Vol. 2. p. 373. niſi quod ille vult etiam mutari ſequens participium, & legi καταβάντος vel καταβάντα χεῖρα κ. τ. λ. quod mihi ſecus videtur. Nominativum hic ut alias poſitum arbitror pro Accuſativo infiniti, vel infinitorum potius, quae res eo facilius hic locum habet, cum in eadem perſona maneatur. τοῦ pro τὴν poſitum, cum ſemel οὗ in οὐ tranſiiſſet. Si quis etiam de lectione dubitet; illud tamen vel mediocriter exercitatis apparebit, longe commodiorem eſſe, quam dedimus rationem ea, quae libros adhuc occupavit. *J.M.G.*

Οὐ γὰρ ἦν καταβὰς τοῦ χεῖρά μοι ἐπιδοῦναι] Video *Anonymum* quemdam in *Miſcell. Obſ. Brit.* menſ. Sept. & Oct. 1732. p. 148. „ ad haec verba ſic commentari: „ Οὐ γὰρ ἦν καταβὰς τοῦ ἐπιδοῦναι non eſt pura Graeca „ locutio: & praeterea ſi repetere eundem ſenſum „ circulo unius periodi eadem phraſi & conſtructione „ non ſit proprie Battologia, fateor me numquam „ aliquam vidiſſe. Οὐκ ἦν καταβὰς — ὁ δὲ οὐ κατῆλθεν. „ χεῖρά μοι ἐπιδοῦναι — οὐ χεῖρα ἐπέδωκεν. *Benedictus* „ tam perſpicuam tautologiam ferre non potuit, & „ in Latina ſua verſione luxuriantia verba ſuppreſſit, „ ultimamque clauſulam omiſit. Ideo legerem, &, „ ſi non me fallat opinio mea, approbantibus id o- „ mnibus aequis Atticiſmi judicibus, ΟΥ γὰρ ἦν ΚΑ- „ ΤΑΒΑΝΤΟΣ χεῖρα, &c. ac ſi dixiſſet; *ille, ad* „ *quem pertinebat haec officia praeſtare, ne unum qui-* „ *dem praeſtitit, ſed contrarium prorſus.* Olim mihi „ ſcrupulus incidebat circa locutionem hanc, τὸ φορτίον ἀφελεῖν, an ſit pura phraſis, Literatorum judicio „ relinquam. *Herod.* Clio. c. 80. ταύτας πάσας ἀλίσας „ (i. e. Camelos) καὶ ἀπελὼν τὰ ἄχθεα. Uti hic legerem, καὶ τὸ φορτίον ἀφελεῖν — —. Ut mihi videtur, „ in Luciani loco modo laudato, ὁ δὲ οὔτε κατῆλθεν —

„ non

rat porro rivus in via perennis. Ille vero, parcens calceamentis, poſt ligna mihi inſidens rivum trajiciebat.

30. Si quando vero prae laſſitudine & onere decumberem; tum vero intolerabile erat malum. Cujus enim erat, ut deſcendens manum mihi injiceret, meque de terra excitaret, & onere, ſicubi opus eſſet, levaret; ille neque deſcendebat, neque manum praebebat unquam, ſed initio a capite & auribus facto fuſti me concidebat, dum ſuſcitarent me plagae. Ludit etiam aliud in me malum intolerabile. Comportatum ſpinarum acutiſſimarum faſcem & vinculo conſtrictum, a tergo & cauda mihi ſuſpendit. Illae ergo, ut facile eſt ad cogitandum, pergente me viam, dependentes impingunt, atque aſſiduo punctu poſteriora mihi omnia vulnerant. Nec defendere me

ποταμὸς ἦν ἀέναος ἐν τῇ ὁδῷ· ὁ δὲ τῶν ὑποδημάτων φειδόμενος, ὀπίσω τῶν ξύλων ἐπ' ἐμοὶ καθίζων, ἐπέρα τὸν ποταμόν.

Εἰ δέ ποτε οἷα κάμνων καὶ ἀχθοφορῶν καταπέσοιμι, τότε δὴ τὸ δεινὸν ἀφόρητον ἦν. [a] οὐ γὰρ ἦν καταβὰς τοῦ χεῖρά μοι ἐπιδοῦναι, κἀμὲ χαμόθεν ἐπεγείρειν, καὶ [b] τὸ φορτίον ἀφελεῖν, ἄν ποτε καὶ δέοι· ὁ δὲ οὔτε κατῆλθεν, οὔτε χεῖρα ἄν ποτε ἐπέδωκεν, ἀλλ' ἄνωθεν ἀπὸ τῆς κεφαλῆς, καὶ τῶν ὤτων ἀρξάμενος, συνέκοπτέ με τῷ ξύλῳ, ἕως ἐπεγείρωσί με αἱ πληγαί. καὶ μὴν καὶ ἄλλο κακὸν εἰς ἐμὲ ἀφόρητον ἔπαιζε. συνενεγκὼν ἀκανθῶν ὀξυτάτων φορτίον, καὶ τοῦτο δεσμῷ περισφίγξας, ἀπεκρέμα ὄπισθεν ἐκ τῆς οὐρᾶς, αἱ δὲ, οἷον εἰκὸς ἦν, ἀπιόντος τὴν ὁδὸν, ἀποκρεμάμεναι προσέπιπτόν μοι, καὶ πάντα μοι τὰ ὄπισθε νύττουσαι ἐτίτρωσκον· καὶ

ἦν

a Οὐ γὰρ] Nihil mutant Edd. Οὗ L. pro οὐ quod Anon. conjecit. b Τὸ φορτίον] Τοῦ φορτίου Fl.

„ non recte ſequitur & convenit cum οὐ γὰρ ἦν καταβάντος. Sed haec difficultas facili modo tollitur, „ legendo ſolummodo οὐδὲ loco ὁ δὲ." Haec ille. Sed pleraque fruſtra. Nam primo ἦν καταβὰς pro κατέβαινε periphraſis, adeo eſt uſitata, ut vix opus ſit modice perito exempla commonſtrare; Recte vero alius „ *Anonymus* B. in nott. ad eaſdem Obſervatt. eum ob id reprehendit, uſumque hujus participii a *Budaeo* ac *Steph.* jam ſatis oſtenſum ait, additque *Aelian.* V. H. 2. 4. ubi ἦν ἐσπουδακώς. Cui addo unum maxime efficax ex *Ariſtot.* IV. Metaph. c. 7. Οὐδὲν διαφέρει τὸ ἄνθρωπος ὑγιαίνων ἐστὶν, ἢ τὸ ἄνθρωπος ὑγιαίνει, ἢ τὸ ἄνθρωπος βαδίζων ἐστὶν ἢ τέμνων, τοῦ ἀνθρώπου βαδίζειν ἢ τέμνειν. Quod exempl. cum decem aliis ſimilibus adfert Frater cariſſ. *G. O. Reitz* in Belg. Graec. p. 402. —3. (qui tamen cum Doctiſſ. *Ten Katen* aliquantillum differentiae ſtatuit, quod jam non diſquirimus, contenti demonſtraſſe utique Graecam eſſe periphraſin.) Immo & Luciano non infrequens eſt, ut in *Quom. Hiſt.* c. 3. ἐν ᾧ ἐτύγχανε οἰκῶν. Infra c. 52. ἦν ἀδικήσας. Et *Gall.* c. 19. ἀποσκώψας ἔσῃ. & ſimil. quae ex Indice patebunt. Ita Latini, ut *Salluſt.* declam. 2. *Es habens.* Dein τοῦ ἐπιδοῦναι quidni maxime probum eſſet, cum ſit ellipſis τοῦ ἕνεκα non ſexcenties, ſed ſex millies frequentata? cum genitivis nominum ſubſtantivorum quidem frequentior; ſed & cum articulo & infinitivo, ut *Heliod. Æth* L. IX. p. 420. (quem ad partes vocat Cl. *Elſner.* ſed aliud agens, ad 2. *Theſſ.* 2. 2.) τοῦ εἶναι καὶ τεθνάναι σαλεύων. Immo vel τοῦ ſolum pro τοῦ ἕνεκα *Ariſtoph.* Nub. 22. Tertio, fruſtra etiam ὁ δὲ ſollicitatur quod ἐπανόδῳ inſervit. Vid. ſupra *Hermot.* c. 28. f. Ὃς, δέον τὴν πηλεικάδα κατατοξεῦσαι, ὁ δὲ τὴν μήρινθον ἔτεμεν. &c. Et *Herodian.* 2. c. 8. f. Repetitio vero ſic defenditur in notis Obſervatt. Miſcell. „ Videtur aſinus, aegerrime ferens pueri hujus inſolentiam, hac repetitione voluiſſe indicare iniquitatis „ magnitudinem, totusque locus ita ibid. bene vertitur: *Non enim deſcendere ſolebat, ut mihi manum „ porrigeret, vel humo allevaret, vel onus demeret: „ imo non ſolum non deſcendit, vel manum praebuit, „ verum a ſummo capite & auribus incipiens totum „ me fuſte dedolabat*". Cum autem *Apulejus* (ſ. potius *Appulejus*, ut eſt in Inſcriptt. ap. *Reineſ.*) idem agens VII. Metam. p. 145. dicat: *CUM DEBERET egregius agaſo manum porrigere*, id revera favet Anonymi correctioni οὐ δὲ ἦν. modo non dixiſſet, haec Graeca non eſſe. Si quis tamen verba ὁ δὲ usque ad ἐπέδωκεν pro gloſſemate habere velit, per me licet. Cl. *Solanus* quoque ſe non expedivit, neſciens quo οὗ quod L. habet, ſit referendum. Sed ſi οὗ *cujus* admittere libuerit, id jam placeret, nec nominativus ſequens me offenderet, memor eorum quae Clar. *Jenſ.* collegit in Lectt. Luc. p. 71. 73.—80. Non minus inquam, quam in *Epiſt.* ad *Epheſ.* IV. 1. & 2. ubi accuſativus & nominativus ſimul infinitivo junguntur; quae conſtructio egregie defenditur ab Rever. *Jac. Elſnero*, ex *Aelian.* V. Hiſt. XIII. 23. ubi βληθεὶς & παθὼν praecedente αὐτοῦ habemus. Idem ex Eodem XIV. 18. &c. Sed quo evado! Planius tamen erit, ſi οὗ vel δέον habeamus.

J. F. R.

96. Ἐξ

ἦν μοι τὸ ἀμύνειν ἀδύνατον, τῶν τιτρωσκόντων ἀεί μοι ἑπομένων, κἀμοῦ ἠρτημένων. εἰ μὲν γὰρ ἀτρέμα προΐοιμι φυλαττόμενος τῶν ἀκανθῶν τὴν προσβολὴν, ὑπὸ τῶν ξύλων ἀπωλλύμην· εἰ δὲ φεύγοιμι τὸ ξύλον, τότ᾽ ἤδη τὸ δεινὸν ὄπισθεν ὀξὺ προσέπιπτε. καὶ ὅλως ἔργον ἦν τῷ ὀνηλάτῃ τῷ ἐμῷ [a] ἀποκτενεῖν με.

Ἐπεὶ δέ ποτε ἅπαξ κακὰ πάσχων πολλὰ, οὐκ ἔτι φέρων, πρὸς αὐτὸν λὰξ ἐκίνησα, εἶχεν ἀεὶ τοῦτο τὸ λὰξ ἐν μνήμῃ. καί ποτε κελεύεται [b] στυππεῖον ἐξ ἑτέρου χωρίου εἰς ἕτερον χωρίον μετενεγκεῖν. κομίσας οὖν με, καὶ τὸ στυππεῖον τὸ πολὺ συνενεγκὼν, κατέδησεν ἐπ᾽ ἐμὲ, καὶ δεσμῷ ἀργαλέῳ εὖ μάλα προσέδησέ με τῷ φορτίῳ, κακὸν ἐμοὶ μέγα [c] τυρεύων. ἐπεὶ δὲ προϊέναι λοιπὸν ἔδει, ἐκ τῆς ἑστίας, κλέψας δαλὸν ἔτι θερμὸν, ἐπειδὴ πόῤῥω τῆς αὐλῆς ἐγενόμεθα, τὸν δαλὸν ἐνέκρυψεν εἰς τὸ [d] στυππεῖον. τὸ δὲ (τί γὰρ ἄλλο ἐδύνατο;) εὐθὺς ἀνάπτεται, καὶ λοιπὸν οὐδὲν ἔφερον ἄλλο, ἢ πῦρ ἄπλετον. μαθὼν οὖν ὡς αὐτίκα ὀπτήσομαι ἐν τῇ ὁδῷ, τέλματι βαθεῖ ἐντυχὼν, ῥίπτω ἐμαυτὸν τοῦ τέλματος ἐς τὸ ὑγρότατον· εἶτα ἐκύλιον ἐνταῦθα τὸ στυππεῖον, καὶ δινῶν καὶ στρέφων ἐμαυτὸν, τῷ πηλῷ κατέσβεσα τὸ θερμὸν ἐκεῖνο, καὶ πικρὸν ἐμοὶ φορτίον, καὶ οὕτω λοιπὸν ἀκινδυνότερον ἐβάδιζον τῆς ὁδοῦ τὸ

ullo modo poteram; inſtantibus mihi ſemper quae vulnerarent, & a me ipſo ſuſpenſis. Etenim ſi ſenſim progrederer appulſum ſpinarum cavens, peribam a fuſtibus: ſi vero fuſtim fugerem, tum jam malum illud a tergo acutiſſimum ingruebat. Et omnino id operam dabat agaſo meus, me ut interficeret.

31. Cum autem ſemel aliquando mala perpeſſus multa, prae impatientia calcem contra illum moviſſem, ſemper illum calcem in memoria habuit. Ac juſſus aliquando ſtuppam ex uno agro in alterum transferre, adducit me, ſtuppamque illam multam collatam mihi imponit, validoque me fune ſarcinae probe alligat, fraudem mihi ea re machinatus maximam. Cum vero jam pergendum eſſet, de foco furatus torrem adhuc ardentem, ubi procul ab aula receſſeramus, eum torrem in ſtuppa abſcondit: illa vero, quî enim poſſet aliter? ſubito ignem concipit: ilicet, nihil fero aliud, quam ignem immenſum. Videns ego ſtatim me in via aſſandum, obſervata forte lacuna paluſtri, in liquidiſſimam illius me partem abjicio: volvensque ibi ſtuppam, meque ipſum adeo circumagens & vertens, luto exſtinguo ardentem & acerbam mihi ſarcinam: ſicque reliquum viae minori cum periculo abſolvo. Nec enim

a Ἀποκτενεῖν] Ἀποκεντεῖν Ex. *Fl.* Cum vulgata facit P. *b* Στυππεῖον] Et ſic *Fl.* quae tamen verſu ſeq. ςυππίον exhibet. *c* Τυρεύων] Τορεύων *Pell.* *d* Στυππεῖον] Στυππίον iterum *Fl.* ac poſtea ubique.

96. Στυππεῖον] Στύππη. *V.*
2. Τυρεύων] Κακοσκευάζων. *V.*
7. Ἄπλετον] Μέγα, ἄπειρον, ἀχώρητον. *V.*
9. Τέλματι] Τέλματα τὰ πηλώδη καὶ τελευταῖα τοῦ ὕδατος ἢ βάθρα· * Ἰσαῖος δὲ εἶπε τὰ γεωργήσιμα χωρία. *V.*

* Ἰσαῖος] Εἰσεῦος Exc. *G.* Ἰσαῖος C.

96. Ἐξ ἑτέρου χωρίου εἰς ἕτερον χωρίον] Χωρίον non eſt *regio*, ut putavit Interpres; ſed *fundus*, *praedium*, quemadmodum ſaepe apud optimos auctores. *Plutarch.* de ſui laude p. 544. ὡς γὰρ οἰκιῶν καὶ χωρίων &c. Div. *Luc.* in Act. Apoſt. IV. 34. Ὅσοι γὰρ κτήτορες χωρίων ἢ οἰκιῶν ὑπῆρχον. *L. Bos.*

97. Κομίσας] I. e. *agens*, *ducens*. *F. G.*

Κομίσας] Sic iterum capite ſequenti. An ſatis Graece addubito. *M. du S.*

Κομίσας] Non ſatis Graecum arbitratur Cl. *Solanus*, pro *deducens*, quia proprie notaret *ferens*, *portans*. Verum non modo rurſus ita cap. ſeq. Sed & eodem modo bis legi in *Long. Paſt.* cujus ſtilus cum Noſtri ſatis congruit. ait autem *Longus* L. 2. p. 74. Ed. *Jungerm.* Χλόην εἰς ὀφθαλμοὺς ἐκόμισαν. *Chloën in conſpectum adduxere.* Et IV. 119. Ed. *Moll.* (errore typogr. eſt p. 127.) ἐπηγγέλλετο (Δάφνιν) κομίσειν εἰς τὴν πόλιν. Immo & *Sophocl.* Aj. flag. vſ. 63. Ποίμνας τε πα-

enim poterat jam puer iterum accendere ſtuppam liquido luto ſubactam. At hoc certe audax puer, cum delatus eſſet, *quo tendebat*, me calumniatus eſt, me praetereuntem ultro infricuiſſe me foco. Interea tum e ſtuppa praeter ſpem evaſeram.

[e] ὑπόλοιπον. οὐδὲ γὰρ ἔτι ἀνάψαι [f] με τῷ παιδὶ δυνατὸν ἦν τοῦ στυππείου πηλῷ ὑγρῷ πεφυρμένου. καὶ τοῦτό γε ὁ τολμηρὸς παῖς προσελθὼν ἐμοῦ καταψεύσατο, εἰπών, [g] ὡς παριὼν, ἑκὼν ἑαυτὸν ἐνσείσαιμι τῇ ἑστίᾳ. καὶ τότε μὲν ἐκ τοῦ στυππείου μηδὲ ἐλπίζων, ὑπεξῆλθον.

32. Sed aliud impurus ille puer contra me longe pejus excogitat. In montem me deducit, gravi lignorum ſarcina oneratum: eaque ligna ruſtico vendit habitanti in vicinia: me vero nudum ſine lignis domum deductum apud communem dominum nefandi facinoris per calumniam reum facit, *Iſtum, here*, inquit, *aſinum, neſcio cur alamus, ſupra modum piger qui ſit ac tardus. Verum nunc aliud quoque ſibi opus curae habet. Ubi mulierem, aut virginem pulchram ac formoſam videt, aut puerum; jactatis calcibus curſu eos inſequitur, eademque fere ratione, atque amator homo in amata ſibi muliere commovetur: & oſculi in morem morſicat, & vi in complexum ruit. Ex ea autem re lites tibi & negotia faceſſet, cum inſultet omnibus, evertat omnes. Etenim modo ligna geſtans, conſpecta muliere rus euntem, humi diſperſit excuſſa ligna omnia, cum*

Ἀλλ᾽ ἕτερον ὁ ἀκάθαρτος παῖς ἐξεῦρεν ἐπ᾽ ἐμὲ μακρῷ κάκιον. κομίσας γάρ με ἐς τὸ ὄρος, καί μοι φορτίον ἁδρὸν ἐπιθεὶς ἐκ τῶν ξύλων, τοῦτο μὲν πιπράσκει γεωργῷ πλησίον οἰκοῦντι, ἐμὲ δὲ γυμνὸν καὶ ἄξυλον κομίσας οἴκαδε, καταψεύδεταί μου πρὸς τὸν [h] αὐτὸν δεσπότην ἔργον ἀνόσιον. τοῦτον, δέσποτα, τὸν ὄνον, οὐκ οἶδ᾽ ὅτι βόσκομεν, δεινῶς ἀργὸν ὄντα καὶ βραδύν. ἀλλὰ μὴν νῦν ἐπιτηδεύει καὶ ἄλλο ἔργον, ἐπὰν γυναῖκα ἢ παρθένον καλὴν καὶ ὡραίαν ἴδῃ, ἢ παῖδα, ἀπολακτίσας ἕπεται δρόμῳ ἐπ᾽ αὐτοὺς, ὡς εἴ τις ἐρᾷ ἄνθρωπος ἄῤῥην, ἐπὶ ἐρωμένῃ γυναικὶ κινούμενος, καὶ δάκνει ἐν φιλήματος σχήματι, καὶ πλησιάζειν βιάζεται, ἐκ δὲ τούτου σοὶ δίκας καὶ πράγματα παρέξει, πάντων ὑβριζομένων, πάντων ἀνατρεπομένων. καὶ γὰρ νῦν ξύλα κομίζων, γυναῖκα εἰς ἀγρὸν ἀπιοῦσαν ἰδὼν, τὰ μὲν ξύλα πάντα χαμαὶ ἐσκόρπισεν ἀποσεισάμενος· τὴν δὲ γυναῖκα ἐς

e Ὑπόλοιπον] Ἐπίλοιπον *Coll.* f Με] Deeſt in *Fl.* g Ὡς] Male omiſit *Fl.* h Αὐτὸν] Nihil varietatis invenio, corrigendum tamen.

15. Ὑπόλοιπον] Ἐπίλοιπον. *G.*

17. Πεφυρμένου] Φύρω, μολύνω, ἐκβρέχω, † πλύνω, συγχέω, ταράσσω, μιγνύω. *V.*

† Πλύνω] Omiſſum hoc verbum ex collato codice inſeruit *M. du S.*

πάσας εἰς δόμους κομίζει. At ne credas de mortuo pecore domum portato ſermonem eſſe, confer verſum praecedentem, Τοὺς ζῶντας αὖ δεσμοῖσι συνδήσας βοῶν, & videbis de vivis loqui poëtam, nec talia in Luciano ſollicitabis. *J. F. R.*

19. Ἑαυτὸν] Ecce rurſus pro ἐμαυτόν. Conf. ſupra ad c. 13. f. & ſaepe alibi, ut parebit, ſpero, ex Indice, quare talia non mutanda. *J. F. R.*

23. Κομίσας] Confer modo notata ad c. 31. *J. F. R.*

27. Αὐτὸν] Lege αὐτοῦ. *M. du S.*

Ibid. Πρὸς τὸν αὐτὸν δεσπότην] Neque opus eſt, ut cum viro docto Britanno in *Miſcell. Obſ.* Vol. 2. p. 374. αὐτὸν in αὐτοῦ mutemus: neque hoc pertinet illa αὐτοῦ notio, qua ad herum, praeceptorem, eminentem virum, refertur, quod Belga obſervator putat l. c. Sed ὁ αὐτὸς eſt *idem*: ad *eundem* ſuum meumque dominum, vel, quod eandem hic vim habet, ad *communem* dominum. *J. M. G.*

33. Αὐτοὺς] Legendum putaram αὐτὰς, ſed quia *pueros* nominavit, nihil mutandum. *M. du S.*

36. Πλησιάζειν] *Congredi, coire.* *F. G.*

ἐς τὴν ὁδὸν ἀνατρέψας, γαμεῖν ἐβούλετο, ἕως ἄλλος ἄλλοθεν ἐκδραμόντες, [a] ἠμύναμεν τῇ γυναικὶ, ἐς τὸ μὴ διασπασθῆναι ὑπὸ τοῦ καλοῦ τούτου ἐραστοῦ.

muliere vero in viam everſa nuptias facere voluit, donec accurrentes aliunde alius, auxilio fuimus mulieri, ne a praeclaro iſtoc amatore laceraretur.

Ὁ δὲ ταῦτα πυθόμενος, Ἀλλ' εἰ μήτε βαδίζειν, ἔφη, ἐθέλει, μήτε φορτηγεῖν, καὶ ἔρωτας ἀνθρωπίνους ἐρᾷ, ἐπὶ γυναῖκας καὶ παῖδας οἰστρούμενος, ἀποσφάξατε αὐτόν· καὶ τὰ μὲν ἔγκατα τοῖς κυσὶ δότε, καὶ τὰ κρέα τοῖς ἐργάταις φυλάξατε· καὶ ἢν ἔρηται, πῶς οὗτος ἀπέθανε, λύκου [b] τοῦτο καταψεύσασθε. ὁ μὲν οὖν ἀκάθαρτος παῖς, ὀνηλάτης ἐμὸς, ἔχαιρε, καί με αὐτίκα ἤθελεν ἀποσφάττειν· ἀλλ' ἔτυχε γάρ τις παρὼν τότε γειτόνων γεωργῶν, καὶ οὗτος ἐρύσατό με ἐκ τοῦ θανάτου, δεινὰ ἐπ' ἐμοὶ βουλευσάμενος. Μηδαμῶς, ἔφη, ἀποσφάξῃς ὄνον, καὶ ἀλεῖν καὶ ἀχθοφορεῖν δυνάμενον· καὶ οὐ μέγα ἔργον. ἐπειδὴ γὰρ εἰς ἀνθρώπους ἔρωτι καὶ οἴστρῳ φέρεται, λαβὼν αὐτὸν ἔκτεμε· τῆς γὰρ ἐπαφροδίτου ταύτης ὁρμῆς ἀφαιρεθεὶς, ἥμερός τε εὐθὺς καὶ πίων ἔσται, καὶ οἴσει φορτίον μέγα, οὐδὲν ἀχθόμενος. εἰ δὲ αὐτὸς ἀπείρως ἔχεις ταύτης τῆς ἰατρείας, ἀφίξομαι δεῦρο μεταξὺ τριῶν ἢ τεττάρων ἡμερῶν, καί σοι τοῦτον σωφρονέστερον προβάτου παρέξω τῇ τομῇ. οἱ μὲν οὖν ἔνδον ἅπαντες ἐπῄνουν τὸν σύμβουλον, ὡς εὖ [c] λέγοι, ἐγὼ δὲ ἤδη ἐδάκρυον, ὡς ἀπολέσων αὐτίκα τὸν ἐν τῷ ὄνῳ ἄνδρα, καὶ ζῆν οὐκ ἔτι ἐθέλειν ἔφην, εἰ γενοίμην εὐνοῦχος. ὥστε καὶ ὅλως ἀποσιτῆσαι τοῦ λοιποῦ ἐγνώκειν, ἢ ῥίψαι ἐμαυτὸν ἐκ τοῦ ὄρους, ἔν-

33. Ille vero his auditis, *Si vero*, inquit, *neque incedere vult, neque geſtare onera, & humanos amores amat, in mulieres pueroſque inſaniens, illum jugulate, atque inteſtina projicite canibus, carnes ſervate operis: ac ſi interrogabitur, quomodo iſte perierit? a lupo factum mentimini.* Impurus ergo puer, meus mulio, gaudere, ac ſtatim me velle jugulare. Sed forte fortuna interveniens de vicinia ruſticorum aliquis, illa me morte eripuit; dirum *tamen* contra me conſilium ſubjecit. *Nequaquam*, inquit, *interfeceris aſinum, & molere valentem & geſtare onera. Nec magnum opus. Quando enim in homines amore atque oeſtro fertur, comprehenſum exſeca. Etenim venereo iſto impetu ſublato, manſuetus ſtatim & pinguis erit, & magnum ſine labore onus geſtabit. Si vero ipſe hujus curationis imperitus es, intra tertium quartumve diem huc veniam, & iſtum tibi ovicula mitiorem illa ſectione praeſtabo.* Itaque familiares omnes, laudare conſiliarium, bene illum dicere *aſſeverantes.* Ego vero jam plorare, qui mox perditurus eſſem *latentem* in aſino virum, & negare, me vivere velle, ſi eunuchus fierem: adeo ut omnino cibo abſtinere in poſterum decernerem, aut de monte me praecipitare, unde de-

a Ἠμύναμεν] Ἤμυναν Ex. *Fl.* Nil mutant Edd. nec P. *b* Τοῦτο] Τούτου Ex. *Fl.* Vulgatam ſervat P. *c* Λέγοι] Λέγει *Fl.*

42. Γαμεῖν ἐβούλετο] Sic γαμηθεῖσαν accipit *Kuſterus* in Schol. ad *Ariſtoph.* Plut. 1082. *J.M.G.*

50. Τὰ κρέα] Vide *Reineſ.* Var. Lect. 289. *M. du S.*

51. Ἢν ἔρηται] Ὁ δεσπότης deeſſe videtur. *F.G.*

Ἢν ἔρηται] Non deeſt δεσπότης, ſed intelligitur, vel potius αὐτὸς intelligendum relinquitur, ut notiſſimum hoc pronomine Herum κατ' ἐξοχὴν deſignari, veluti *ipſe adeſt* ap. Terent. ſatis crebro. *Ariſtoph.* Neb. v. 220. Ἴθ' οὗτος, ἀναβόησον αὐτόν μοι μέγα. Quod vel honoris cauſſa fieri, recte ibi monet *Scholiaſt.* dicens: Τιμῶν τὸν διδάσκαλον οὐκ εἶπε πρῶτον τὸ ὄνομα. Sub αὐτὸν autem *Socratem* intelligi, ex ipſo *Ariſtophane* ſatis eſt apertum. Conf. & Scholiaſten ejus ad Nub. 195. ubi & ἐκεῖνος eod. more accipi multis tradit. *J.F.R.*

75. Ὁλόκληρος] De poteſtate hujus verbi vid. ſupra ad *Amor.* c. 24. No. 94. Et hic ſignificari intelliges *non caſtratum.* *J.F.R.*

77. Νὺξ βαθεῖα] Sic rurſus infra c. 56. Et βαθεῖα ἑσπέ-

delapſus miſerrima equidem morte, integrum tamen adhuc & intemeratum cadaver, morerer.

34. Intempeſta jam nocte, nuntius de vico aliquis rus venit & in villam, dicens, puellam illam recens nuptam, illam, quae in latronum poteſtatem fuerat, ipſiusque ſponſum, ſero diei ambos & ſolos in litore ambulantes, accedente ſubito maris fluctu abreptos, non amplius comparere, eumque finem illis calamitatis ac mortis accidiſſe. Hic illi, velut orbata junioribus heris domo, decernunt non amplius manere in ſervitute, ſed direptis, quae intus erant omnibus, fuga ſibi conſulunt. Equarum autem paſtor, & me aſſumto, & convaſatis quae poterat omnibus, ea mihi & equabus imponit. Ego gravabar equidem ferens veri onus aſini. Interim lubens impedimentum illud meae caſtrationis excepi. Ac per totam illam noctem difficili itinere cum perrexiſſemus, & trium aliorum dierum ſuperata via, venimus in urbem Macedoniae, Beroean, magnam ac celebrem.

35. Ibi ſtatuunt qui nos egerant, & ipſi ſe collocare, & nos. Tum igitur noſtrûm, jumentorum nempe inſtituta auctio: & vocalis praeco, in medio ſtans foro, proclamat. Accedentes autem *emtores* inſpicere *nos* volunt, apertisque noſtris oribus, annos de dentibus uniuscujusque ſpectant. Et partim quidem, aliud alius emunt. Me autem relictum ultimum jubet domum rurſus reduci praeco, *Vides*, inquiens, *hic ſo-*

θα ἐκπεσὼν, θανάτῳ οἰκτίστῳ ὁλόκληρος ἔτι καὶ ἀκέραιος νεκρὸς τεθνήξομαι.

Ἐπεὶ δὲ ἦν νὺξ βαθεῖα, ἄγγελός τις ἀπὸ τῆς κώμης ἦλθεν εἰς τὸν ἀγρὸν, καὶ τὴν ἔπαυλιν, ταύτην λέγων τὴν νεόνυμφον κόρην, τὴν ὑπὸ τοῖς λῃσταῖς γενομένην, καὶ τὸν ταύτης νυμφίον, περὶ δείλην ὀψίαν ἀμφοτέρους αὐτοὺς ἐν τῷ αἰγιαλῷ περιπατοῦντας, ἐπιπολάσασαν ἄφνω τὴν θάλασσαν ἁρπάσαι, καὶ ἀφανεῖς ποιῆσαι, καὶ τέλος αὐτοῖς τοῦτο τῆς συμφορᾶς καὶ θανάτου γενέσθαι. οἱ δὲ, οἷα δὴ κεκενωμένης οἰκίας νέων δεσποτῶν, ἔγνωσαν μηκέτι μένειν ἐν τῇ δουλείᾳ, ἀλλὰ πάντα διαρπάσαντες τὰ ἔνδον, φυγῇ ἐσώζοντο. ὁ δὲ νομεὺς τῶν ἵππων, κἀμὲ παραλαβὼν, καὶ πάνθ' ὅσα δυνατὸς ἦν συλλαβὼν, [d] ἐπικατέδησέ μοι καὶ ταῖς ἵπποις· ἐγὼ δὲ ἠχθόμην μὲν, φέρων φορτίον ὄνου ἀληθινοῦ, ἀλλ' οὖν ἄσμενος τὸ ἐμπόδιον τοῦτο τῆς ἐμῆς ἐδεξάμην ἐκτομῆς· καὶ τὴν νύκτα ὅλην ἐλθόντες ὁδὸν ἀργαλέαν, καὶ τριῶν ἄλλων ἡμερῶν τὴν ὁδὸν ἀνύσαντες, ἐρχόμεθα ἐς πόλιν τῆς Μακεδονίας, Βέροιαν, μεγάλην καὶ πολυάνθρωπον.

Ἐνταῦθα ἔγνωσαν οἱ ἄγοντες ἡμᾶς ἱδρῦσαι, καὶ ἑαυτούς. καὶ τότε δὴ πρᾶσις ἦν ἡμῶν τῶν κτηνῶν, καὶ κῆρυξ εὔφωνος ἐν ἀγορᾷ μέσῃ ἑστὼς, ἐκήρυττεν· οἱ δὲ προσιόντες ἰδεῖν ἤθελον, τὰ στόματα ἡμῶν ἀνοίγοντες, καὶ τὴν ἡλικίαν ἐν τοῖς ὀδοῦσιν ἑκάστῳ ἔβλεπον, καὶ τοὺς μὲν ὠνήσαντο ἄλλος ἄλλον, ἐμὲ δὲ ὕστατον ἀπολελειμμένον ὁ κῆρυξ ἐκέλευσεν αὖθις [e] ἐπανάγειν ἐς οἶκον, ὁρᾷς, [f] λέγων, οὗτος

d Ἐπικατέδησε] Ἐπεκατέδησε Ex. *Fl.* Vulgatae adſentitur P. e Ἐπανάγειν] Ἀπάγειν Ex. *Fl.* Nihil a vulgata abit P. Ἐπάγειν marg. *A*1. Ἀπαγεῖν *H*. 1. & 2. f Λέγων] Ἔφη *Fl.*

76. Ἀκέραιος] * Ἐκ παραλλήλου. *V.*

* Ἐκ παραλλήλου] Idem legi in C, teſtatur *Solan.* Nec immerito id inveſtigaſſe videtur, quia ἄτοπον. Ego quidem ſenſum ejus non percipio. Niſi ſimul reſpiciat ad proxime praecedens ὁλόκληρος; quaſi Scholiaſta innuat, ἀκέραιος hic idem fere eſſe, vel conſequens τοῦ ὁλοκλήρου, ut qui *integer* ſit, etiam foret *innoxius*. *J. F. R.*

ἑσπέρα, in *Quom. Hiſt.* c. 28. m. Βαθεῖα εἰρήνη. *Alex.* c. 25. vſ. 52. *Tox.* c. 36. *Herodian.* IV. 10. 1. &c. *J. F. R.*

81. Αὐτοὺς] Vide not. ad Θ. Δ. X. *M. du S.*

οὗτος μόνος οὐκ [a] εὑρίσκει κύριον. ἡ δὲ πολλὰ πολλάκις δινουμένη καὶ μεταπίπτουσα Νέμεσις ἤγαγε κἀμοὶ τὸν δεσπότην, οἷον οὐκ ἂν εὐξαίμην· κίναιδος γὰρ καὶ γέρων ἦν, τούτων εἷς τῶν τὴν θεὸν τὴν Συρίαν εἰς τὰς κώμας καὶ τοὺς ἀγροὺς περιφερόντων, καὶ τὴν θεὸν ἐπαιτεῖν ἀναγκαζόντων. τούτῳ πιπράσκομαι πολλῆς πάνυ τιμῆς, τριάκοντα δραχμῶν· καὶ στένων ἤδη, τῷ δεσπότῃ εἱπόμην ἄγοντι.

Ἐπεὶ δὲ ἥκομεν ἔνθα ᾤκει Φίληβος (τοῦτο γὰρ εἶχεν ὄνομα ὁ ὠνησάμενός με) μέγα εὐθὺς πρὸ τῆς θύρας ἀνακέκραγεν, Ὦ κοράσια, δοῦλον ὑμῖν ἐώνημαι καλὸν καὶ ἁδρὸν, καὶ Καππαδόκην τὸ γένος. ἦσαν δὲ τὰ κοράσια ταῦτα, ὄχλος κιναίδων συνεργῶν τοῦ Φιλήβου, καὶ πάντες πρὸς τὴν βοὴν ἀνεκρότησαν. ᾤοντο γὰρ ἀληθῶς ἄνθρωπον εἶναι τὸν ἐωνημένον· ὡς δὲ εἶδον ὄνον ὄντα τὸν δοῦλον, ἤδη ταῦτα ἐς τὸν Φίληβον ἔσκωπτον, Τοῦτον οὐ δοῦλον, ἀλλὰ νυμφίον σαυτῇ πόθεν ἄγεις

lus dominum non reperit. Verum illa, multum ſaepe vertigine quaſi quadam circumacta, & huc illuc labans, ultrix providentia, adduxit mihi quoque, qualem minime optarem, herum. Cinaedus enim & ſenex erat, ex eo genere unus, qui Syriam Deam per vicos agroſque circumferunt, & mendicatum ire Deam cogunt. Huic vendor magno ſane pretio, drachmis triginta. Jamque ingemiſcens ducentem ſequor dominum.

36. Cum autem veniſſemus in diverſorium Philebi, (hoc enim nomen habebat, qui me emerat) magna ſtatim ante januam voce exclamat, *Emi vobis, puellae, ſervum pulchrum, & compactum, & gente Cappadocem.* At illae puellae erant turba cinaedorum, Philebi ſodalium, qui omnes ad illum clamorem plauſum tollunt, rati revera hominem eſſe, quod emtum eſſet. Cum autem viderent aſinum eſſe illum ſervum, jam iſta in Philebum cavillantur, *Hunc non ſervum*, o noſtra, *ſed ſponſum tibi, unde* quae-

a Εὑρίσκει] Εὑρήσκει *J.* & *V2.* Εὕρηκε cett.

8. Εὑρίσκει] Legendum neceſſario aut εὑρίσκει, aut εὑρήσει. In utraque *Veneta* εὑρήσκει, quod ad emendationem viam monſtrat. In reliquis εὕρηκε. *M. du S.*

Εὑρίσκει] Qui meminerit quoties ι & η male permutentur, maxime in Ed. *Junt.* facile videbit eam, dum εὑρήσκει ſcribit, imitatam Mſ. quod eo ipſo εὑρίσκει dare voluit; ſed bene dictantem male excepit; ita eadem *Junt.* c. 20. hujus *Dial.* ξήφει pro ξίφει, vid. ſaepe alibi in variantt. notata ſimilia, quae vix operae foret notaſſe; niſi hi ipſi errores ad inveſtigandum verum occaſionem praeberent. Corrupta autem illa pronuntiatio η inſtar ι proferendi non eſt adeo nova atque auctores nonnulli qui de Graeca pronnunt. ſcripſere, volunt; quin & in Inſcriptt. inveniuntur ejus veſtigia, ut ἀνέθικεν pro ἀνέθηκεν in Inſcript. *Reineſ.* p. 633. ac non ſemel alibi ap. eumdem. Quum *Henninius* recte ex ipſis fontibus docuerit, veteres ſonum literae η balatui ovium comparaſſe, quae inde μῆλα dictae. At εὑρήσει quoque inde conficerem, quod hic aeque bonum; niſi uſu doctus eſſem, in alteram partem peccare illas Edd. & in η pro ι ſubſtituendo faciliores eſſe, quam ut κ inſerant. Vulgatum εὕρηκε languet, & videtur ex eod. errore ortum, quod εὑρήσκει ſcriptum invenirent, & id vitioſum ſentientes, ita corrigere voluerint. *J. F. R.*

29. Τούτων —— γάμων] Modo plur. Num. effertur indiſcretim, modo ſing. Sic ὡραῖον ἤδη γάμου habuimus ſupra, *Tox.* c. 22. I. *Ver. Hiſt.* c. 21. &c. & infra *Dial. Mer.* 2. Sed plural. *Amor.* c. 51. pr. *Dial. Mer.* VII. *Ariſtoph.* Av. 132. Item ter quater promiſcue in *Evang. Matth.* XXII. 2. & ſeqq. Ὄναιο autem per contemtum dici, ut ap. *Terent.* And. V. 3. 18. *Habeat, valeat, vivat cum illa*, facile adparet. *J. F. R.*

37. Θεοφόρητος] Illud certum videtur, hic pariter & paullo poſt, ubi redit hoc nomen, nihil de inſtinctu Deae, aut enthuſiaſmo adeo aſini; ſed deſignari *gerulum Deae*, ut Apulejus appellat. Sed utrum hoc ſignificari poſſit θεοφόρητος, quaeritur? Favet certe, quod ex *Polybio* profertur ἀψηφοφόρητος, jure ſuffragii carens, qui non fert ſuffragium. *J. M. G.*

Ibid. Ὁ δὲ αὐλητὴς ὅμιλος] H. e. *tibicinum coetus.* Eleganter dictum pro αὐλητικὸς ὅμιλος, quemadmodum apud Comicum *Pace* 692. τὸν δημότην ὅμιλον, pro δημοτικόν. Vid. ib. *Schol.* *L. Bos.*

Ibid. Αὐλητὴς ὅμιλος] Neſcio an hic recte dicatur. Tragicum enim eſt. *Eurip.* Hec. 921.

Ναύταν οὐκέθ' ὁρῶν ὅμιλον.

M. du S.

Αὐλητὴς ὅμιλος] Adſcripſerat *Solan.* vid. infra Παρασ. c. 43. Ibi vero nihil aliud invenio, quam καὶ πᾶς οὗτος.

quaeſo acceptum adducis? Feliciter vero tibi eveniant praeclarae nuptiae, pariaſque nobis propediem tales pullos. Sic tum ridebant.

37. Poſtridie ad opus, ut ipſi dicebant, ſuum ſe accingunt: ornatamque Deam mihi imponunt. Tum urbe egreſſi per agros circumimus. Quoties vero ad vicum acceſſeramus, ego Deae gerulus inſiſtebam. Sed tibicinum turba fanaticum quiddam inflante, illi capite demiſſo cervices intorquentes, lacertos ſibi vulnerant, & exſertam ultra dentes linguam quiſque & ipſam incidunt: adeo ut breviſſimo temporis ſpatio molli ſanguine plena eſſent omnia. Ego vero iſta cum viderem, primum adſtans tremere, ne forte Deae aſinino etiam ſanguine opus eſſet. Ubi vero ita ſe conciderant, de circumſtantibus ſpectatoribus ſtipem, obolos ac drachmas colligunt. Alius ficus, & caſeum, & vini cadum de-

λαβοῦσα; ὄναιο δὲ [b] τούτων τῶν καλῶν γάμων, καὶ τέκοις ταχέως ἡμῖν πώλους τοιούτους. καὶ οἱ μὲν ἐγέλων.

Τῇ δὲ ὑστεραίᾳ συνετάττοντο ἐπ' ἔργον, ὥσπερ αὐτοὶ ἔλεγον, καὶ τὴν θεὸν ἐνσκευασάμενοι ἐμοὶ ἐπέθηκαν. εἶτα τῆς πόλεως ἐξηλαύνομεν, καὶ τὴν χώραν περιῄειμεν. ἐπειδὰν δ' εἰς κώμην τινὰ [c] προσέλθοιμεν, ἐγὼ μὲν ὁ θεοφόρητος ἱστάμην, ὁ δὲ αὐλητὴς [d] ὅμιλος ἐφύσα ἔνθεον, οἱ δὲ τὰς μίτρας ἀπορρίψαντες τὴν κεφαλὴν κάτωθεν ἐκ τοῦ αὐχένος [e] ἑλίσσοντες, τοῖς ξίφεσιν ἐτέμνοντο τοὺς πήχεις, καὶ τὴν γλῶτταν τῶν ὀδόντων ὑπερβάλλων ἕκαστος, ἔτεμνε καὶ ταύτην· ὥστε ἐν ἀκαρεῖ πάντα πεπλῆσθαι μαλακοῦ αἵματος. ἐγὼ δὲ ταῦτα ὁρῶν, τὰ πρῶτα ἔτρεμον ἑστώς, μήποτε χρεία τῇ θεῷ καὶ ὀνείου αἵματος γένοιτο. ἐπειδὰν δὲ κατακόψειαν οὕτως ἑαυτούς, ἐκ τῶν περιεστηκότων θεατῶν συνέλεγον ὀβολοὺς καὶ δραχμάς· ἄλλος ἰσχάδας, [f] καὶ τυρόν, καὶ οἴνου κάδον ἐπέ-

b Τούτων] Τούτου τῶν &c. male *Fl.* *c* Προσέλθοιμεν] Προσέλθημεν *Fl.* *d* Ὅμιλος ἐφύσα] Ἐφύσα ὅμιλος P. *e* Ἑλίσσοντες] Εἰλίσσοντες *Fl.* Εἰλήσσοντες P. *f* Καὶ τυρὸν &c.] Reſtitut. ex emend. *Solani*, v. ejus notam.

37. Ὅμιλος] Πλῆθος, * ὄχλος, ἀθροίσμα. *V.*

* Ὄχλ. ἀθρ.] Deerant haec in Editis. Addidit *M. du S.*

οὗτος ὅμιλος. turbaque philoſophorum ibi intelligitur; quid autem hoc ad rem? Nec ſatis indicat qua de re dubitet, de ipſo adparatu muſico huc non pertinente, an quod vitioſa conſtructio αὐλητὴς ὅμιλος. Sed videamus *Euripid.* ad quem provocat. Ibi legimus: Ναύταν οὐκέθ' ὁρῶν ὅμιλον. *Nauticum non amplius videns multitudinem.* Unde jam credebam, eum non dubitare potuiſſe de ſubſtantivo αὐλητὴς pro αὐλητικὸς, quod ναύταν pro ναυτικὸν ſimiliter eſt in *Eurip.* quodque ex *Ariſtoph.* modo etiam probavit *Bos*, noſque ſupra in 2. *Ver. Hiſt.* c. 46. No. 67. ubi Ἑλλάδα φωνὴν pluribus confirmavimus, & aliis etiam augere poſſemus, ut ex *Heſiod.* Ἐργ. 191. ὕβριν ἀνέρα, &c. Sed vid. Appendicem de Syntaxi *Aretaei* in Edit. *Boerhavii* p. 358. b. At multo minus de tibiis in ſacris hiſce adhibitis dubitare potuit. Quare adparet ſtilum tragicum ab eo culpatum; fruſtra tamen, ut ex bene multis aliis quae Cl. *Jenſ.* ex Noſtro aliiſque proſaicis ſcriptoribus attulit in Lectt. Lucian. loco ſupra ad *Ver. Hiſt.* a me adducto. *J. F. R.*

39. Ἀπορρίψαντες — ἑλίσσοντες] De hac participiorum ſtructura vid. ad *Tox.* c. 2. *J. F. R.*

40. Τοῖς ξίφεσιν ἐτέμνοντο τοὺς πήχεις] Non debeo hunc locum inobſervatum præmittere, quia ſunt eædem voces in eadem materia, qua annotavi in tomi primi pagina 475. nec tamen nunc πήχεις aliter vertunt, quam *lacertos*, quod illic quoque volebamus. Verum neſcio qui intelligantur hæc præcedentia, τὴν κεφαλὴν κάτωθεν ἐκ τοῦ αὐχένος ἑλίσσοντες, ubi Baſileenſes, *caput ſubtus guttur ligantes*, Benedictus *depreſſa cervice caput torquentes.* Nihil horum probari poteſt, & Græca exigunt *inferne ab cervice caput verſantes* ac torquentes, ut nempe cervix cum capite videretur in omnem partem converti. *J. G.*

49. Τυρὸν καὶ οἴνου κάδον] Ridicule prorſus antehac legebatur οἶνον καὶ τυροῦ κάδον. Quod ex conjectura quidem, ſed certiſſima, emendavimus. *M. du S.*

 77. Κα-

ἐπέδωκε, καὶ πυρῶν μέδιμνον καὶ κριθῶν τῷ ὄνῳ. οἱ δὲ ἐκ τούτων ἐτρέφοντο, καὶ τὴν ἐπ' ἐμοὶ κομιζομένην θεὸν ἐθεράπευον.

ἐνταῦθα γὰρ τὸ αἰεὶ πλέον δέπας εἴρηκεν, οὐχ ὅτι τὸ ποτήριον διὰ παντὸς πλῆρες ἑστήκει τῷ Ἰδομενεῖ, καὶ μαχομένῳ καὶ καθεύδοντι, ἀλλ᾽ ὅτι αὐτῷ [b] δι᾽ ὅλου τοῦ βίου μόνῳ συνδειπνεῖν ὑπῆρχε τῷ βασιλεῖ, ἀλλ᾽ [c] οὐχ ὥσπερ τοῖς λοιποῖς στρατιώταις πρὸς ἡμέρας τινὰς [d] προσκαλουμένοις. τὸν μὲν γὰρ Αἴαντα, ἐπεὶ καλῶς ἐμονομάχησε τῷ Ἕκτορι, εἰς Ἀγαμέμνονα δῖον [e] ἄγον, φησὶ, κατὰ τιμὴν ἀξιωθέντα ὀψὲ τοῦ παρὰ τῷ βασιλεῖ δείπνου· ὁ δὲ Ἰδομενεὺς, καὶ ὁ Νέστωρ, ὁσημέραι συνεδείπνουν τῷ βασιλεῖ, ὡς αὐτός φησι. Νέστωρ δὲ παράσιτός μοι δοκεῖ τῶν βασιλέων μάλιστα τεχνίτης καὶ ἀγαθὸς γενέσθαι. οὐ γὰρ ἐπὶ τοῦ Ἀγαμέμνονος ἄρξασθαι τῆς τέχνης, ἀλλὰ ἄνωθεν ἐπὶ Καινέως καὶ Ἐξαδίου· δοκεῖ δὲ οὐδὲ ἀναπαύσασθαι παρασιτῶν, εἰ μὴ [f] καὶ Ἀγαμέμνων ἀπέθανε. ΤΥΧ. Οὗτοσὶ μὲν γενναῖος ὁ παράσιτος. εἰ δὲ καὶ ἄλλους τινὰς οἶσθα, πειρῶ λέγειν.

nondum tamen videor mihi intelligere, quomodo duo illi viri Paraſiti Agamemnonis fuerint. PAR. Recordare, vir optime, verſuum illorum, quos ipſe Agamemnon dicit ad Idomeneum. TYCH. Quorum? PAR.

Tibi pocula ſemper
Plena ſtetere, velut mihi, ſi potare luberet.

Hic enim *plena ſemper pocula* dixit, non quo poculum perpetuo plenum ſteterit Idomeni, & pugnanti & dormienti; ſed quod ipſi per totam vitam liceret ſoli coenare cum Rege, non ut reliquis militibus, qui certis modo quibusdam diebus vocarentur. Ajacem enim ſolitaria contra Hectorem pugna praeclare defunctum, *Ad divum*, ait, *Agamemnona ducunt*, honoris cauſſa coenae Regis adhibendum. Idomeneus vero atque Neſtor coenabant cum Rege quotidie, ut ipſe ait. Neſtor vero Paraſitus mihi videtur regum maxime artifex & bonus fuiſſe, nec enim coepiſſe artem in Agamemnone, ſed ſuperiori tempore in Caeneo & Hexadio: videtur autem nec deſiſſe paraſitari, niſi mortuo Agamemnone. TYCH. Hic quidem praeclarus Paraſitus. Si vero alios etiam noſti, tenta dicere.

46. PAR.

a Πλέον] Edd. Luciani. Πλεῖον *Homer.* *b* Δι᾽ ὅλου] Quaedam διόλου. *c* Οὐχ] Recte *Fl. P. B.* Οὐκ *J.* *d* Προσκαλουμένοις] Sic *Fl. Ald. B*1. & 2. *H. P. S.* Καλουμένοις *J.* *e* Ἄγον] Sic *Fl.* & *Hom.* Ἄγων Edd. cett. *f* Καὶ] Non adeſt καὶ in *Fl.*

10. Πλεῖον] Ex *Homero* Il. Δ. 262. repoſuimus pro πλέον. *M. du S.*

Πλέον] Verum eſt in *Homero* l. d. πλεῖον legi, ut verſus mere ſpondaicus, Homero rarior, ibi poſtulat, ait enim: Δαιτρὸν πίνωσιν, σὸν δὲ πλεῖον δέπας αἰεί. Sed quia in hemiſtichio quod Lucianus profert, σὸν δὲ πλέον etiam verſum, & magis fluentem facit, nihil mutavi; quia vel dedita opera ſic poteſt ſcripſiſſe, vel memoriter. At quum *Homeri* adfectata ſpondaeorum dimenſio ſtudio etiam a poëta quaeſita videri poteſt, ad lentam admirantis & rem magnam parantis pronuntiationem exhibendam, legere jam πλεῖον & hic poterit, cui id videtur tanti. *J. F. R.*

16. Δι᾽ ὅλου] Ita *V*2. & *P.* ſcribunt, recte. In reliquis conjunctim ſcribitur διόλου, abſurde. *M. du S.*

20. Εἰς Ἀγαμέμνονα] *Homer.* Il. H. 312. *M. du S.*

21. Ἄγον] Sic apud *Homerum* & in Ed. *Fl.* legitur: reliqua Lucianea ſunt. *M. du S.*

24. Ὡς αὐτός φησι] Ubi hoc dicat *Homerus* neſcio; certe Il. B. 405. vocat ad coenam Neſtora & Idomeneum in primis. Sed ex verbis ipſis Agamemnonis ab eo ſupra allatis (Il. Δ. 262.) id elicit. Aſt ex quibus eliciat Neſtora etiam ſemper adfuiſſe Agamemnonis menſae, neſcio. *M. du S.*

28. Ἐπὶ Καινέως] Locus *Homeri* unde hoc conjiciat, eſt Iliad. A. 264. *M. du S.*

39. Ἕκτορα] *Hom.* Il. Π. 278. *M. du S.*

41. Πρωτεσιλάου] *Iliad.* Π. 293. *M. du S.*

47. Σκε

46. PAR. Quid ergo, Tychiade, nonne etiam Paraſitus Achillis fuit Patroclus, isque nec ullo Graecorum aliorum deterior, neque mente neque corpore, licet eſſet adhuc juvenis? Etenim nec ipſo illum Achille deteriorem eſſe, ex operibus illius intelligere mihi videor. Hectorem enim perruptis portis, ad naves intra vallum pugnantem hic expulit, & navem Proteſilai jam ardentem reſtinxit: licet vectores in ea eſſent non viliſſimi, ſed Ajax & Teucer Telamonis filii, miles alter egregius, alter ſagittator: ac barbarorum quidem interfecit multos, in his vero etiam Sarpedonem Jovis filium, Paraſitus Achillis: nec ſicut alii mortuus eſt: cum ipſum Hectorem Achilles interfecerit ſolum ſolus, & ipſum Achillem Paris; Paraſitum vero Deus, & homines duo. Moriensque voces edidit, non quales Hector fortiſſimus, qui Achillis genibus advolutus ſupplicavit, ut cadaver ſuum reddatur ſuis; ſed quales convenit emittere Paraſitum. TYCH. Quas ergo? PAR.

Viginti tales ſi me contra arma tuliſſent,

ΠΑΡ. Τί οὖν, ὦ Τυχιάδη, οὐχὶ καὶ Πάτροκλος τοῦ Ἀχιλλέως παράσιτος ἦν, καὶ ταῦτα οὐδενὸς τῶν ἄλλων Ἑλλήνων φαυλότερος, οὔτε τὴν ψυχὴν, οὔτε τὸ σῶμα, νεανίας ὤν; ἐγὼ γὰρ οὐδ' αὐτοῦ μοι δοκῶ τοῦ Ἀχιλλέως τεκμαίρεσθαι τοῖς ἔργοις αὐτοῦ [g] χείρω εἶναι, τόν τε γὰρ Ἕκτορα ῥήξαντα τὰς πύλας, καὶ παρὰ ταῖς ναυσὶν εἴσω μαχόμενον, οὗτος ἐξέωσε, καὶ τὴν Πρωτεσιλάου ναῦν ἤδη καιομένην ἔσβεσε. καίτοι ἐπεβάτευον αὐτῆς οὐχ οἱ φαυλότατοι, ἀλλ' οἱ τοῦ Τελαμῶνος Αἴας τε καὶ Τεῦκρος, ὁ μὲν ὁπλίτης ἀγαθός, ὁ δὲ τοξότης. καὶ πολλοὺς μὲν ἀπέκτεινε τῶν βαρβάρων, ἐν δὲ δὴ τούτοις καὶ Σαρπηδόνα τὸν τοῦ Διὸς υἱόν, ὁ παράσιτος τοῦ Ἀχιλλέως. καὶ ἀπέθανε δὲ οὐχὶ τοῖς ἄλλοις ὁμοίως, ἀλλ' αὐτὸν μὲν Ἕκτορα Ἀχιλλεὺς ἀπέκτεινεν, εἷς ἕνα, καὶ αὐτὸν Ἀχιλλέα Πάρις· τὸν δὲ παράσιτον θεὸς καὶ δύο ἄνθρωποι. καὶ τελευτῶν δὲ φωνὰς ἀφῆκεν, οὐχ οἵας ὁ γενναιότατος Ἕκτωρ προσπίπτων τὸν Ἀχιλλέα, καὶ ἱκετεύων ὅπως ὁ νεκρὸς αὐτοῦ τοῖς οἰκείοις ἀποδοθῇ, ἀλλ' οἵας εἰκὸς ἀφεῖναι παράσιτον. [h] ΤΥΧ. Τίνας δὴ ταύτας; ΠΑΡ.

Τοιοῦτοι δ' εἴπερ μοι ἐείκοσιν ἀντεβόλησαν,
Πάν-

g Χείρω] Χείρωνα Fl. h ΤΥΧ.] Aberat perſona ΤΥΧ. & ſeq. ΠΑΡ. in Edd. Adjeci ex *Jenſio*.

47. Σαρπηδόνα] *Iliad*. Π. 480. De ſequentibus vid. etiam ead. *Il*. Π. 788. & 849. *M. du S.*

51. Θεὸς καὶ δύο ἄνθρωποι] Apollo, Hector, & ejus auriga, ſeu armiger. *F. G.*

52. Καὶ τελευτῶν &c.] Καὶ τελευτῶν δὲ (Πάτροκλος) φωνὰς ἀφῆκεν, οὐχ οἵας γενναιότατος Ἕκτωρ, προσπίπτων τὸν Ἀχιλλέα — ἀλλ' οἵας εἰκὸς ἀφεῖναι παράσιτον. ΤΥΧ. Τίνας ταύτας; ΠΑΡ. Τοιοῦτοι δ' εἴπερ μοι ἐείκοσιν ἀντεβόλησαν, &c. Sic puto hunc locum legendum, intextis perſonis, quae perperam exciderant: Ait Paraſitus, Patroclum morientem non illiusmodi ſupplicem ad interfectores ſuos miſiſſe vocem, qualem Hector, ſuppliciter orans Achillem, ut corpus ſuum cognatis traderetur; at miſiſſe eam vocem, quae Paraſito fuerit digna. Rogat Tychiades, quae demum ea vox fuerit? Reſpondet Paraſitus id, quod ab eo moribundo prolatum fuiſſe, refert Homerus. *J. J.*

53. Ἕκτωρ προσπίπτων] *Hom*. Il. Χ. 337. *M. du S.*

Ibid. Προσπίπτων τὸν Ἀχιλλέα] In *Homero* eſt λίσσομαι, non προσπίπτων. Sed an & προσπίπτω cum accuſativo conſtruitur? An verborum ordo eſt mutandus? legendumque Ἕκτωρ προσπίπτων καὶ ἱκετεύων τὸν Ἀχιλλέα; nam προσπίπτειν τινὶ cum dativo uſitate dici, eſt notiſſimum. Non eſt quidquam immutandum, quum & *Eurip*. cum accuſat. conſtruat fere ſemper, ut *Hecub*. 339. Πρόσπιπτε δ' οἰκτρῶς τοῦ δ' Ὀδυσσέως γόνυ. Ibid. 737. — πότερα προσπέσω γόνυ; deinde *Androm*. vſ. 537. Τί με προσπίπτεις, ἁλίαν πέτραν, Ἢ κῦμα λιταῖς ὣς ἱκετεύων. Sic & προσπιτνοῦσ' ἐμὸν γόνυ idem Suppl. vſ. 10. eadem ratione, i. e. ellipſi τοῦ πρός. Nam ibid. vſ. 43. πρὸς γόνυ πίπτουσα τὸ σόν. Unum ex *Andromache* ejusdem locum protulit, non commonſtravit, Scapula, quod tamen mirere, quia *Stephanus*, quem exſcripſit, de hoc caſu nihil. *J. F. R.*

58. Τοιοῦτοι δ' εἴπερ] *Hom*. Il. Π. 847. *M. du S.*

59. Αἰ]

Πάντες [a] ἂν αὐτόθ' ὄλοντο, ἐμῷ ὑπὸ δουρὶ δαμέντες.

ΤΥΧ. Ταῦτα μὲν ἱκανά. ὅτι δὲ μὴ φίλος, ἀλλὰ παράσιτος ἦν ὁ Πάτροκλος τοῦ Ἀχιλλέως, πειρῶ λέγειν. ΠΑΡ. Αὐτὸν, ὦ Τυχιάδη, τὸν Πάτροκλον ὅτι παράσιτος ἦν, λέγοντά σοι παρέξομαι. ΤΥΧ. Θαυμαστὰ λέγεις. ΠΑΡ. Ἄκουε τοίνυν αὐτῶν τῶν ἐπῶν·

Μὴ ἐμὰ σῶν ἀπάνευθε [b] τιθήμεναι ὀστέ', Ἀχιλλεῦ,
Ἀλλ' ὁμοῦ ὡς ἐτράφημεν ἐν ὑμετέροισι δόμοισι.

καὶ πάλιν [c] ἀποβὰς,

[d] Καὶ νῦν με δεξάμενός, φησιν, ὁ Πηλεὺς
Ἔτρεφεν ἐνδυκέως, καὶ σὸν θεράποντ' ὀνόμηνε,

τουτέστι παράσιτον εἶχεν. εἰ μὲν τοίνυν φίλον ἐβούλετο τὸν Πάτροκλον λέγειν, οὐκ ἂν αὐτὸν ὠνόμαζε θεράποντα· ἐλεύθερος γὰρ ἦν ὁ Πάτροκλος. τίνας τοίνυν λέγει θεράποντας,

Unusquisque mea domitus jacuiſſet ab haſta.

47. TYCH. Sufficiunt iſta. Aſt, non amicum fuiſſe Patroclum, ſed Paraſitum, illud tenta dicere. PAR. Ipſum, Tychiade, Patroclum praebebo tibi, dicentem ſe Paraſitum fuiſſe. TYCH. Mira narras. PAR. Ipſa ergo audi verba:

Ne mea, Achille, tuis procul oſſibus oſſa reconde,
Verum una, ut veſtris una ſumus aedibus alti.

Et rurſus, jam diſcedens,

Hic me ſuſceptum, inquit, *Peleus*
Et ſtudioſe aluit, juſſitque tibi eſſe miniſtrum:

hoc eſt, Paraſitum. Si enim amicum voluiſſet dicere Patroclum, non nominaſſet Miniſtrum; liber enim erat Patroclus. Quos ergo vocat Miniſtros, niſi hos qui neque ſer-

a Ἂν αὐτόθ'] Reſtitut. ex *Hom.* Πάντες κ' αὐτόθ' Edd. Luciani. *b* Τιθήμεναι] Recte S. & *Hom.* Τιθέμεναι Edd. cett. male. *c* Ἀποβὰς] Ὑποβὰς marg. *A* 1. *d* Καὶ νῦν] Sic Edd. omn. Ἔνθα ex *Hom.* adlevit *Geſn.*

59. Ἂν] Ex Homero reſtitui. nam antea legebatur κ' αὐτόθ'. *M. du S.*

68. Μὴ ἐμὰ] *Iliad.* Ψ. 83. *M. du S.*

Ibid. Τιθήμεναι] Ex Homero reſtituit hanc vocem *Benedictus* in S. In omnibus antea prave ſcriptum τιθέμεναι. Socrates apud Xenophontem Achillis *amicum* fuiſſe probat, non *amaſium*; qua de re ad Ἐρ. c. 32. B. *M. du S.*

73. Καὶ νῦν] Quid hoc ſit neſcio. *Hom.* l. c. vſ. 89. Ἔνθα. *M. du S.*

81. Μηριόνην τὸν Ἰδομ.] *Il.* N. 246. 295. *M. du S.*

84. Τὸν μὲν Ἰδομ.] Haud facile dixeris quem locum reſpiciat. In catalogo 152. — 8. Idomeneus δουρικλυτὸς tantum audit, Meriones autem ἀτάλαντος Ἐνυαλίῳ ἀνδρειφόντῃ. v. 158. Sed non θεράπων illic, adeoque a verbis paraſiti nimium recedunt. Il. N. 246. θεράπων audit, & 295. θοῷ ἀτάλαντος Ἄρηϊ, & mox cum addit, Οἷος δὲ βροτολοιγὸς Ἄρης πόλεμόνδε μέτεισι τῷ δὲ Φόβος φίλος υἱὸς ἅμα κρατερὸς καὶ ἀταρβὴς ἕσπετο — τοῖοι Μηριόνης τε καὶ Ἰδομενεὺς ἀγοὶ ἀνδρῶν Ἤϊσαν ἐς πόλεμον. Merionem videtur Martem facere, Idomeneum Phobum; illic enim ſaepius Marti aſſimilatur Meriones, Idomeneus eo quidem in loco nusquam; (328.) donec cum Ænea manum conferens (v. 500.) ἀτάλαντοι Ἄρηϊ dicuntur & ipſe & Æneas. Saepius autem hoc elogio ab Homero ornatur Meriones quam Idomeneus, quod anſam huic ſcurrae dedit. *M. du S.*

88. Ἀριστογείτων] Atqui apud *Thucydidem* meritorius eſt Harmodius, non Ariſtogiton. VI. 54. Praeterea pauperem facit & plebejum contra Thucydidis mentem, qui de eo ita loquitur: γενομένου δὲ Ἁρμοδίου ὥρᾳ ἡλικίας λαμπροῦ, Ἀριστογείτων ἀνὴρ τῶν ἀστῶν μέσος πολίτης ἐραστὴς ὢν εἶχεν αὐτόν. In reliqua hiſtoria ſequitur Lucianus receptam de iis opinionem. Quod *Thucydides* autem de ſtatuis reticet, minus mirabuntur qui meminerint ex Piſiſtrato ortum; quam cauſam recte aſſignat ejus Scholiaſtes ad I. 20. Nobiles autem erant ſtatuae. Rogante quodam, quodnam eſſet optimum aes? Ego, inquit Antipho, Athenienſe optimum judico, ex quo Harmodii & Ariſtogitonis ſtatuae conflatae ſunt apud *Philoſtr.* 900. *M. du S.*

89. Ὥσπερ Θουκυδίδης φησὶ] Quum Cl. *Hemſterh.* orae adleverit *Thucyd.* VII. p. 411. vſ. 98. ibique *Dukerum* adiri poſſe commonuerit, pauca ex eo addere volui; ſed omiſerunt operae; vid. ergo Addenda. *J. F. R.*

94. Ἀφῄρητο] Propter phraſeos raritatem addidit Noſter, lectionem hanc eſſe conſtantem; nam quum proprie *abripere aliquem* ſignificet, & privationi bonorum & honorum plerumque jungatur, mirum videretur hic adjungi contrario. Sed quum velit *ereptam* civitatem e ſervitute, ſenſus erit minime incongruus.

Sic

ſervi eſſent; neque amici, nempe Paraſitos? Qua ratione etiam Merionem Idomenei & ipſum Miniſtrum nominat: cum ſic, puto, tum vocarentur Paraſiti. Vide autem, quam hic etiam Idomeneum, Jovis qui filius eſſet, non dignetur vocare *Marti aequiparandum*, ſed Merionem illius Paraſitum.

48. Quid vero? Nonne & Ariſtogiton plebejus homo & pauper, ut ait Thucydides, Paraſitus erat Harmodii? Quid vero? nonne idem etiam amator? Aequum enim eſt, ut Paraſiti iidem etiam ſint alentium ſe amatores. Hic igitur rurſus Paraſitus Athenarum urbem, tyrannide oppreſſam, vindicavit in libertatem. Et nunc ſtat aeneus in foro ſuo cum amaſio. Hi ergo, viri fortiſſimi cum eſſent, fuere iidem Paraſiti.

49. Tu vero qualem ſuſpicaris in bello futurum Paraſitum? Nonne primum talis pranſus ibit in aciem, ſicut etiam Ulyſſes aequum eſſe cenſet? Etenim quem in prae-

εἰ μήτε τὺς δύλυς, μήτε τὺς φίλυς· τὺς παρασίτυς δηλονότι; ἢ καὶ τὸν Μηριόνην τῦ Ἰδομενέως καὶ αὐτὸν θεράποντα ὀνομάζει. οὕτως, οἶμαι, καλυμένων τότε τῶν παρασίτων. σκόπει δὲ ὅτι καὶ ἐνταῦθα τὸν μὲν Ἰδομενέα, Διὸς ὄντα υἱὸν, οὐκ ἀξιοῖ λέγειν [e] ἀτάλαντον Ἄρηϊ, Μηριόνην δὲ τὸν παράσιτον αὐτῦ.

Τί δὲ οὐχὶ καὶ Ἀριστογείτων δημοτικὸς ὢν, καὶ πένης, ὥσπερ Θυκυδίδης φησὶ, παράσιτος ἦν Ἁρμοδίυ; τί δέ; οὐχὶ καὶ ἐραστής; ἐπιεικῶς γὰρ οἱ παράσιτοι καὶ ἐρασταὶ τῶν τρεφόντων εἰσίν. οὗτος τοίνυν πάλιν ὁ παράσιτος τὴν Ἀθηναίων πόλιν τυραννυμένην εἰς ἐλευθερίαν [f] ἀφείλετο· καὶ νῦν ἕστηκε χαλκῦς ἐν τῇ ἀγορᾷ μετὰ τῶν παιδικῶν. οὗτοι μὲν δὴ, τοιοίδε ὄντες μάλα ἀγαθοὶ, παράσιτοι ἦσαν.

Σὺ δὲ δὴ ποῖόν τινα εἰκάζεις ἐν πολέμῳ τὸν παράσιτον; οὐχὶ πρῶτον μὲν ὁ τοιῦτος ἀριστοποιησάμενος ἔξεισιν ἐπὶ τὴν παράταξιν, καθάπερ καὶ ὁ Ὀδυσσεὺς ἀξιοῖ; οὐ γὰρ ἀλλ'

e Ἀτάλαντον] Ἀτάλαντος ora AiW. f Ἀφείλετο] Nil mutare Edd. addidit M. du S.

Sic *eripere ex periculo* ſignif. ap. *Aelian.* XI. 6. ἀφείλοντο ἂν αὐτὸν οἱ ἑταῖροι. *J.F.R.*

Ibid. Ἕστηκε χαλκοῦς] Sic *Lexiph.* c. XI. *De Gymn.* c. 17. Et χρυσοῦν σε στήσαιμεν *Alciphr.* I. Ep. 30. f. Alia ſimil. *Hemſterh.* ad *Tim.* §. 51. *J.F.R.*

98. Οὐχὶ πρῶτον μὲν &c.] Οὐχὶ πρῶτον μὲν ὁ τοιοῦτος (Παράσιτος) ἀριστοποιησάμενος ἔξεισι ἐπὶ τὴν παράταξιν καθάπερ καὶ ὁ Ὀδυσσεὺς ἀξιοῖ; οὐ γὰρ, ἀλλ' ὃν ἐν πολέμῳ μάχεσθαί φησιν ἑστιάσει, καὶ εὐθὺς ἅμα ἕω μάχεσθαι δέοι. Locus hic in poſteriori parte paullum contortus, & forte male tranſpoſitus. Certe verus verborum ordo eſt, οὐ γὰρ ἀλλ' ὃν ἐν πολέμῳ μάχεσθαι, καὶ εὐθὺς ἅμα ἕω μάχεσθαι δέοι, φησὶν ἑστιάσει. Interpres non ſatis fideliter hic egit. Verte, *Nonne autem is* (Paraſitus) *primum pranſus exit in aciem, quemadmodum & Ulyſſes cenſet? Etenim quem in bello pugnare, & quidem primo mane pugnare oporteat, epulis, ait, excipiet.* Forte ſcripſit quoque Noſter φησὶν ἑστιάσειν, *ait ſe epulis excepturum.* Verba Ulyſſis, ad quae reſpicit Paraſitus, puto haec eſſe in *Homeri* Il. T. vſ. 160.

Ἀλλὰ πάσασθαι ἄνωχθι θοῇς ἐπὶ νηυσὶν Ἀχαιοὺς
Σίτυ καὶ οἴνοιο· τὸ γὰρ μένος ἐστὶ καὶ ἀλκή.
Οὐ γὰρ ἀνὴρ πρόπαν ἦμαρ ἐς ἠέλιον καταδύντα
Ἄκμηνος σίτοιο δυνήσεται ἄντα μάχεσθαι.
Sed veſci jube velocibus in navibus Achivos
Pane & vino, hoc enim robur eſt & fortitudo.
Neque enim vir toto die usque ad ſolem occidentem
Expers cibi poterit contra pugnare.

Huc faciunt verba Scholiaſtae *Theocriti* ad I. vſ. 51. οἱ μέλλοντες πολεμεῖν, πρωΐας ἔτι οὔσης, ὀλίγον τινὰ ἤσθιον ἄρτον, καὶ ἄκρατον οἶνον ἔπινον, ὡς θερμοὶ ὦσι, καὶ μὴ δειλιῶσιν, ὃ καὶ ἀκρατισμὸν ἐκάλυν. *Pugnaturi, ſummo mane, parum panis comedebant, & meracum bibebant, quo calidi & minime meticuloſi forent; quod & ἀκρατισμὸν appellarunt.* *J.J.*

1. Οὐ γὰρ, ἀλλ'] Id eſt, *non enim hoc ſolum faciet, ſed etiam*, &c. Exempla quaerenda. *F.G.*

Οὐ γὰρ] (*Jenſius* tranſponendo haec ſananda putat; ſed addenda tantum vocula εἰ poſt ἑστιάσει, unde excidit, quia eaedem literae ipſius voculae ſunt ſimul illius verbi ultimae. Ita vero ſenſus erit: *Nonne ita eſt? Imo quem in bello pugnare ait Ulyſſes, eum excipiet prius epulis, etiamſi confeſtim a prima luce pugnare oporteat.*) *Periz.* ad Æl. V. H. VIII. 12. Vid. *Hom.* Il. T. 162. & 230. Sed perturbata hic adeo ſunt omnia, ut vix aditus pateat ad emendationem. Lego tamen κἂν pro καί. *M. du S.*

Οὐ γὰρ ἀλλ' — φησιν] Primo illud οὐ γὰρ ἀλλ' ſolo *Etenim* reddidi: ut hoc pariter & multis aliis locis recte factum ab interpretibus aliis. Nempe aſſeverationem quandam habet iſta particularum conjunctio, quaſi tu dicas, *Non-eſt aliter; ſed.* Et videtur haec ſup-

ἀλλ' ὃν ἐν πολέμῳ μάχεσθαί φησιν ἑστιάσθαι, [a] καὶ εὐθὺς ἅμα ἕῳ μάχεσθαι δέοι. καὶ ὃν ἄλλοι στρατιῶται χρόνον ὑπὸ δέους ὁ μὲν τις ἀκριβῶς ἁρμόζει τὸ κράνος, ὁ δὲ θωράκιον ἐνδύεται, ὁ δὲ αὐτὸ τὸ δεινὸν ὑποπτεύων τοῦ πολέμου, τρέμει, [b] οὗτος δὲ ἐσθίει τότε μάλα φαιδρῷ τῷ προσώπῳ, καὶ μετὰ τὴν ἔξοδον εὐθὺς ἐν πρώτοις ἀγωνίζεται. ὁ δὲ τρέφων αὐτὸν ὄπισθεν ὑποτέτακται τῷ παρασίτῳ, κἀκεῖνος αὐτὸν ὥσπερ ὁ Αἴας τὸν Τεῦκρον ὑπὸ τῷ σάκει καλύπτει, καὶ τῶν βελῶν ἀφιεμένων, γυμνώσας ἑαυτὸν, τοῦτον σκέπει. βούλεται γὰρ ἐκεῖνον μᾶλλον σώζειν ἢ ἑαυτόν.

Εἰ δὲ δὴ καὶ πέσοι παράσιτος ἐν πολέμῳ, οὐκ ἂν ἐπ' αὐτῷ δήπου οὔτε λοχαγὸς οὔτε στρατιώτης αἰσχυνθείη, μεγάλῳ τε ὄντι νεκρῷ, καὶ ὥσπερ ἐν συμποσίῳ καλῶς κατακειμένῳ· ὡς ἄξιόν γε φιλοσόφου νεκρὸν ἰδεῖν τούτῳ παρακείμενον, ξηρὸν, ῥυπῶντα, μακρὸν πωγώνιον ἔχοντα, προτεθνηκότα τῆς μάχης, ἀσθενῆ ἄνθρωπον. τίς οὐκ ἂν καταφρονήσειε ταύτης τῆς πόλεως, τοὺς [c] ὑπασπιστὰς αὐτῆς οὕτω κακοδαίμονας ὁρῶν; τίς δὲ οὐκ ἂν εἰκάσαι [d] χλωροὺς καὶ κομήτας ὁρῶν ἀνθρωπίσκους κειμένους, τὴν πόλιν ἀποροῦσαν συμμάχων, τοὺς ἐν τῇ εἱρκτῇ κακούργους ἐπιλῦσαι τῷ πολέμῳ; τοιοῦτοι μὲν ἐν πολέμῳ πρὸς ῥήτορας καὶ φιλοσόφους εἰσὶν οἱ παράσιτοι.

lio pugnare jubet, eum etiam excipiet epulis, etſi ſtatim a lucis exortu pugnandum ſit. Quoque tempore milites alii prae metu, alius quidem accurate aptat galeam, thoracem induit alius, alius ipſa belli metuenda ſuſpicans tremit: eo tempore hic noſter hilari vultu cibum capit, & poſt egreſſionem in primis ſtatim pugnam capeſſit: ſed qui illum alit, altero ſtat ordine poſt Paraſitum, quem ille ut Teucrum Ajax ſuo clypeo occultat, emiſſiſque telis, ſuo nudato corpore, hunc tegit, quippe qui hunc potius quam ſe ſervare cupiat.

50. Si vero cadat etiam in praelio Paraſitus, non ſane illius *interfecti* neque ductorem ordinis, neque militem pudeat, magni nempe corporis, & ſicut in convivio pulchre jacentis. Et operae pretium eſt juxta jacens videre Philoſophi cadaver aridum, ſqualidum, longam habens barbulam, jam ante pugnam demortuum, imbecillum homuncionem. Quis non contemnat eam civitatem, propugnatores illius ita miſeros ſi videat? Quis vero non conjiciat pallidos & comatos homunciones ſi jacentes videat, civitatem auxiliis egentem maleficos de carcere belli cauſſa ſolviſſe? Tales quidem in bello ad Philoſophos & oratores *comparati* ſunt Paraſiti.

51. In

a Καὶ] Forſan Κἂν conjiciebat *Gujet.* etiam *Geſn.* b Οὗτος δὲ] Οὕτως δὲ emendat *Geſn.* c Ὑπασπιστὰς] Nil mut. Edd. d Χλωροὺς] Χλώρους male *H*1. & 2.

20. Ὡς ἄξιόν γε] Εἰρωνεία. *V.*

ſupplendi ratio commodior breviorque illa altera, quam ſcrupuloſa nimis diligentia ex ipſo orationis contexto eruere docet Devarius. Deinde non puto opus eſſe illa, quam ſuadebat vir doctus, verborum transpoſitione, ſed ut immutato tantum apice pro καὶ εὐθὺς legamus κἂν εὐθύς. Eſt quaſi gradatio: quem pugnare jubet Ulyſſes, eum vult antea cibum capere, idque etiam ſi ſummo mane in pugnam eundum ſit, ubi alias cibi tempus non eſt. Huc pertinet apud *Homerum* πρόπαν ἦμαρ κ. τ. λ. *J.M.G.*

Οὐ γὰρ ἀλλ'], Recte Cl. *Geſn.* ſimpliciter *etenim* ſignificare ait. Conf. *Fab.* Ep. L. 2. f. ad *Ariſtoph.* Eccleſ. v. 386. Et Cl. *Jenſ.* ad *Vit. Auct.* §. 6. No. 76. *J.F.R.*

2. Ὃν ἐν πολέμῳ μάχεσθαί φησιν] Gloſſema videtur. *F.G.* Et ego mallem abeſſe; tum enim minus perplexa erit oratio. *J.F.R.*

3. Καὶ εὐθὺς] Lego κἂν εὐθύς. *F.G.* Idque omnino re-

51. In pace vero tantum mihi videtur Paraſitorum ars Philoſophiae praeſtare, quantum ipſa pax bello. Ac primo, ſi vis, conſideremus loca pacis. TYCH. Nondum intelligo, quid hoc ſibi velit. Videamus tamen. PAR. Nonne igitur forum, & judicia, & palaeſtras, & gymnaſia, & venationes, & coenationes, loca urbis dixerim? TYCH. Omnino. PAR. Igitur Paraſitus in forum quidem & ad judicia non accedit, quod, puto, ſycophantis omnia illa loca magis conveniunt, & quod nihil moderatum fieri in his ſolet. At Palaeſtras & gymnaſia, & convivia perſequitur, & ornat ſolus ipſe. Quandoquidem quis in palaeſtra Philoſophus aut Rhetor exutus cum Paraſiti corpore conferri meretur? aut quis horum in gymnaſio viſus, non dedecus potius loci eſt? Etiam in ſolitudine nemo horum ſubſiſtat occurrentem feram: at Paraſitus invadentes manet, & facile excipit, coenarum meditatione edoctus illas contemnere: & neque cervus illum neque horridus aper percellit: ſed etiamſi aper dentem in illum acuat, contra in aprum acuit Paraſitus. Nam lepores magis ipſis canibus perſequitur. In convivio autem Paraſito quis certare audeat, ſive jocanti ſive edenti? Uter magis exhilarare

Ἐν εἰρήνῃ δὲ τοσοῦτόν μοι δοκεῖ καὶ διαφέρειν παρασιτικὴ φιλοσοφίας, ὅσον αὐτὴ ἡ εἰρήνη πολέμου. καὶ πρῶτον, εἰ δοκεῖ, σκοπῶμεν τὰ τῆς εἰρήνης χωρία. ΤΥΧ. Οὔπω ξυνίημι ὅ, τι τοῦτό πως βούλεται, σκοπῶμεν δὲ ὅμως. ΠΑΡ. Οὐκοῦν ἀγορὰν, καὶ δικαστήρια, καὶ παλαίστρας, καὶ γυμνάσια, καὶ κυνηγέσια, καὶ συμπόσια ἔγωγε φαίην ἂν πόλεως χωρία; ΤΥΧ. Πάνυ μὲν οὖν. ΠΑΡ. Ὁ τοίνυν παράσιτος εἰς ἀγορὰν μὲν καὶ δικαστήρια οὐ πάρεισιν, ὅτι, οἶμαι, τοῖς συκοφάνταις πάντα τὰ χωρία ταῦτα μᾶλλον προσήκει, καὶ ὅτι οὐδὲν μέτριόν ἐστι τῶν ἐν τούτοις γιγνομένων· τὰς δὲ παλαίστρας, καὶ τὰ γυμνάσια, καὶ τὰ συμπόσια διώκει, καὶ κοσμεῖ μόνος οὗτος. ἐπεὶ τίς ἐν παλαίστρᾳ φιλόσοφος, ἢ ῥήτωρ ἀποδὺς, ἄξιος συγκριθῆναι παρασίτου τῷ σώματι; ἢ τίς ἐν γυμνασίῳ τούτων ὀφθεὶς, οὐκ αἰσχύνη τοῦ χωρίου μᾶλλόν ἐστι; καὶ μὴν ἐν ἐρημίᾳ τούτων οὐδεὶς ἂν ὑποσταίη θηρίον ὁμόσε ἰόν· ὁ δὲ παράσιτος αὐτά τε ἐπιόντα μένει, καὶ δέχεται ῥᾳδίως, μεμελετηκὼς αὐτῶν ἐν τοῖς δείπνοις καταφρονεῖν· καὶ οὔτ' ἔλαφος, οὔτε σῦς αὐτὸν ἐκπλήττει πεφρικὼς, ἀλλὰ κἂν ἐπ' αὐτὸν ὁ σῦς τὸν ὀδόντα θήγῃ, καὶ ὁ παράσιτος ἐπὶ τὸν σῦν ἀντιθήγει. τοὺς μὲν γὰρ λαγὼς διώκει μᾶλλον τῶν κυνῶν. ἐν δὲ δὴ συμποσίῳ, τίς ἂν καὶ ἁμιλλήσαιτο παρασίτῳ, ἤτοι παίζοντι, ἢ ἐσθίοντι; τίς δ' ἂν μᾶλλον

58. Ἀντιθήγει] Ἀλλὰ τὸ λέοντα ἀντιβρυχήσεται; ἢ τὸ λύκον ἀντωρύσεται * αἶξ; τοῦτό μοι λέγε. V.

Ἀντιθήγει] Οὐκ οἶδ' ὅπως οὐκ εἶπε, καὶ πρὸς λέοντα ἀντιβρυχήσεται τὸν παράσιτον, καὶ πρὸς λύκον ἀντωρύσεται. G.

* Αἶξ] Αὖρα V. pro quo αἶξ in Impreſſis repoſitum. Melius Coll. G. Sed neuter ſales Lucianeos cepit. *M. du S.*

reciperem, ſi vel una Ed. praeiret. Et parum abfuit quin vel iis invitis ſic dediſſem. *J. F. R.*

11. Ὥσπερ ὁ Αἴας] *Hom.* Il. Θ. 272. *M. du S.*

20. Ὡς ἄξιόν γε φιλοσόφου νεκρὸν ἰδεῖν] Aliter videntur legiſſe interpretes, dum reddunt *adeo ut indignum ſit facinus*, aut certe intelligunt aliter. In quo dubito an audiendi ſint, & non potius Lucianum intelligere debeamus, ac ſi dicat, adeo ut ſit operæ pretium, ut mereatur & dignum ſit huic adjacens philoſophi cadaver adſpici, ob maximam inde exſtituram diverſitatem. *J. G.*

Ibid. Ἄξιόν γε] Εἰρωνικῶς dictum videtur, κατ' ἀντίφρασιν. *F. G.*

24. Ὑπασπιστὰς] (Forſan ὑπερασπ—.) *Anon. M. du S.*

59. Ἐν δὲ δὴ] Amant δὲ & δὴ etiam ſic jungere *Alciphr.* & *Longus.* Vid. hunc *Paſt.* 2. p. 41. illum I. Ep. 30. p. 126. & alibi. *J. F. R.*

60. Τίς ἂν τὸ] Et καὶ ita poſt ἂν *Phalar.* epiſt. 38. ἢ τάχα ἂν τὸ ἐπειθόμην. Ne plura ex Noſtro addam. *J. F. R.*

70. Ἐκεῖ-

λον εὐφρᾶναι τοὺς συμπότας; πότερόν ποτε οὗτος ᾄδων καὶ σκώπτων, ἢ ἄνθρωπος μὴ γελῶν, ἐν τριβωνίῳ κείμενος, εἰς γῆν ὁρῶν, ὥσπερ ἐπὶ πένθος, οὐχὶ συμπόσιον ἥκων; καὶ ἔμοιγε δοκεῖ, ἐν συμποσίῳ φιλόσοφος τοιοῦτόν ἐστιν, οἷον ἐν βαλανείῳ κύων.

Φέρε δὴ ταῦτα ἀφέντες, ἐπ' αὐτὸν ἤδη βαδίζωμεν τὸν βίον τοῦ παρασίτου, σκοποῦντες ἅμα, καὶ παραβάλλοντες [a] ἐκείνῳ. πρῶτον [b] τοίνυν ἴδοι τις ἂν τὸν μὲν παράσιτον ἀεὶ δόξης καταφρονοῦντα, καὶ οὐδὲν μέλον αὐτῷ, [c] ὧν οἱ ἄνθρωποι [d] οἴονται. περὶ ῥήτορας δὲ καὶ φιλοσόφους εὕροι τις ἄν, οὐ τινάς, ἀλλὰ πάντας, ὑπὸ τύφου καὶ δόξης τριβέντας. καὶ οὐ δόξης μόνον, ἀλλὰ καὶ ὃ τούτου αἴσχιόν ἐστιν, ὑπ' ἀργυρίου. καὶ ὁ μὲν παράσιτος οὕτως ἔχει πρὸς ἀργύριον, ὡς οὐκ ἄν τις οὐδὲ πρὸς τὰς ἐν τοῖς αἰγιαλοῖς ψηφίδας ἀμελῶς ἔχοι, καὶ οὐδὲν αὐτῷ δοκεῖ διαφέρειν τὸ χρυσίον τοῦ πυρός. οἵ γε μὴν ῥήτορες, καὶ ὃ δεινότερόν ἐστι, καὶ οἱ φιλοσοφεῖν φάσκοντες, πρὸς αὐτὰ οὕτω διάκεινται κακοδαιμόνως, ὥστε τῶν μάλιστα νῦν εὐδοκιμούντων φιλοσόφων (περὶ μὲν γὰρ τῶν ῥητόρων τί δεῖ λέγειν;) ὁ μὲν δικάζων δίκην δώροις ἐπ' αὐτῇ ἑάλω· [e] ἄλλος δὲ μισθὸν σοφιστεύων εἰσπράττεται τοὺς μαν-

convivas poterit ? hic ne tandem canens & dicteria jaciens, an homo ridens nunquam, in palliolo accumbens, dejecto vultu, ut qui ad funus venerit, non ad convivium? Ac mea ſententia tale quid in coena Philoſophus, quale canis in balneo.

52. Sed age his relictis, ad ipſam jam vitam Paraſiti veniamus, ita ut iſtorum ſimul *vitam* inſpiciamus & comparemus. Primo igitur Paraſitum gloriae contemtorem ſemper videas, neque curae ipſi eſſe, quid homines ſentiant. Circa Rhetores autem ac Philoſophos invenias, non quosdam, ſed omnes, a ſuperbia & gloria conteri, & non a gloria ſolum, ſed quod turpius illo eſt, a pecunia. Ac Paraſitus quidem ad pecuniam ita affectus eſt, ut vix aliquis ſparſos per litora calculos negligentius habeat; neque quidquam ipſi videtur inter pecuniam atque ignem intereſſe. Verum enim vero Rhetores, &, quod indignius eſt, illi, qui philoſophari ſe dicunt, ad eadem infeliciter adeo animati ſunt, ut e numero Philoſophorum, qui maxime jam celebrantur (de Rhetoribus enim quid attinet dicere?) alius, dum res judicat, corruptionis munerum damnatus ſit; alius mercedem argutia.

a Ἐκείνῳ] Recepi ex *J.* Ἐκείνων cett. *b* Τοίνυν] Non adeſt in *Fl.* *c* Ὧν] Τί ἂν *J.* & marg. *A1.* *d* Οἴονται] Οἴονται *J.* *e* Ἄλλος —— μανθάνοντος] Integer hic verſus deeſt in *Fl.*

72. Δόξης καταφρονοῦντα] Οὕτω καὶ χοῖροι λεχθεῖεν δόξης καταφρονεῖν, ἀεὶ τῷ βορβόρῳ πλαττόμενοι. *V.* (κυλινδούμενοι. C.)

70. Ἐκείνῳ] Ἐκείνων conjiciebat *Geſn.* Favet huic conjecturae lectio *Juntinae*; ex qua, ſi opus foret, illud facile conficias. Nimirum retulit ἐκείνων ad philoſophos, quibus jam comparatum it paraſitos. Verum quum τὸν βίον τοῦ παρασίτου praemittatur, recte jam procedit, ſe hanc vitam eſſe comparaturum ἐκείνῳ ſcil. βίῳ τῶν φιλοσόφων καὶ ῥητόρων. Interim bene vidit Cl. *Geſn.* vulgatam minus recte habere, & niſi *Junt.* ſuccurriſſet, ἐκείνων. ſcil. φιλοσόφων βίον, recipi potuiſſet. *J. F. R.*

73. Οἴονται. περὶ ῥήτορας] Erat, cum non viderentur haec ſana eſſe. Legendum putabam ὧν οἱ ἄνθρωποι οἴονται περὶ αὐτοῦ. Ῥήτορας δὲ κ. τ. λ. Sed in viam me reduxere, quae deinde ſequuntur, εὕροις δ' ἂν οὐ μόνον πάντας περὶ τούτους, ἀλλὰ καὶ ἄλλα πολλά. *J. M. G.*

Ibid. Περὶ] Corruptum hunc locum arbitror. Vide tamen initio c. 53. *M. du S.*

78. Πρὸς τὰς ἐν τοῖς αἰγιαλοῖς ψηφίδας] Sic in *Tim.* §. 56. οὐδὲν τιμιώτερον τῶν ἐν τοῖς αἰγιαλοῖς ψηφίδων. Tangit finem hujus diſſertationis *Long.* lib. 4. ποιμεν. *Liban.* Paraſ. *J. B.*

83. Ὥστε τῶν μάλιστα νῦν εὐδοκούντων φιλοσόφων (περὶ μὲν γὰρ τῶν ῥητόρων τί δεῖ λέγειν;) ὁ μὲν δικάζων δίκην δώροις ἐπ' αὐτῇ ἑάλω] Sic concipiendus hic locus, ut egregie diſtinguitur in editione *Baſileenſi*, & verſio ſimplex optime ſatisfaciet omiſſis illis ineptiis, quas abunde nimis adjiciunt interpretes. Verte. *ita ut celeberrimorum hoc tempore philoſophorum (nam de rhetoribus quid opus eſt dicere?* qui ſcilicet in foro & cauſis habitant, quod philoſophus non promittit, & ideo abſurdius ſit, quod

tiarum a diſcentibus exigat ; alius pro ſuo convictu mercedem a rege & ipſe , nihil erubeſcens poſcat. Propter hanc ſenex jam vir adhuc peregrinatur, & mercede, ut Indus aliquis aut Scytha captivus , operam locat: nec ipſum quoque nomen erubeſcit, mercedem eſſe nimirum, quod accipit.

53. Invenias autem non haec modo circa iſtos, ſed perturbationes etiam alias, triſtitias, ut hoc utar, & iras, & invidias, & omnis generis cupiditates. Verum Paraſitus extra haec omnia eſt. Neque enim iraſcitur , ob malorum tolerantiam , & quia nec eſt cui iraſcatur. Si vero etiam indignetur aliquando, ira illius difficile aut triſte nihil quidquam efficit , ſed riſum potius. Sic exhilarat , quibuscum verſatur, ipſe quidem triſtitia minime omnium afficitur : hanc ipſi commoditatem parante arte ſua atque largiente , ut non habeat quod doleat. Neque enim opes illi ſunt , neque domus, neque ſervus, neque uxor, neque liberi , quibus pereuntibus omnino triſtitia affici , qui illa habeat , neceſſe eſt ; cum tamen ſoleant interire. Sed neque gloriae cupidus eſt , neque opum, neque formoſi cujusquam.

54. TYCH. Verum, Simo, victus penuria angi illum probabile eſt. PAR. Igno-

θάνοντας. ὁ δὲ παρὰ τοῦ βασιλέως ὑπὲρ τοῦ συνεῖναι [f] ὁμοίως μισθὸν αἰτεῖ, καὶ οὐκ αἰσχύνεται. [g] ἔτι πρεσβύτης ἀνὴρ διὰ τοῦτο ἀποδημεῖ, καὶ μισθοφορεῖ, καθάπερ Ἰνδὸς ἢ Σκύθης αἰχμάλωτος· καὶ οὐδὲ αὐτὸ τὸ ὄνομα αἰσχύνεται, [h] ὅτι μισθὸς, ὃ λαμβάνει.

Εὕροις δ' ἂν οὐ μόνον ταῦτα περὶ τούτοις, ἀλλὰ καὶ ἄλλα πάθη· οἷον λύπας, καὶ ὀργὰς, καὶ φθόνους, καὶ παντοίας ἐπιθυμίας. ὁ γε μὴν παράσιτος [i] ἔξω τούτων ἐστὶν ἁπάντων· οὔτε γὰρ ὀργίζεται δι' ἀνεξικακίαν, καὶ ὅτι οὐκ ἔστιν αὐτῷ ὅτῳ ὀργισθείη. καὶ εἰ ἀγανακτήσειε δέ ποτε, ἡ ὀργὴ αὐτοῦ χαλεπὸν μὲν, οὐδὲ σκυθρωπὸν οὐδὲν ἀπεργάζεται, μᾶλλον δὲ γέλωτα, καὶ εὐφραίνει τοὺς ξυνόντας. λυπεῖται γε μὴν ἥκιστα πάντων, τοῦτο τῆς τέχνης παρασκευαζούσης αὐτῷ, καὶ χαριζομένης, μὴ ἔχειν ὑπὲρ ὅτου λυπηθείη. οὔτε γὰρ χρήματα ἐστὶν αὐτῷ, οὔτε οἶκος, οὔτε οἰκέτης, οὔτε γυνὴ, οὔτε παῖδες, ὧν διαφθειρομένων [k] πάντως ἀνάγκη ἐστὶ λυπεῖσθαι τὸν ἔχοντα αὐτὰ, (ἐπεὶ ταῦτα ἀπόλλυνται) ἐπιθυμεῖ δὲ οὔτε δόξης, οὔτε χρημάτων, ἀλλ' οὐδὲ ὡραίου τινός.

ΤΥΧ. Ἀλλ', ὦ Σίμων, εἰκός γε ἐνδείᾳ τροφῆς λυπηθῆναι αὐτόν. ΠΑΡ. Ἀγνοεῖς,

εῖς,

f Ὁμοίως] Et hoc deeſt in *Fl.* g Ἔτι] Εἴ τι *J.* & marg. *A1.* h Ὅτι μισθὸς] Omiſit *Fl.* i Ἔξω] Ἔξωθεν *Fl.* k Πάντως] Πᾶσα marg. *A1W.* non male.

92. Καὶ οὐδὲ αὐτὸ τὸ ὄνομα] Οἷον ὅτι μισθός. *V.*

quod dicet) *alius quidem in cauſa ſedens ut judex , in largitione fuerit deprehenſus, alius vero* &c. *J.G.*

84. Φιλοσόφων * περὶ] Hic deſunt nonnulla. *F.G.* Non credo , neque *Gronov.* neque *Geſnerus* credidere. Quare diſtinctionem tantum *Gronovianam* ſum ſecutus , abundantia commata delendo , & interrogandi notam addendo: ſenſusque adparet ſatis planus. *J.F.R.*

87. Εἰσπράττεται] *Liban.* Ep. 20. f. τὸ γὰρ χρυσίον εἰσπραττέτω μὲν, εἰσπραττέτω δὲ παρὰ τῶν λελοιπότων τὴν τάξιν. *Alciphr.* III. Ep. 21. f. παρὰ τοῦ λόχου δίκας εἰσπράξασθαι. Verum haec alia eſt conſtructio. At ille duplex accuſat. εἰσπράττεται μισθὸν τοὺς μανθάνοντας etiam recte ſe habet; nam & ſic *Arrian.* Exp. Alex. 2. c. 1. f. χρήματά τε εἰσέπραξαν τοὺς Μιτυληναίους. *Mitylenaeis pecuniam imperant.* *Dion. Hal.* X. p. m. 649. pr. Ἄππιος —— τὸ Σαβίνων ἔθνος εἰσπράττων ἀρχὴν καὶ κράτος. *Appius —— Sabinorum genti imperium & dominatum vindicans.* *J.F.R.*

90. Εἴ τι] Sic Ed. *J.* Reliquae ἔτι. Neutrum admodum placet. Scribe tantum εἰ. Hic autem Apollonium petit , de quo vid. Δημων. c. 31. & quae ibi ſunt annotata. *M. du S.*

9. Πάντως] Quod orae *Ald. Weſſel.* adpictum eſt πᾶσα, Luciani ſtilo admodum eſt conveniens. Saepe enim ait πᾶσα ἀνάγκη, ut *Hermot.* c. 27. f. ac 39. pr. Nec non hoc Dial. *Paraſ.* c. 12. & 39. m. &c. Item *Epict.* Man. c. 29. aliique. Sed quia & alterum bonum, nihil propter unum Codicem immutarim. *J.F.R.*

10. Ἐπεὶ ταῦτα ἀπόλλυνται] Haec etiam male habent. *M. du S.*

εἰς, ὦ Τυχιάδη, ὅτι ἐξ ἀρχῆς οὐδὲ παράσιτός ἐστιν οὗτος, ὅστις ἀπορεῖ τροφῆς. οὐδὲ γὰρ ἀνδρεῖος ἀπορίᾳ ἀνδρίας ἐστὶν ἀνδρεῖος, οὐδὲ φρόνιμος ἀπορίᾳ φρενῶν ἐστι φρόνιμος· ἄλλως γε οὔτε παράσιτος ἂν εἴη. πρόκειται δὲ ἡμῖν περὶ παρασίτου ζητεῖν ὄντος, οὐχὶ μὴ ὄντος. εἰ δὲ μὴ ὁ ἀνδρεῖος ἄλλως ἢ παρουσίᾳ ἀνδρειότητος, καὶ ὁ φρόνιμος παρουσίᾳ φρονήσεως, καὶ ὁ παράσιτος δὲ παρουσίᾳ τοῦ παρασιτεῖν παράσιτος ἔσται. ὡς εἴγε τοῦτο μὴ ὑπάρχει αὐτῷ, περὶ ἄλλου τινὸς, καὶ οὐχὶ παρασίτου, ζητήσομεν. ΤΥΧ. Οὐκοῦν [a] οὐδέποτε ἀπορήσει παράσιτος τροφῆς; ΠΑΡ. Ἔοικεν· ὥστε οὔτ᾽ ἐπὶ τούτῳ, οὔτ᾽ ἐπ᾽ ἄλλῳ ἐστὶν ὅτῳ λυπηθείη ἄν.

Καὶ μὴν καὶ πάντες ὁμοῦ φιλόσοφοι, καὶ ῥήτορες φοβοῦνται μάλιστα· τούς γέ τοι πλείστους αὐτῶν εὕροι τις ἂν μετὰ ξύλου προϊόντας· οὐκ ἂν δή που, εἰ μὴ ἐφοβοῦντο, ὡπλισμένους, καὶ τὰς θύρας δὲ μάλα ἐρρωμένως ἀποκλείοντας, μή τις ἄρα νύκτωρ ἐπιβουλεύσειεν αὐτοῖς [b] δεδιότας. ὁ δὲ τὴν θύραν τοῦ δωματίου προστίθησιν· εἰκῆ καὶ τοῦτο, ὡς μὴ ὑπὸ ἀνέμου ἀνοιχθείη. γενομένου δὲ ψόφου νύκτωρ, οὐδέν τι μᾶλλον θορυβεῖται, ἢ μὴ γενομένου· καὶ δι᾽ ἐρημίας δὲ ἀπιὼν, ἄνευ ξίφους ὁδεύει, φοβεῖται γὰρ οὐδὲν οὐδαμοῦ. Φιλοσόφους δὲ πολλάκις εἶδον ἐγὼ, οὐδενὸς

ras, Tychiade, illum omnino Paraſitum non eſſe, cibo qui indigeat. Neque enim fortis, cum abeſt ab illo fortitudo, fortis eſt, neque prudens, cum deſtituitur prudentia, eſt prudens. Alioquin enim neque Paraſitus fuerit. Propoſitum vero nobis eſt quaerere de eo qui Paraſitus eſt, non de eo qui non eſt. Si vero fortis non aliter quam praeſente fortitudine, & prudens prudentia praeſente; etiam Paraſitus praeſente paraſitandi facultate Paraſitus cenſebitur: adeo ut niſi hoc in illo fuerit, de alio, nec jam de paraſito, quaeramus. TYCH. Ergo nunquam cibi copiam non habebit Paraſitus? PAR. Sic videtur. Itaque neque hac re, neque alia ulla eſt ut doleat.

55. Jam Philoſophi ſimul omnes & Rhetores maxime timent. Pleroſque certe illorum cum clava prodire videas, non armatos nempe, niſi metuerent: etiam januas firmiter occludere, timentes igitur, ne quis noctu ſibi inſidietur. At hic januam obdit conclavi, temere hoc quoque, ne aperiatur a vento. Strepitus vero ſi noctu exoriatur, nihilo movetur magis, quam ſi non ortus eſſet. Et ſi per deſertum eat, ſine gladio iter facit. Nihil enim uſquam metuit. Philoſophos autem ſaepe ego vidi, te-

a Οὐδέποτε] Οὐδέπω *Fl.* b Δεδιότας] Δεδιότες Edd. priores male.

34. *Οὐκ ἂν δή που εἰ μὴ ἐφοβοῦντο ὡπλισμένους*] Philoſophos, ait, plurimos cum baculo prodeuntes invenias, οὐκ ἂν δή που, εἰ μὴ ἐφοβοῦντο, ὡπλισμένους. i. e. *qui ſane non ita armati eſſent, niſi timerent.* Somniavit Interpres, dum haec verba reddidit: *quod non facerent, niſi armatos metuerent.* Vides voculas οὐκ ἂν δή που ſic nihil habere quo referantur, quae certiſſime referri debent ad τὸ, ὡπλισμένους, cum quo participio non jungendum verbum ἐφοβοῦντο, quod abſolute hic ponitur, ut paullo ante de iisdem dixerat, φοβοῦνται μάλιστα. Haec *L. Bos* in Obſ. Crit. p. 78. Quare commatibus additis, quae in Edd. aberant, lectori ſuccurrere non dubitavi. Cl. *Geſn.* errorem priſtinae verſionis correxit ſponte, quod non opus erit ubique monere. *J. F. R.*

37. Δεδιότας] Miror nihil hic varietatis quaeſiiſſe, nihil emendaſſe *Solanum*, quum δεδιότες legeret, quod qui cum proxime nexis προϊόντας & ἀποκλείοντας ſtare poſſit, nemo exponet aut propugnabit; quare Edd. excuſſis, tamen vel iis invitis ita dedi. Florentina eodem vitio laborat; ſed quia poſterior ſyllaba per compendium in ea eſt exarata, quod in MSſ. ſimiliter fieri amat, facile erroris origo detegitur. *J. F. R.*

61. Ἀπολογία] Socratis Apologiam ſcripſere inter alios *Plato* & *Xen.* Reliqui ſuas quisque, quarum extant etiamnum quaedam. *M. du S.*

66. Τινι] Τινα adſcripſ. *Geſn.* Et quia *Junt.* quoque ſic habet, forſan praeſtaret ſic edere; quia aliquantum am-

telis inſtructos, cum nihil usquam eſſet metuendum. Clavas enim habent, etiam cum in balneum eunt aut ad prandium.

56. Porro Paraſitum nemo accuſet adulterii, aut de vi, aut raptus, aut cujuscumque ſimpliciter criminis. Nam talis quidem Paraſitus non fuerit, ſed ipſe ſe injuria afficiat. Itaque ſi forte adulterium committat, ſimul cum injuria nomen etiam injuriae recipit. Quemadmodum vero malus non hoc inde habet, ut ſit bonus, ſed ut improbus: ſic, puto, Paraſitus, ſi quid ſceleris committat, ipſum hoc quod eſt, amittit, id vero, quod commiſit, ſuſcipit. Scelera vero talia Oratorum & Philoſophorum plurima non noſtra modo aetate patrata ab illis novimus, ſed relicta etiam in libris monumenta male ab illis factorum habemus. Nam defenſio exſtat Socratis & Aeſchinis, & Hyperidis, & Demoſthenis, & plerorumque fere Rhetorum ac Sapientium: Paraſiti vero non exſtat defenſio, neque poteſt quisquam memorare litem Paraſito intentatam.

57. TYCH. Sed per Jovem vita quidem Paraſiti melior forte Rhetorum & Philoſophorum vita: at mors miſerior? PAR. Quin contra eo multo beatior. Philoſophos enim novimus, aut omnes, aut plerosque cer-

ὄντος δεινοῦ, τόξα ἐνεσκευασμένους. ξύλα μὲν γὰρ ἔχουσι, καὶ εἰς βαλανεῖον ἀπιόντες, καὶ ἐπ' ἄριστον.

Παρασίτου μέντοι οὐδεὶς ἔχοι κατηγορῆσαι μοιχείαν, ἢ βίαν, ἢ ἁρπαγὴν, ἢ ἄλλο τι ἀδίκημα ἁπλῶς· ἐπεὶ ὅ γε τοιοῦτος οὐκ ἂν εἴη παράσιτος, ἀλλ' [c] ἑαυτὸν ἐκεῖνος ἀδικεῖ. ὥστ' εἰ μοιχεύσας τύχοι, ἅμα τῷ ἀδικήματι καὶ τοὔνομα μεταλαμβάνει τοῦ ἀδικήματος. ὥσπερ [d] δὲ ὁ κακὸς, οὐ τὸ ἀγαθὸς ἀλλὰ φαῦλος εἶναι λαμβάνει, οὕτως, οἶμαι, ὁ παράσιτος, ἐάν τι ἀδικῇ, αὐτὸ μὲν τοῦτο ὅπερ ἐστὶν, ἀποβάλλει, ἀναλαμβάνει δὲ ὃ ἀδικεῖ. ἀδικήματα δὲ τοιαῦτα ῥητόρων καὶ φιλοσόφων ἄφθονα. οὐ μόνον ἴσμεν αὐτοὶ γεγονότα καθ' ἡμᾶς, ἀλλὰ κἀν τοῖς βιβλίοις ἀπολελειμμένα ὑπομνήματα ἔχομεν, ὧν ἠδίκησαν. ἀπολογία μὲν γὰρ Σωκράτους ἐστὶ, καὶ Αἰσχίνου, καὶ Ὑπερίδου, καὶ Δημοσθένους, καὶ τῶν πλείστων σχεδόν τι ῥητόρων, καὶ σοφῶν· παρασίτου δὲ οὐκ ἔστιν ἀπολογία, οὐδ' ἔχει τις εἰπεῖν δίκην πρὸς παρασιτόν [e] τινι γεγραμμένην.

[f] ΤΥΧ. Ἀλλὰ, νὴ Δία, ὁ μὲν βίος τοῦ παρασίτου κρείττων ἐστὶ τῶν ῥητόρων καὶ τῶν φιλοσόφων· ὁ δὲ θάνατος φαυλότερος; [g] ΠΑΡ. Πάνυ μὲν οὖν τοὐναντίον παραπολὺ εὐδαιμονέστερος. φιλοσόφους μὲν γὰρ ἴσμεν ἅπαντας, ἢ τοὺς πλείστους, κακοὺς κακῶς ἀπο-

c Ἑαυτὸν] Ἑαυτῷ ora *A1*. d Δὲ ὁ κακὸς] Non habet haec tria *Fl*. Sed pro οὐ τὸ ἀγ. ſcribit τὸ οὐκ ἀγαθὸς. marg. *A1*. etiam ὥσπερ τὸ οὐκ ἀγαθὸς. Sed hoc ex eadem ſumſit, credo, ut ſaepe. e Τινι] Τινὶ *Fl*. cum accent. Τινι cett. Τινα *J*. ſola. f ΤΥΧ.] Deeſt hic nomen perſonae in *Fl*. g ΠΑΡ.] Et hanc perſ. omitt. *Fl*.

65. Οὐδ' ἔχει τις εἰπεῖν δίκην] Εὐτελοῦς & παρεωραμένου τίς δίκης; τίς γὰρ κατὰ κυνὸς *ἀποίσεται γραφήν; *V*.

* Ἀποίσεται] Lege ἐποίσεται. *M. du S.*

ambiguum τινι pro ὑπὸ τινὸς, quando adjungitur ejusmodi verbo quod etiam dativum poſt ſe amat, uti pluribus demonſtravi in libro *de Ambigg.* Tit. Dativ. Nam *ſcriptum, dictum eſt mihi*, pro *a me*, ambiguitate non caret. Verum quia πρὸς παράσιτον additur, ſatis patet ſenſus, *numquam a quoquam ſcriptam dicam adverſus paraſitum*, ideoque vulgatam non mutavi: nec teſtimoniis egere putem, dativum etiam Graecis ita additum verbis paſſivis perſonam agentem notare, alioqui adferrem hoc *Diod. Sic.* IV. 1. εἴρηται ἡμῖν ἐν ταῖς προειρημέναις βίβλοις, *Dictum eſt a nobis* &c. *Herodian.* I. 2. 9. ὅσα μὲν οὖν ἐκείνῳ πέπρακται ἀνδρεῖα. Noſtrum *Jov. Trag.* c. 7. pr. ἄριστα κεκήρυκταί σοι, & ſimilia ubique obvia. *J. F. R.*

72. Κακους κακῶς ἀποθανόντας] Amant & Graeci hujusmodi repetitiones adverbii cognati. *Ariſtoph.* Pl. vſ. 65.

ἀποθανόντας, τοὺς μὲν ἐκ καταδίκης ἑαλωκότας ἐπὶ τοῖς μεγίστοις ἀδικήμασι, φαρμάκῳ· τοὺς δὲ καταπρηθέντας τὸ σῶμα ἅπαν· τοὺς δὲ ἀπὸ δυσουρίας [a] φθινήσαντας, τοὺς δὲ φυγόντας. παρασίτου δὲ θάνατον οὐδεὶς ἔχει τοιοῦτον εἰπεῖν, ἀλλὰ τὸν εὐδαιμονέστατον, φαγόντος καὶ πιόντος. εἰ δέ τις καὶ δοκεῖ βιαίῳ τετελευτηκέναι θανάτῳ, [b] ἀπεπτήσας ἀπέθανε.

ΤΥΧ. Ταῦτα μὲν ἱκανῶς διημίλληταί σοι τὰ πρὸς τοὺς φιλοσόφους ὑπὲρ [c] τοῦ παρασίτου. λοιπὸν δὲ εἰ καλὸν καὶ λυσιτελές ἐστι τὸ κτῆμα τοῦτο τῷ τρέφοντι, πειρῶ λέγειν. ἐμοὶ μὲν γὰρ δοκοῦσιν ὥσπερ εὐεργετοῦντες καὶ χαριζόμενοι τρέφειν αὐτοὺς οἱ πλούσιοι, καὶ εἶναι τοῦτο αἰσχύνην τῷ τρεφομένῳ. ΠΑΡ. Ὡς ἠλίθιά γέ σοι, ὦ Τυχιάδη, ταῦτα, εἰ μὴ δύνασαι γιγνώσκειν ὅτι πλούσιος ἀνὴρ, εἰ καὶ τὸ [d] Γύγου χρυσίον ἔχει, μόνος ἐσθίων, πένης ἐστί, καὶ προϊὼν ἄνευ παρασίτου, πτωχὸς δοκεῖ, καὶ ὥσπερ στρατιώτης χωρὶς ὅπλων ἀτιμότερος, καὶ ἐσθὴς ἄνευ πορφύρας, καὶ ἵππος ἄνευ φαλάρων, οὕτω καὶ πλούσιος ἄνευ παρασίτου ταπεινός τις καὶ εὐτελὴς φαίνεται. καὶ μὴν ὁ μὲν πλού-

te, male malos periiſſe; alios de ſententia judicum, maximorum criminum damnatos, veneno; alios toto corpore combuſtos; alios ex urinae difficultate interiiſſe; alios in exilio: Paraſiti autem mortem id genus nemo dixerit, ſed beatiſſimam edentis ac bibentis. Si quis vero etiam violenta morte videatur finiiſſe, ille cruditate mortuus eſt.

58. TYCH. Satis tibi hoc contra Philoſophos pro Paraſito certatum certamen eſt. Supereſt ut dicere coneris, An etiam honeſta atque utilis alenti ſit iſta poſſeſſio? Nam mihi videntur tanquam a patronis, & liberalitate quadam paſci a divitibus, id ipſum autem pudori eſſe ei qui ſic paſcitur. PAR. Quam puerilis eſſes, Tychiade, ſi non poſſes intelligere, virum divitem, ſi vel Gygis haberet aurum, ſolus ſi cibum capiat, pauperem eſſe; & ſi progrediatur in publicum ſine paraſito, mendicum videri. Et quemadmodum miles ſine armis eo contemtior, & veſtis ſine purpura, & ſine phaleris equus, ſic etiam dives ſine Paraſito, humilis homo vilisque videtur. Quin or-

a Φθινήσαντας] Sic Edd. Φθινόσ. vult *Geſn.* b Ἀπεπτήσας] Sic Edd. quas monitu Cl. *Wetſtenii* ſequor. Ἀποπτήσας *evolans* dederat Cl. *Geſner.* c Τοῦ παρασίτου] Τῶν παρασίτων *J.* & *V2.* d Γύγου] Sic Edd. omn. habere notat *Solan.*

74. * Φαρμάκῳ] Ὡς Σωκράτης. *V.*
75. Καταπρησθέντας τὸ σῶμα] Ὡς Ἡράκλειτος ὁ Ἐφέσιος. *V.*
76. † Φθινήσαντας] Ὡς Ἀντισθένης.
77. Φυγόντας] Hoc verbum in Edd. eodem tenore cum prioribus connexum, & lacunae nota adpoſita. Sed nulla in V. eſt lacuna. Excidit tamen ſcholion aliquod; nam vox haec Antiſthenem non reſpicit; & in textu reperitur ad alium ſpectans. In C. non exſtat hoc Schol. *M. du S.*

* Φαρμάκῳ] Antea ſic legebatur. Τοὺς δὲ καταπρησθέντας] Φαρμάκῳ, ὡς Σωκράτης. Sed priora verba merito delevit *Solan.* quia indicium tantum ſunt ſcholii quod tamen non ſequebatur.

† Φθινήσαντας] Φοιτηθέντας ante editum prave; quum V. tamen φθονήσαντας, etiam mendoſe. Sed quia *Solan.* indicabat φθινήσαντας eſſe in C. idque cum Luciani textu conveniat, facile hoc recepi. *J. F. R.*

65. — ἀπό σ' ὀλῶ κακὸν κακῶς. Ibid. 418. — ἐξολῶ κακοὺς κακῶς. *Alciphr.* III. Ep. 28. f. κακὸς κακῶς ἀπόλοιο. Item ib. Ep. 48. pr. &c. Ne quid plura in re nota. *J. F. R.*

74. Φαρμάκῳ] Socratem. *F. G.*

Φαρμάκῳ — καταπρησθέντας — δυσουρίας] Socrates, Heraclitus, Epicurus. *M. V. La Croze.*

75. Καταπρησθέντας] Ad Empedoclis in Aetnae cratera inſilientis mortem referri, non videtur dubium, cum eam ſaepe alias rideat Lucianus. Quod autem in Scholiis *Heraclitus* hic nominatur, turbatum aliquid eſſe puto. Ad illum potius retulerim φυγὴν ſ. exilium, quod commemorat praeter *Diog. Laërt.* 9, 15. etiam *Athenagoras* apol. c. 27. p. 123. Dechair. Sed videtur etiam auctiore hic codice Scholiaſtes uſus. Antiſthenis vero mentionem peperit credo verbum φθινήσαντας,

ornatur ab illo dives, Paraſitum autem dives ornat nunquam.

59. Alioquin nec probrum illi eſt, ut tu ais, iſti paraſitari, nempe tanquam praeſtantiori viliorem; cum diviti hoc utile ſit, nutrire paraſitum, cui praeterquam, quod ab hoc ornatur, etiam ſecuritas multa ab hujus ſatellitio contingat. Neque enim temere pugna quis invadat divitem, hunc ei adſtantem videns; ſed neque veneno facile moriatur, paraſitum qui habeat. Quis enim inſidiari alicui audeat, hoc cibum potumque praeguſtante? Itaque dives non ornatur modo, ſed maximis etiam ex periculis a Paraſito liberatur. Adeo Paraſitus quidquid eſt periculi amore ductus ſubit, ac non tantum in edendo diviti nihil conceſſerit, verum etiam in convictu illius mori non detrectat.

60. TYCH. Omnia mihi, Simon, videris perſecutus, neque ulla in re artem tuam deſtituiſſe, non, ut dicebas ipſe, imparatus, ſed ut exercitatus aliquis in rebus maximis. Supereſt ut audiam an non ipſum

σιος κοσμεῖται ὑπ' αὐτοῦ· τὸ δὲ παράσιτον πλούσιος οὐδέποτε κοσμεῖ.

Ἄλλως τε οὐδὲ ὄνειδος αὐτῷ ἐστιν, ὡς σὺ φὴς, τὸ παρασιτεῖν ἐκείνῳ δηλονότι, ὡς κρείττονι χείρονα. ὅπως γε μὴν τῷ πλουσίῳ τοῦτο λυσιτελές ἐστι, τὸ τρέφειν τὸν παράσιτον, ᾧγε μετὰ [e] τὸ κοσμεῖσθαι ὑπ' αὐτοῦ, καὶ ἀσφάλεια πολλὴ ἐκ τῆς τούτου δορυφορίας ὑπάρχει. οὔτε γὰρ μάχῃ ῥᾳδίως ἄν τις ἐπιχειρήσαι τῷ πλουσίῳ, τοῦτον ὁρῶν παρεστῶτα· ἀλλ' οὐδ' ἂν ἀποθάνοι φαρμάκῳ οὐδεὶς, ἔχων παράσιτον. τίς γὰρ ἂν τολμήσειεν ἐπιβουλεῦσαί τινι, τούτου προεσθίοντος καὶ προπίνοντος; ὥστε ὁ πλούσιος οὐχὶ κοσμεῖται μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν μεγίστων κινδύνων ὑπὸ τοῦ παρασίτου σώζεται. οὕτω μὲν ὁ παράσιτος διὰ φιλοστοργίαν πάντα κίνδυνον ὑπομένει, καὶ οὐκ ἂν παραχωρήσειε τῷ πλουσίῳ φαγεῖν μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀποθανεῖν αἱρεῖται συμφαγών.

ΤΥΧ. [f] Πάντα μοι δοκεῖς, ὦ Σίμων, διεξελθεῖν, ὑστερήσας οὐδὲν τῆς σεαυτοῦ τέχνης, οὐχ, ὥσπερ αὐτὸς ἔφασκες, ἀμελέτητος ὤν, ἀλλ' ὥσπερ ἄν τις ὑπὸ τῶν μεγίστων γεγυμνασμένος. λοιπὸν, εἰ μὴ αἴσχιον αὐτὸ τὸ

e Τὸ κοσμεῖσθαι] Τῷ κοσμ. *Pell.* f Πάντα] Ταῦτά *Fl.*

11. Τούτου προεσθίοντος] Τοῦτο καὶ μυῖαι ποιοῦσιν. ἀλλ' οὐδεὶς ἐπαινέσεται μυῖαν προγευομένην τῶν ἀνθρώπων τῶν ἐδεσμάτων. *V.*

τας, quod de phthiſi accepit; qua periiſſe illum tradit *Diog. Laërt.* 6, 19. *J.M.G.*

76. Ἀπὸ δυσουρίας] Epicurum. *F.G.*

Ἀπὸ δυσουρίας] Epicurum Stoici male accipiebant, quod diceret δυσουρικὰ καὶ δυσεντερικὰ πάθη ſibi moleſta eſſe ap. *Cic.* Fam. 7, 26. Et *Diogenes Laërt.* 10, 15. ait, eum τελευτῆσαι λίθῳ τῶν οὔρων ἐπισχεθέντων. *J.M.G.*

Ibid. Φθινήσαντας] Sic etiam *Fl.* cum cett. Cl. *Geſn.* emendabat φθινύσαντας. Recte credo; nam φθινέω ignoro, & nil ſolemnius hac vocalium permutatione. Interim ſervavi ſuſpectam vulgatam, ſi forte & alibi inveniatur. *J.F.R.*

77. Φυγόντας] Ariſtotelem & alios. *F.G.*

91. Γύγου χρυσίον] Vid. ſupra ad Δίκ. c. 21. de Annulo illo magico. Sed quid hoc ad rem quaeſo? Nihil prorſus. Lege, me auctore, aut Κροίσου, aut Μίδου, donec ex Mſſ. Codd. utrum horum maluerit, conſtet; & vid. N. Δ. II. *M. du S.*

Γύγου χρυσίον] V. *Bis Accuſ.* c. 21. poſt med. ubi Γύγου δακτύλιον, quo adludit, nec tamen opus erit δακτύλιον hic denuo legere, quia χρυσία generaliter omnia aurea ornamenta ſignificant, maxime mulierum. *Menand.* fragm. XIII. vſ. 5. (Ed. minor. *Hemſt.*) Γυναικὶ κόσμος ὁ τρόπος, κ' οὐ χρυσία. *J.F.R.*

6. Δορυφορίας] Ad ſatellites regios reſpici, non eſt quod dicam. Sic δορυφόρημα, de ſatellitio tragico, ſupra *Icarom.* c. 9. atque alibi non ſemel. *J.F.R.*

23. Αἴσχιον] Mallem αἰσχρὸν, ut infra deinceps uſurpari ab eo videbis. *M. du S.*

τὸ ὄνομά ἐστι τῆς παρασιτικῆς, ἐθέλω μαθεῖν. ΠΑΡ. Ὅρα δὴ τὴν ἀπόκρισιν, ἐάν σοι ἱκανῶς λέγεσθαι δοκῇ, καὶ πειρῶ πάλιν αὐτὸς ἀποκρίνασθαι πρὸς τὸ ἐρωτώμενον [a] ἣ ἄριστα οἴει. Φέρε γὰρ, τὸν σῖτον οἱ παλαιοὶ τί καλοῦσι; ΤΥΧ. Τροφήν. ΠΑΡ. Τί δὲ τὸ σιτεῖσθαι, οὐχὶ τὸ ἐσθίειν; ΤΥΧ. Ναί. ΠΑΡ. Οὐκοῦν καθωμολόγηται τὸ παρασιτεῖν ὅτι οὐκ ἄλλο ἐστί. ΤΥΧ. Τοῦτο γὰρ, ὦ Σίμων, ἐστὶν, ὃ αἰσχρὸν φαίνεται.

ΠΑΡ. Φέρε δὴ πάλιν ἀπόκριναί μοι, πότερόν σοι δοκεῖ διαφέρειν, καὶ προκειμένων ἀμφοῖν, πότερον ἂν αὐτὸς ἕλοιο, ἆρά γε τὸ πλεῖν, ἢ τὸ παραπλεῖν; ΤΥΧ. Τὸ παραπλεῖν ἔγωγε. ΠΑΡ. Τί δὲ, τὸ τρέχειν, ἢ τὸ παρατρέχειν; ΤΥΧ. Τὸ παρατρέχειν. ΠΑΡ. Τί δὲ, τὸ ἱππεύειν, ἢ τὸ παριππεύειν; ΤΥΧ. Τὸ παριππεύειν. ΠΑΡ. Τί δὲ, τὸ ἀκοντίζειν, ἢ τὸ παρακοντίζειν; ΤΥΧ. Τὸ παρακοντίζειν. ΠΑΡ. Οὐκοῦν ὁμοίως [b] ἔθ' ἕλοιο καὶ τοῦ [c] ἐσθίειν μᾶλλον τὸ παρασιτεῖν. ΤΥΧ. Ὁμολογεῖν ἀνάγκη· καί σοι λοιπὸν, ὥσπερ οἱ παῖδες,

Paraſiticae nomen turpiculum ſit. PAR. Vide ergo reſponſionem, an ſatis tibi videatur dici, & tenta ipſe viciſſim ad quaeſita reſpondere, quomodo optimum tibi videbitur. Age enim, *Siton* veteres quid vocabant? TYCH. *Cibum*. PAR. Quid autem *Siteiſthai*, nonne *edere?* TYCH. Sic eſt. PAR. Nonne igitur conſtat *paraſitari* nihil eſſe aliud? TYCH. Hoc ipſum enim eſt, quod turpe videtur, Simon.

61. PAR. Age ergo rurſus mihi reſponde: utrum tibi videtur praeſtare, & utrum propoſitis duobus elegeris; *navigare ne* an *juxta navigare*? TYCH. Equidem *juxta navigare*. PAR. Quid vero, *currere ne* an *juxta currere?* TYCH. *Juxta currere*. PAR. Quid vero, *equitare ne* an *juxta equitare?* TYCH. *Juxta equitare*. PAR. Quid autem, *Jaculari*, an *juxta jaculari?* TYCH. *Juxta jaculari*. PAR. Nonne ergo ſimiliter etiam malis *juxta edere*, cum aliis (hoc enim eſt paraſitari) quam *edere* ſimpliciter? TYCH. Neceſſe eſt tibi aſſentiri. Atque in poſterum ego tibi, ut pueri,

a Ἢ] Sic recte *Fl. P. Ald. Fr.* &c. Εἰ male *J.* & *V2.* & marg. *A1.* b Ἔθ' ἕλοιο] Sic Edd. omn. praeter *J.* & *V2.* quae ἂν ἐθέλοις, quod etiam adſcriptum in marg. *A1W.* c Ἐσθίειν] Anon. Forſan σιτεῖν, adſcripſit.

18. *Haec ſi dicas, pater, nonne putas te multo veriora iſtis & magis ridicula dicturum? Verum vide an non illud te cruciet, & cogites tenebras, quae apud nos ſunt, & multam caliginem; deinde illud metuas, ne tibi ſuffocer in ſepulcro concluſus? Oportet autem adcogitare illud, putrefactis oculis, aut etiam, per Jovem, combuſtis paullo poſt, ſi quidem cremare me decreviſtis, neque tenebras neque lucem videre poterimus. Ac iſta forte quidem tolerabilia.*

19. *Quid*

a Διδάξομαι] Servavi ſcripturam Edd. *S. P.* licet διδάξωμαι ſit in *J. Fl. Ald. B1. H. Fr.* b Παρατρέψει] Sic Edd. Διαστρέψαι G. Διατρέψει L. Utrumque tam διατρέψ. quam διαστ. adſcriptum marg. *A1.* c Καταφρονηθήσῃ] Bene ita *P. H. S. B1.* & 2. Καταφρονηθείσῃ *J. Fl. Ald. Fr.* d Ὅρα] Ἄρα eſſe in quodam addit *Solan.* & οὐ in *Pell.* non vero ſatis diſtincte. e Ἐν τῷ μνήματι] Ἐν ἐπιμνήματι *Fr.* Vulgatum eſt in cett. f Δυνησόμεθα] Reſtitui ex L. Δεησόμεθα Edd. hac priores.

que ſic malunt, ſervavi, & hic & *Paraſit.* c. 38. *J.F.R.*

3. Οὐδὲ συνουσία παρατρέψει] *Non pervertet concubitus*; ſed rectius antiquus liber οὐδὲ συνουσία διατρέψει. *non te depravabit, corrumpet concubitus*, non tuam valetudinem labefactabit. παρατρέπειν eſt *avertere, abducere.* διαστρέφειν *diſtorquere, corrumpere.* *J.G.G.*

4. Παρατρέψαι] An παρατρίψει; *Marc. Antoninus* de vita ſua: ἡ συνουσία ἐστὶ σαρκίου παρατριψάριον. Παρατρίψει σε, i. e. *atteret te, conſumet, conficiet.* F.G.

Παρατρέψει, οὐδὲ σπαθήσεις] Interpretati ſunt, *non pervertet coitus, neque hujus cauſſa bis terve per diem rem tuam diſſipabis.* Ego, nec quid ſibi παρατρέψει, *pervertet*, hic velit, recte intelligebam; neque quomodo aliquis *bis terve per diem rem ſuam diſſipare poſſit.* Putabam autem legendum eſſe παρατρίψει, quod verbum convenire huic loco, non eſt opus ut oſtendatur. Alterum autem σπαθάω intelligebam de epulis, quas bis, aut ter adeo, ſolitas apud Graecos etiam inſtaurari in ſingulos dies, vel nomina ἀρίστου, δείπνου, ac δόρπου ſatis indicant, de quibus vid. *Poll.* 6, 101. ſeq. Porro ipſa propria verbi σπαθάω notio non tam ad *diſſipationem* & *dilapidationem* bonorum pertinet, ad quam viri docti fere referunt, quam ad aliquid *denſandum, inferciendum*, cum ſignificet proprie ſpathae textoriae ope ſubtemen intra ſtaminis tramas inſertum denſare & coire cogere. Puto igitur σπαθᾶν vel σπαθᾶσθαι dici eos, qui cupide ac copioſe cibum potumque ingerunt; tum, ventri avaro omnia donant, & in illud barathrum tota detrudunt patrimonia. Haec commode transtuleris ad loca auctorum, quae jam collegit *Ezech. Spanhem.* ad *Ariſtoph.* Neφ. 55. Cogitabam etiam οὐ σπαθήσεις, aegritudine non affi-

19. *Quid vero me fletus ille veſter juvat, & ille ad tibiam planctus pectorum, & mulierum illa immoderata lamentatio? Quid vero coronatum in ſepulcro ſaxum? Aut quid apud vos valet infundere illi merum? an putatis deſtillaturum illud ad nos, penetraturumque eſſe ipſos ad inferos? Quod enim ad inferiarum ſacrificia, & ipſi, puto, videtis, eum, quae facillime fugiunt, fumus auferat, ea ad ſuperiora in caelum abire, neque quidquam nobis prodeſſe inferis: quod autem relinquitur, pulverem inutilem, niſi forte cineribus veſci nos creditis. Non adeo ſterile nobis atque infrugiferum Ditis imperium eſt, neque aſphodelus nobis deficit, a vobis cibos ut arceſſamus. Itaque, ſic me Tiſiphone, olim propter ea quae faciebatis dicebatisque clarum cachinnari ſubiit: at impediit linteum ac lanae, quibus mihi devinxiſtis maxillas.*

Τί δέ με ὁ κωκυτὸς ὑμῶν ὀνίνησι, καὶ ἡ πρὸς τὸν αὐλὸν αὕτη στερνοτυπία, καὶ ἡ τῶν γυναικῶν περὶ τὸν θρῆνον ἀμετρία; τί δὲ ὁ ὑπὲρ τοῦ τάφου λίθος [g] ἐστεφανωμένος; ἢ τί ὑμῖν δύναται τὸν ἄκρατον ἐπιχεῖν; ἢ νομίζετε καταστάξειν αὐτὸν πρὸς ἡμᾶς, καὶ μέχρι τοῦ Ἅδου διΐξεσθαι; τὰ μὲν γὰρ ἐπὶ τῶν καθαγισμῶν καὶ αὐτοὶ ὁρᾶτε, οἶμαι, ὡς τὸ μὲν νοστιμώτατον τῶν παρεσκευασμένων ὁ καπνὸς παραλαβὼν, ἄνω εἰς τὸν οὐρανὸν οἴχεται, μηδέν τι ἡμᾶς ὀνήσας τοὺς κάτω· τὸ δὲ καταλειπόμενον, ἡ κόνις, ἀχρεῖον, ἐκτὸς εἰ μὴ τὴν σποδὸν ἡμᾶς σιτεῖσθαι πεπιστεύκατε. οὐχ οὕτως ἄσπορος, οὐδὲ ἄκαρπος ἡ τοῦ Πλούτωνος ἀρχὴ, οὐδ' ἐπιλέλοιπεν ἡμᾶς ὁ ἀσφόδελος, ἵνα παρ' [h] ὑμῶν τὰ σιτία μεταστελλώμεθα. ὥστε μοι, νὴ τὴν Τισιφόνην, πάλαι δὴ ἐφ', οἷς ἐποιεῖτε καὶ ἐλέγετε, παμμέγεθες ἐπῄει ἀνακαγχάσαι· διεκώλυσε δὲ ἡ ὀθόνη, καὶ τὰ ἔρια, οἷς μου τὰς σιαγόνας ἀπεσφίγξατε.

20. *Haec orantem atris penitus mors abdidit alis.*

Ὣς ἄρα μιν εἰπόντα, τέλος θανάτοιο κάλυψε.

πρὸς

g Ἐστεφανωμένος] Sic *Fl. H. P. B1.* Στεφανωμένος *J.* h Ὑμῶν] Sic bene *Fl. Fr. P.* &c. Ἡμῶν *J.*

20. Αὐλὸν] *Αὐλητὰς γὰρ συνεκάλουν ἐπὶ τὰ πένθη τῶν ἀποιχομένων, * ὡς δῆλον ἐστὶ ἀπὸ τοῦ θείου Εὐαγγελίου. V.*

* Ὡς δῆλον] Poſteriora haec verba deſunt in C.

afficieris. Sed non eſt opus aliquid mutare. Ἐπὶ τούτῳ verti eodem ſenſu atque ἐπὶ τούτοις *inſuper*; non quo vehementer probem; ſed quod nihil novi rectius. *J.M.G.*

Παρατρίψαι] Διαστρέψαι facilius concoquo quam παρατρέψαι. Placet tamen magis conjectura *Gujeti* & *Geſneri* unius literulae mutatione ſenſum facilem praebens. *J.F.R.*

Ibid. Σπαθήσεις ἐπὶ] I. e. *inſuper*, pro fuſe, bis aut ter in die *epulaberis*, vel rem prodiges in ſumptus ſuperfluos. *F.G.*

10. Καὶ διανοῇ] Ὅτι διανοῇ. *Th.M.* In καὶ conſentiunt Edd. nec quidquam varietatis notatum invenio ex Codd. *J.F.R.*

13. Καταχλευσθεὶς σὺ ἐπὶ μνήματι] Ἐν ἐπιμνήματι. *In ſuperpoſito monumento.* *Th.M.*

Καταχλευσθεὶς ἐν &c.] En quam facile regulae criticae ſine librorum auctoritate fallere poſſint. Adripuit *Marcil.* quod literarum ductus ſuadebat, & ſine mutatione, ſola vocum conjunctione locum ſanare viſus eſt: ſed illud τῷ pro ἐπὶ, quod Libri ſuppeditant, & quod forſan conjicere non auſus eſſet, verius eſſe, quilibet videt. *J.F.R.*

17. Δυνησόμεθα] Ita L. recte. In Impr. δυνησόμεθα. *M.du S.*

22. Ἐστεφανωμένος] Accentus *Juntinae* ſatis oſtendit, eam praeteritum quoque exhibere voluiſſe, alioqui στεφανώμενος proparoxytonως dediſſet: de augmento omittendo hic non cogitandum, quod etiam κακοφωνίαν pareret, licet id alias omitti ſatis ſaepe monuerimus. *J.F.R.*

26. Καθαγισμῶν] Vid. ſupra dicta ad c. 9. *J.F.R.*

27. Νοστιμώτατον] Conf. ſupra Μισθ. c. 39. *M.du S.*

35. Μεταστελλώμεθα] Vertitur *deportemus*. Redde: *petamus.* *F.G.*

40. Ὣς ἄρα &c.] *Homer.* Il. Π. 502. & 855. *M.du S.*

45. Καὶ

πρὸς Διὸς [a] δὲ, ἂν λέγῃ ταῦτα ὁ νεκρὸς ἐπιστραφεὶς, ἀνακλίνας αὐτὸν ἐπ' ἀγκῶνος, οὐκ ἂν οἰώμεθα δικαιότατα ἂν αὐτὸν εἰπεῖν; ἀλλ' ὅμως οἱ μάταιοι καὶ βοῶσι, καὶ μεταστειλάμενοί τινα θρήνων σοφιστὴν, πολλὰς [b] συνειληχότα παλαιὰς συμφορὰς, τούτῳ συναγωνιστῇ, καὶ χορηγῷ τῆς ἀνοίας καταχρῶνται, ὅποι ἂν ἐκεῖνος ἐξάρχῃ, πρὸς τὸ μέλος ἐπαιάζοντες.

Καὶ μέχρι μὲν θρήνων, ὁ αὐτὸς ἅπασι νόμος τῆς ἀβελτηρίας· τὸ δ' ἀπὸ τούτων, διελόμενοι κατὰ ἔθνη τὰς ταφὰς, ὁ μὲν Ἕλλην ἔκαυσεν, ὁ δὲ Πέρσης ἔθαψεν, ὁ δὲ Ἰνδὸς [c] ὑάλῳ [d] περιχρίει, ὁ δὲ Σκύθης κατεσθίει, ταριχεύει δὲ ὁ Αἰγύπτιος. οὗτος μέντοι (λέγω δὲ ἰδὼν) ξηράνας τὸν νεκρὸν, σύνδειπνον καὶ συμπότην ἐποιήσατο, πολλάκις δὲ καὶ δεομένῳ χρημάτων ἀνδρὶ Αἰγυ-

At per *ego vos* Jovem *obſecro*, ſi dicat talia converſus mortuus, & nixus cubito; nonne aequiſſima nobis videatur dicere? Sed tamen ſtolidi homines & vociferantur, & arceſſito quodam lamentationum Sophiſta, qui veteres multas calamitates collegerit, hoc adjutore & praecentore quaſi ſuae amentiae utuntur, & ubi ille incepit, ſuas querelas illius cantui ſubjiciunt.

21. Et quantum ad lamentationes, eadem omnibus lex ineptiarum. Quod vero ſupereſt, diviſi per gentes quantum ad ſepulturae rationem, Graecus illos cremat, humat Perſa, Indus vitro quodam oblinit, Scytha vero edit, *ſuccis velut* muria condit Aegyptius. Hic vero, quae vidi narro, ſiccatum cadaver convivam ſuum & compotorem ſolet facere. Saepe etiam pecuniae in-

a Δε] Omittit *Fl.* *b* Συνειληχότα] Nihil variant Edd. *c* Ὑάλῳ] Ὑέλῳ *Fl.* Σιάλῳ Edd. *Cogn.* In ὑάλῳ conſentiunt noſtri Codd. & Edd. *d* Περιχρίει] Emenda περιχύει, vel περιχέει, quod *Guj.* etiam monuit.

45. Καὶ μεταστειλάμενοί τινα θρήνων σοφιστὴν, πολλὰς συνειληχότα παλαιὰς συμφορὰς] Loquitur Noſter de eo ritu, quo in funeribus ſolitus fuerit quis conduci, qui planctum excitaret, & lugubre carmen caneret; qualis erat apud Romanos praefica. At in Verbis Graecis mendum eſt certiſſimum. Quid enim eſt συνειληχότα συμφοράς? Pejus id in edit. *Amſt.* ubi συρειληχότα. Συνειληχότα eſt ab συλλαγχάνω, ſive συλλήγω. Atqui id locum hic non habet. Emendo συνειλοχότα, quod Attice dicitur pro συνειλεχότα, ab συλλέγω, *colligo*, *corrado*. Demoſthenes in Midian, Πολλὰ μὲν τοίνυν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ περὶ ὧν τοὺς ἄλλους ἠδίκηκεν ἔχω λέγειν, ὥσπερ εἶπον ἐν ἀρχῇ τοῦ λόγου, καὶ συνείλοχα ὕβρεις αὐτοῦ καὶ πονηρίας τοσαύτας, &c. Expone itaque Luciani verba, *Arceſſentes luctus aliquem artificem; qui multos veteres caſus quos corraſerit, narret, & in quovis funere identidem repetat.* *J. J.*

46. Θρήνων σοφιστὴν] Hic eſt quem *Homerus* θρήνων ἐξάρχον vocat, Il. Ω. 721. Alii aliter. *M. du S.*

47. Συνειληχότα] Immo συνειλεχότα a συλλέγω. *F. G.*

Συνειληχότα] Συνειλοχότα voluit *Solanus.* Sed quum alii aeque conjici poſſe dixerint συνειληφότα, Edd. lectionem intactam ſivi, facile autem utrovis more emendandam, ſi quid opus fuerit; *Jenſii* tamen conjectura magis placet. *J. F. R.*

49. Καταχρῶνται] Dativum ſive ablativum huic verbo proprium, contra *Graev.* probavit *Jenſius* in Lectt. Luc. p. 333. Vid. & nos ad *Aſin.* c. 52. *J. F. R.*

53. Ἕλλην ἔκαυσεν] *Homer.* in funere Patrocli docet Graecos cadavera combuſſiſſe. *G. C.*

Ἕλλην ἔκαυσεν] Crematio *Macrobii* tempore in uſu eſſe deſierat VII. 7. Vid. *Meurſ.* AG. XI. 1097. Magi comburi corpora non concedebant. *Jambl.* No. 154. & *Diog. Laërt.* 2. D. Non Graeci tamen id ſoli factitabant. Brachmanis etiam mos ille, ſeu Gymnoſophiſtis ſolemnis erat. Vid. Περ. c. 25. *M. du S.*

54. Πέρσης ἔθαψεν] Perſas cera circumlitos mortuos condire ſolitos ſcribit *Cic.* quod & Aſiniis attribuitur. *Strabo* etiam ſola, inquit, ſepeliunt corpora Perſæ cera oblinentes. *G. C.*

Ibid. Ὁ δὲ Ἰνδὸς ὑάλῳ περιχρίει] Lege ὑάλῳ περιχέει, ſeu potius περιχύει id eſt, *vitro incruſtat.* Indi mortuos incruſtaſſe teſtantur *Herodotus* & *Diodorus Siculus.* Peſſime interpres: *adipe ſuillo oblinit.* *AE. M.*

Ibid. Ἰνδὸς ὑάλῳ περιχρίει] Ὕαλος magis Atticum eſſe quam ὕελος, adſentior *Phrynich.* p. 136. etſi poſterius quoque non ſemel apud probatos reperias; ideoque non damnaverim, quod *Phrynichus* facit; nam ὕελος *Diod. Sic.* fere ubique, vid. L. 2. c. 15. ubi vel ſexies ita ſcribitur. Bene igitur *Th. Mag.* ὕαλος dixere Attici, ὕελος communiter Graeci. Περιχύει autem vel περιχέει pro περιχρίει malim ex eodem *Diod.* ubi jam non de orthographia, ſed de re ipſa agitur; nam de mortuis hoc modo condendis & condiendis loquens ſaepe & conſtanter verbo περιχεῖσθαι utitur, ut l. c. de Aethiopibus ait: ταριχεύσαντες γὰρ τὰ σώματα, καὶ περιχεύσαντες αὐτοῖς πολλὴν ὕελον. ac deinde ibid. αὐτός φησι τὸ μὲν σῶμα [illegible] [illegible] περιχεῖσθαι γυμνοῖς τοῖς σώμασι. [illegible] τὴν εἰκόνα χεῖσθαι τὴν [illegible]: nec non III. c. 9. [illegible] non

indigenti Aegyptio ſolvit inopiam pignori oppoſitus in tempore frater paterve.

πτίῳ, ἔλυσε τὴν ἀπορίαν, ἐνέχυρον ἢ ὁ ἀδελφὸς ἢ ὁ πατὴρ γενόμενος ἐν καιρῷ.

22. Aggeſti quidem tumuli, & pyramides, & cippi, & inſcriptiones parvo tempore durantes, quei non ſuperflua, & luſibus ſimilia?

[e] Χώματα μὲν γῆς, καὶ πυραμίδες, καὶ στῆλαι, καὶ ἐπιγράμματα, [f] πρὸς ὀλίγον διαρκοῦντα, πῶς οὐ περιττὰ, καὶ παιδιαῖς προσεοικότα;

23. Verum etiam ludorum certamina quidam inſtituerunt, & funebres ad monumenta orationes habuerunt, quaſi cauſſam defuncti agerent, aut teſtimonium illi perhiberent apud illos inferorum judices.

Καίτοι καὶ ἀγῶνας ἔνιοι διέθεσαν, καὶ λόγους ἐπιταφίους εἶπον ἐπὶ τῶν μνημάτων, ὥσπερ συναγορεύοντες, ἢ μαρτυροῦντες παρὰ τοῖς κάτω δικασταῖς τῷ νεκρῷ.

24. Poſt haec omnia ſunt parentales epulae: Adſunt cognati, & parentes conſolantur defuncti, & guſtare illos cogunt, ut qui non inviti, per Jovem, cogendos ſe praebeant, ſed jam trium dierum fame macerati ferre inediam diutius non poſſint. Et, *quo usque tandem*, ajunt, *lugemus?*

Ἐπὶ πᾶσι τούτοις τὸ περίδειπνον, καὶ πάρεισιν οἱ προσήκοντες, καὶ τοὺς γονέας παραμυθοῦνται τοῦ τετελευτηκότος, καὶ πείθουσι γεύσασθαι, ὡς οὐκ ἀηδῶς, μὰ Δί', οὐδ' αὐτοὺς ἀναγκαζομένους, ἀλλ' ἤδη ὑπὸ λιμοῦ τριῶν ἑξῆς ἡμερῶν ἀπηυδηκότας. καὶ μέχρι μέν τινος, ὦ οὗτος, ὀδυρόμεθα; ἔασον

e Χώματα] Χρώματα *Fl.* male. *f* Πρὸς] Καὶ πρὸς *Fl.* male.

tamen idem quod noſtrum vitrum fuiſſe, recte ad loc. priorem *Diodori*, No. 45. monet Cl. *Weſſel.* conjiciens ſal quoddam foſſile pelluciditate vitrum referente ad id adhibitum. At ſi artificialis, quod Cl. *Geſn.* exiſtimat, compoſitionis incruſtatio fuerit, vulgatum Luciani περιχρίει aeque ſatisfaciet ac περιχύει. Merum ſal quidem ſufficere mihi non videtur, quod ab humiditate aëris vel locorum ſubterraneorum facile liqueſcit, & fruſtra ſic cadavera forent ante exſiccata; quare minerale quoddam firmius, ut lapis ſpecularis, vel ſimile illi, unde vitreas laminas lucernarum conficiunt, requiri videtur. Etſi vitrum quale noſtrum, illo tempore dudum notum fuit, ut ſupra vidimus. Hoc autem ita circumfundi poſſe, non eſt veriſimile. *J.F.R.*

Ibid. Ἰνδὸς] Inungebant cadavera pollinctores & libitinarii quæ in pyra mox cremarent. *Virg.* *G.C.*

55. Ὑάλῳ] Vid. *Gatak.* ad *M. Aur.* IV. 48. *Ælianus* V. H. XIII. 3. narrat in ſepulchro Beli repertam πύελον ὑελίνην ἔνθα ἦν κείμενος ὁ νεκρὸς ἐν ἐλαίῳ. Sic in vitrea theca aſſervatum Alexandri Magni cadaver conſpexit Auguſtus. Vid. Notam ad Νεκρ. Δ. XIII. *Condiunt Aegyptii mortuos, & eos domi ſervant: Perſae etiam cera circumlitos condunt, ut quam maxime permaneant diuturna corpora. Cic.* Tuſc. I. 45. & *Herod.* I. 140. *Fl.* ὑέλῳ. *M. du S.*

Ὑάλῳ περιχρίει] *Suillum adipem* interpretationis antiquae faceſſere hinc jubeam equidem. Neque tamen *vitrum* proprium hic intelligi poſſe, manifeſtum eſt ex verbi περιχρίει notione. *Heſychius* non tantum ὕαλον & ὑαλόεν λαμπρὸν interpretatur ac διαφανὲς, ſed ipſum etiam ὑαλόν. Et quid ſimilius vitro, quam illa accepta a Seribus h. e. Indis pigmenta, quas *Laccas* vocamus? & variae gummatum ſolutiones ac praeparationes ad condituram corporum idoneae? Fuerit itaque illa Indorum conditura ſimilis *Theodori Kerckringii* invento, qui integra cadavera ſuccino circumfuſo condivit, ſi vera ſunt, quae narrat *Morhof.* Polyh. 2, 2, 2, 37, 3. *J.M.G.*

56. Ταριχεύει &c.] *Sext. Empir.* III. Pyrrhon. Hypotyp. 24. p. 184. (monente Cl. *P. Weſſeling.* ad *Diod. Sic.* I. c. 92. f. Αἰγύπτιοι δὲ τὰ ἔντερα ἐξελόντες, ταριχεύουσι αὐτοὺς (νεκροὺς) καὶ σὺν ἑαυτοῖς ὑπὲρ γῆς ἔχουσι. Adde not. Cl. *Hemſterh.* ad Noſtri *Necyom.* c. 15. No. 42. *J.F.R.*

57. Λέγω δὲ ἰδὼν] Aegyptiorum mortui tempore Luciani adhuc condiebantur. *F.G.*

Λέγω δὲ ἰδὼν] Scripta igitur haec poſt reditum ex Aegypto, (vid. Ἀ. μισθ.) cum antea illic fuiſſe non conſtet. *M. du S.*

59. Δεομένῳ χρημάτων] *Herod.* II. & *Diod.* I. §. 1. *M. du S.*

Ibid. Ἀνδρὶ Αἰγυπτίῳ — ἐνέχυρον — γενόμενος] Confirmat idem *Diod. Sic.* I. c. 93. ſcribens: νόμιμον δ' ἐστι παρ' αὐτοῖς (τοῖς Αἰγυπτίοις) καὶ τὸ διδόναι τὰ σώματα τῶν τετελευτηκότων γονέων εἰς ὑποθήκην δανείου· τοῖς δὲ μὴ λυσαμένοις ὄνειδός τε μέγιστον ἀκολουθεῖ, καὶ μετὰ τὴν τελευτὴν στέρησις ταφῆς. Ubi Cl. *P. Weſſeling.* plura in hanc rem ex *Stob.* Serm. 38. *Herodot.* 2, 136. aliisque, non omiſſo hoc Luciani teſtimonio, adfert. *J.F.R.*

66. Ἀγῶνας] Vid. Δημ. c. 33. & alibi paſſim. *M. du S.*

ἔασον ἀναπαύσασθαι τοὺς τοῦ μακαρίτου δαίμονας· εἰ δὲ καὶ τὸ παράπαν [a] κλᾴειν διέγνωκας, αὐτοῦ τε τούτου ἕνεκα χρὴ μὴ ἄσιτον εἶναι, ἵνα καὶ διαρκέσῃς πρὸς τοῦ πένθους τὸ μέγεθος. τότε δὴ τότε πρὸς ἁπάντων ῥαψῳδοῦνται δύο τοῦ Ὁμήρου στίχοι·

> Καὶ γάρ τ' ἠΰκομος Νιόβη ἐμνήσατο σίτου.
>
> καί,
>
> Γαστέρι δ' οὔπως ἔστι νέκυν πενθῆσαι Ἀχαιούς.

Οἱ δὲ ἅπτονται μέν, αἰσχυνόμενοι δὲ τὰ πρῶτα, καὶ δεδιότες, εἰ φανοῦνται μετὰ τὴν τελευτὴν τῶν φιλτάτων τοῖς ἀνθρωπίνοις πάθεσιν ἐμμένοντες. ταῦτα, καὶ πολὺ τούτων γελοιότερα εὕροι τις ἂν ἐπιτηρῶν ἐν τοῖς πένθεσι γιγνόμενα, διὰ τὸ τοὺς πολλοὺς τὸ μέγιστον τῶν κακῶν τὸν θάνατον οἴεσθαι.

amice. Patere requieſcere felicis pueri manes. Si vero omnino plorare decreviſti, illius ipſius rei cauſſa oportet cibo non abſtinere, ut magnitudini luctus ſufficias. Tunc ſane, tunc in omnium ore ſunt duo Homeri verſus:

> *Pulchricoma haud Niobe tamen eſt oblita ciborum*
>
> Et: *Non jam ventre licet functos lugere Pelasgis.*

Illi vero attingunt, cum pudore quidem ab initio, & veriti, ſi videantur poſt cariſſimorum mortem humanis tamen paſſionibus obnoxii. Haec, & multo his magis ridicula, inveniat aliquis ſi obſervet, quae in luctu fiunt propterea, quod vulgus maximum malorum putat mortem.

a Κλᾴειν] Κλάειν *Fl.* ſine puncto ſubſcripto.

83. Καὶ γάρ] *Homer.* Il. Ω. 602. *M. du S.* 85. Γαστέρι δ' οὔπως] *Iliad.* T. 225. *M. du S.*

FINIS TOMI SECUNDI.

APPENDIX AD TOM. II.

DECLAMATIO

D. ERASMI ROTERODAMI,

LUCIANI TYRANNICIDÆ RESPONDENS.

ARGUMENTUM.

Ejusdem generis haec cum Tyrannicida, ejusdemque ſtatus eſt, ſed adverſaria. Ut enim illic contenditur praemium eſſe dandum tanquam tyrannicidæ, ei qui filium tyranni interfecerat: ita hic negatur eum ſatisfeciſſe legi, aut tyrannicidam eſſe, qui non ipſum tyrannum, ſed filium tyranni occidiſſet. Exordio benevolentiam captat, à perſona Judicum; deinde calumniæ adverſarii, qua in ſuſpicionem adductus fuerat, quaſi ipſe quoque tyrannidi faveret, quia illi praemium dandum negabat, reſpondet per abſolutionem primum, deinde & per inficiationem ex locis conjecturalibus, elevata interim illius perſona, atque ipſo viciſſim in ſuſpicionem, ex modo actionis vocato. Poſt exordium propoſitio ſequitur cum attentione, & admonitione Judicis, quorſum in hac cauſſa maxime ſpectare debeat, atque inde ad confutationem venitur. In qua primum refelluntur ordine capita illa, quæ alter in argumento ab imo ad ſummum tractarat, puta Voluntas, Conatus, Effectus. Ac voluntati quidem opponit voluntatem legis, ut quæ non quid quisque voluerit, ſed quid effecerit, ſpectet, neque cogitationes, ſed facta praemiis compenſet. Conatum vero elevat variis ac multis ſimilibus & exemplis, oſtendens in nullo pacto, aut contractu, aut certamine, aut aliis denique id genus rebus ſatis eſſe, conari aliquid & coepiſſe, ſed praeſtari oportere. Effectum conditiones ſequi, non conatum. Et quod alter etiam conatum in legibus ſpectari dixerat, id diſtinguit, oſtendens diverſam eſſe rationem praemiorum & poenarum. In maleſciis interdum & voluntatem puniri, in beneficiis autem nunquam praemium dari, niſi ei, qui quod lex proponit, re ipſa effecerit. Poſtremo & patriæ gratis inſervire ac officium praeſtare cives debere & illum ſatis mercedis pro conatu ſuo retuliſſe, laudem & gloriam. Effectum autem refellit, quia non ſimpliciter id effecerit, quod lex jubet, ſed fortuna ſeu numine ita ferente, caedem filii, mortem patris conſecutam eſſe. Non enim quia ipſius gladio tyrannus poſtea ſeipſum confecerit, ob id ipſius hoc factum eſſe. Deinde etiam incertum fuiſſe exitum, & quidnam pater, occiſo filio facturus fuerit; & hic conſilium quoque petituris ſubvertit, primo ut incertum & periculoſum, neque certis rationibus firmatum, deinde etiam ut fictum, & poſt eventum rei, demum ſimulatum. Denique non idem eſſe occidere, id quod lex jubet, & mortis cauſſam qualemcunque praebere: idque iterum multis ſimilibus probat. Atque hoc loco diſputationem ſupra coeptam renovat, de eo quatenus voluntas in legibus ſpectatur, & in quibus per ſe ſufficiat, nempe in maleficiis & non in beneficiis, & ob id neque hic praemium illi deberi, ut qui coeperit, non abſolverit beneficium. Confutatis igitur hoc pacto voluntate, conatu & effectu, quarto loco id aggreditur, quod petitor in narratione potiſſimum amplificat, puta filium fuiſſe caput & cauſſam tyrannidis, eoque ſublato, etiam tyrannidem ſublatam fuiſſe. Ac primo quidem filium oſtendit non fuiſſe tyrannum, neque tyrannidis caput, confutatis ſignis, & caeteris rationibus: quæ alter ad eam rem probandam adduxerat. Deinde, ut maxime fuerit, legem jubere ipſum tyrannum non ut quisque tyranno ſimilis, aut nocentior etiam eſt, occidere. Et hic multis verbis de authoritate legum diſputat, & quod non temere verba legum huc aut illuc deflectenda ſint, alioqui multa pericula & incommoda ex eo ſecutura eſſe. Poſtremo etiam ipſe locum ab imo ad ſummum tractat, & ut alter voluiſſe, egiſſe, effeciſſe ſe dixerat, ita hic contra neque animum ad rem gerendam habuiſſe illum, neque recta via aggreſſum eſſe, neque denique id quod lex jubet, perfeciſſe oſtendit. Et ſub haec orationem concludit, brevi capitum repetitione, & conformatione ſeu proſopopoeia, legum, reipubl. & deorum quoque expoſtulantium cum petitore, ut inique & praeter meritum, praemium petente.

SI mihi cauſſa haec, Judices, apud concionem popularem, quæ ſtudiis potius, quam exacto rerum judicio duci conſuevit, eſſet agenda, ac non magis apud Judices ex honeſtiſſimis ordinibus delectos, nimirum graviſſimos ſapientiſſimosque, nonnihil profecto vererer, ne omnium animis nova hac & inſperata laetitia geſtientibus, atque (ut ita dixerim) exultantibus, nec ſatis attentos, nec dociles eſſem auditores habiturus. Porro faventes, benevolosque multo minus: quippe qui frontem modo, qualique perſonam hujus negotii intuentibus, non faciem ipſam propius contemplantibus videri fortaſſe poſſim, in communi totius civitatis gaudio, tum autem in cauſſa tam populari, velut importunius obſtrepere atque obturbare. Enimvero quum omnis affectus inutilis eſt ad recte judicandum, tum ingens intemperans, atque exundans laetitia, non ſolum judicium omne funditus tollere ſolet, verum etiam noſtri ſen-

ſus non raro nobis eripere: praeſertim (ſi quemadmodum haec noſtra) poſt graves diuturnaſque calamitates, ac veluti tempeſtatem ſaeviſſimam repente praeterque ſpem (quaſi portus quidam) fuerit objecta. Quid autem tam acerbum liberæ multitudini, quam ſervitus? Quid tam dulce, quid tam exoptatum, quam libertas? Itaque non rebus modo ipſis, ſed vel inanibus harum rerum vocabulis, plebis animus queat ad quidlibet impelli: maxime primis his aliquot diebus, dum gaudiorum adhuc velut aeſtus quidam impotens, omnia ſurſum ac deorſum miſcet, dum laetitiæ temulentia, dum gratulandi dulcis quaedam ebrietas pectus occupans, animum ad cogitandum inſtituere non ſinit. Verum veſtra Judices ſingularis ſapientia perſpicacitaſque non hoc tantum ſcrupulo me levat, verum & hanc mihi fiduciam ſuppeditat, uti ſperem futurum, ut hoc contradicendi munus, quod equidem nec invidentia, nec favore in Tyrannidem (ſicut iſte calumniabatur) ſed ſolita mea, & (ut opinor) nota Reipub. charitate ſuſcepi, vobis non modo non invidioſum, ſed favorabile, plauſibileque videatur. Etenim poſtquam viderem manifeſta quadam Deorum benevolentia, poſt diuturnam ac miſerrimam illam ſervitutem, toties Reip. votis expetitam libertatem aliquando contigiſſe, nihil prius curandum nobis eſſe judicavi, quam ut gratos nos exhiberemus in eos, a quibus nobis tam egregia felicitas eſſet profecta, quo videlicet munus ſuum heic urbi proprium, perpetuumque facere vellent, & conſtabilire tuerique quod largiri non eſſent gravati, meminiſſemuſque iiſdem in manu eſſe, ut eriperent ingratis, quod optantibus dediſſent. Sunt autem vel primæ gratitudinis partes, intelligere videlicet, cui beneficium acceptum ferre debeas. Et hac una ratione mortales divinæ beneficentiæ gratiam referre poſſumus: ſi beneficium acceptum agnoſcamus: ſi celebremus, ſi ad illos authores referamus. Neque mihi committendum putavi, ut dum nimium candidi in civem eſſe volumus, in Deos ingrati impiique reperiamur. Neque enim iſthoc nomine nunc perinde laboratur, ne hoc praemii pereat aerario, & hujus lucris accreſcat (quanquam id quoque longa jam tyrannide exhauſtius eſt, quam ut inde temere dari praemia conveniat immerentibus.) Illud agitur, ne Dii immortales, qui hujus male conſulta nobis verterunt bene, hoc tantum munus a nobis tanquam ingratis repoſcant, ſi quod ipſis ſolis debetur honoris, laudis, gratiæ, id illis fraudatis, in hominem contulerimus. At quem hominem obſecro? Nempe qui quum privatus contra leges juvenem occiderit, atque hac temeritate ſua reſtitutæ libertatis periculoſam occaſionem modo praebuerit, idque adeo imprudens (uti mox docebimus) non veretur pulcherrimum tyrannicidæ titulum Diis eripere, ſibi arrogare: Reipub. diem dicere, ac leges ipſas in jus vocare: civitatem ingratitudinis ream agere, niſi ſibi totam hanc felicitatem ferat acceptam. Nullum quidem, judices, facinus ſpecioſius tyrannicidio, nullum Diis dignius: verum hoc impudentior, qui ſibi laudem tam eximiam uſurpat immeritus. Nullum praemium honeſtius illuſtriusve, quam quod tyrannicidæ debetur: Sed hoc impenſius accuratiuſque ſpectandum, ne temere decernatur indigno. Permulta ſi quidem, permulta ad id requiruntur, ut hoc tam egregio titulo, ut hoc tam divino praemio dignus quis eſſe videatur: quorum nihil in hunc competere, paulo poſt evincemus. Proinde eum non tolerandæ improbitatis mihi videatur, qui legibus tum homicidii, tum temeritatis poenas debeat, eum a legibus praemium omnium maximum petere: petere dixi, imo flagitare: & ita flagitare, ut etiamſi unum ex hujus arbitrio dependerint, tamen multa inſuper iſti creditori ſint debituræ. Quæ cuncta quum poſtulare jure potuiſſet: maluit tamen homo verecundus, unico perſoluto, reliqua ſibi deberi, ut haberet nimirum, quod obnoxiæ Reip., quoties libido ſit, poſſit improperare. Tum illud utrum riſu potius, an odio dignum exiſtimem, quod in tribunalibus, quod apud ornatiſſimum ſeveriſſimorum judicum conſeſſum, Thraſonem quendam nobis e comoedia retulit? Senſiſtis, judices, ut è corona plerique riſum tenere nequierint, dum perſonatus iſte Hercules tragoediam illam ſuam nobis recitabat: de ſeſe terque quaterque tyrannicida, de ſapiente illo gladio commilitone ſuo, qui per ſe prudens ſenem interemit: digno videlicet, qui inter ſydera collocetur, domino in deorum numerum relato; Dii boni, quibus phaleris, quibus fucis, quibus ampullis facinus illud nobis ſuum ornavit, jactavit, exaggeravit? quam militari jactantia, quam Stentorea voce, quam faſtuoſo vultu, quam arrogantibus ſuperciliis, quam ſtupidis oculis, ſuum ipſe vobis encomium detonabat? Quaeſo, Judices, ut etiam nunc hominis vultum diligenter attendatis: nonne vobis minitari videtur? nonne dicere? ni mihi praemium decreveritis, haud feretis impune, incolumi divino illo meo, ac fortiſſimo gladio, qui vel ſine me, meas vices, ubi lubebit, acturus eſt. Quis tandem iſtam feret jactantiam, vel in eo, qui vere tyrannum occidiſſet? Haec quoque me cauſſa, Judices (neque enim inficiandum eſt) commovit, ut hujus obſiſterem petitioni, vel magis, ut immoderatam arrogantiam, ut odioſam hujus imputationem retunderem. Videbam jam inde ab initio, quum certatim univerſa civitas Diis libertatis authoribus grataretur, ut hic ſeſe ira tumens in medium ingeſſerit, quam indigne tulerit victimas Diis ſervatoribus immolatas. Sibi hunc honorem eripi, ſeſe unicum eſſe reſtitutæ libertatis authorem proclamabat, leges, aras, focos, omnia publica privataque, ſuæ dextræ, ſuo magnifico gladio deberi. Agite, quid futurum denique, Judices, auguramini, ſi id ad hujus intolerabilem jactantiam, veſtra authoritas, veſtra comprobatio, ſi praemium quaſi pignus acceſſerit? Quid, niſi ut tyranno ſubmoto, alter quidam huic civitati paretur, qui ventoſæ linguæ, gloriaeque quaſi tyrannidem quandam exerceat? Qui quotidie nobis odioſam iſtam ſuam tragoediam ingerat, quotidie dextram iſtam Herculanam & gladium prodigioſum minitetur? Utrum eſt hoc, Judices, tyrannide liberari, an mutare Tyrannum? Videtis ipſi, quam minaci fronte me jam obtueatur. Quid mihi ſuccenſes? Quid minitaris oculis? Qu[illegible] ſupercilia? An mihi non licebit libertate in [illegible]dicendo (tuo ſcilicet munere) uti, quum [illegible] mutare? qui liber[illegible]

ti-

tibi putaris (id quod etiam in proſcenio leges fieri vetant) crimen tam atrox, tam capitale in civem impingere, tantum quia libuit, idque apud Judices iratos, in tam frequenti civium corona, quod nequeas vel leviſſimo confirmare argumento. Siquidem quam reliqua glorioſe, tam illud impudenter dicebas, mihi nullam fuiſſe cauſſam, quare tibi contradicendi partes ſuſciperem, niſi quo tyranni necem, quæ me diſcruciaret ſcilicet, ulciſcerer. Quo quidem tuo exemplo ſi viciſſim in te liberet uti, mox intelligeres, quam atrocia, quanto probabilius in te poſſint retorqueri. Nam tuum iſtud tam invidioſum (quemadmodum tu quidem exiſtimabas) convicium, me longe minus etiam territabat, quam (quod vulgo dicunt) ex pelvi redditum fulgur. Etenim praeterquam quod neque affinitas, neque cognatio, neque neceſſitudo, neque emolumentum, neque prorſus alia res ulla mihi cum tyranno interceſſit, cur mea referret illum vivere? Sine quibus rebus nullam in quenquam criminis haerere ſuſpicionem, tu quoque ſcires, niſi nunquam tribunalia vidiſſes, ac niſi hodie devium te lucelli ſpes feciſſet jureconſultum: equidem arbitror, meam fidem, integritatem, pietatem, totamque meam vitam ſic huic Reipub. ſpectatam eſſe, ut iſto crimine tibi potius improbitatis odium, quam mihi ſuſpicionem ullam conciliaris. Vides quam multis adductus ſim cauſſis, ut tibi obſiſterem? Denique (ſi ſcire vis) bona civium pars id a me enixiſſime flagitavit, ut ſui patrocinium adverſum te capeſſerem, negantes ſibi videri tyrannide liberos ſeſe, niſi te a tyrannicidæ praemio dejicerem. Non quod pudeat homini debere hanc felicitatem: tametſi id quoque durum, ei debere qui ſic imputet. Sed debere arroganti, ſane quam moleſtum eſt: at debere, cui non debeas, iſtuc vero non graviſſimum modo, verum etiam ſtultiſſimum. Equidem ne lenoni quidem vel verbo refrager, ſi modo is promereatur: ſed obnoxium eſſe tam importuno imputatori, tum qui nihil juverit, id vero bis miſerum eſt, bis ſtultum eſt. Nullus enim inſolentius exprobrat beneficium, quam qui quod non dedit, id vult dediſſe videri. Sed finge mihi nullam eſſe cauſſam cur tibi me opponerem, niſi quia ſic animo lubitum ſit meo, profecto nihil habes quod mihi jure ſuccenſeas. Etenim quum apud Judices tam ſanctos agatur: ſi vere praemium meruiſti, non tibi honorem eripio, verum etiam vehementer illuſtro, quando non paulo magnificentius eſt tyrannicidæ praemium eviciſſe, quam tuliſſe. Sin minus, aequus veniam dabis, ſi boni civis fungor officio, ſi nullo meo emolumento Remp. debiti praemii ream defendo, ſi ſtultitiæ crimen, ſi imprudentiæ infamiam a civitate depello, ſi non ſino, ut noſtro omnium periculo haec urbs in Deos exiſtat ingrata. Poſtremo ſi deorum immortalium cauſſm ago, quibus honorem debitum tu conaris intervertere, ut vel hinc ſat liqueat, quanta religione reliquam cauſſam egeris, qui ſtatim ingrediens tam impudenter ſis calumniatus: Contradicit igitur, contra Remp. favet tyranno. Quanquam ego illud quoque liberæ civitatis eſſe judico, hoc loco vel tyrannorum cauſas citra fraudem agere licere. Neque tamen a vobis poſtulo, Judices, ut vel mihi proſit in cauſſa hoc meum erga Remp. ſtudium, vel huic obſit tam inſolens arrogantia: imo non deprecor invidentiæ ſuſpicionem, non refugio vel atrociſſimam illam, quam iſte mihi conabatur impingere, invidiam, ut tyranno faviſſe videar, niſi certioribus, quam ut a quoquam refelli poſſint, argumentis evinco, niſi demum & adverſario perſuadeo, modo ne tergiverſetur, ut quam maxime civiliter quis agat, nullum ei deberi praemium. Sin exactius ſeveriusque, poenam etiam ab ipſo deberi. Quæ quidem dum quam poteſt breviſſime facio, quaeſo, Judices, ut me attentis animis atque auribus audiatis. Meminiſtis, Judices, ut iſte inter dicendum ſubinde nobis conatus ſit ob oculos ponere, id unum ſpectare juſſerit, quantis malis tyrannide ſimus levati. Hoc paſſim inculcabat, hac re bonam orationis partem occupabat, nihil nos aliud perpendere voluit, niſi quod gravem ſervitutem toleraſſemus, nunc optata libertate frueremur. Nimirum id tantum vos ſpectare voluit, quod ad hoc judicium nihil attinebat. Neque enim hoc in quaeſtionem venit, quam miſera ſit tyrannis, quam optanda libertas. Sed de illo cognoſcitis, Judices, quum libertas huic urbi ſit reſtituta, quanta hinc laudis portio hujus virtuti debeatur, & an id quod eventu cum hujus facto conjunctum eſt, idem cum ejus merito conjunctum videri oporteat. Relegam autem eadem veſtigia, quibus ipſe in cauſſam ingreſſus eſt, quod equidem refellendi genus ſimpliciſſimum eſſe puto, ſequarque partes illas, quibus iſte rem ſecuit, id nimirum agens, ut quemadmodum ingenioſi convivatores iiſdem carnibus alio atque alio modo coquendis condiendiſque efficiunt, ut multa opſoniorum genera videantur, itidem iſte nobis ex unico homicidio multa faciat tyrannicidia. Repetam igitur ordine gradus illos, quibus iſte facinus ſuum ſibi viſus eſt mirifice attollere, & in quibus identidem reſtitabat. Quod ſi me deturbante, vel in uno quolibet conſiſtere poterit: tum ipſe ſeſe victorem pronuntiet licebit. Quot tyrannicidia, inquit, quot praemia? Primum quod volui, deinde quod conatus ſum. Tum autem quod filium occidi plus quam tyrannum. Poſtremo, quod pater ob mortem hujus ſibi necem conſcivit. Principio quod voluit, Judices, quis non levius eſſe videat, quam ut ſit refellendum? niſi quod iſte tanta voce intonabat, toties inculcabat, quod tyrannum voluiſſet occidere, atque id (ut nihil jam accideret) tamen praemio dignum aſſeverabat. Quid autem tam ridiculum, quam nudæ voluntatis praemium a lege flagitare? quæ adeo nihil ad ſe pertinere putat, quid veſint aut in animo ſtatuant homines, ut neque poenam irrogent, ſi quid velis modo perperam, neque praemium oſtendant, ſi quid officioſe velis: verum id unumquemque voluiſſe interpretantur, quod nulla vi coactus effecerit. Ergone, inquies, non magna facti pars eſt voluiſſe, quod quidem arduis in rebus vel ſolum ſufficere ſolet? Recte ſane. Sed apud Deos modo: quippe quibus ſolis perſpicuum eſt, quid nolis aut velis, ab his praemium expectandum, ſi quid praeclarum animo conceperis. Lex hominum vices agit: & quid in obſcuris illis ſinuoſi cordis ſpecubus mortales agitent, adeo ſua referre nihil putat: ut non di-

dicam abdita aut ſuſpicioſa, ſed ne ea quidem admittat, quæ populari ſunt opinione famaque jactata. Poſtremo, ut non niſi comperta recipiat, non audiat niſi quæ ſunt certiſſimis argumentis deprehenſa, probata, evicta. Cedo, quod eſt facinus tam nefarium, cujus ſimplex voluntas in crimen unquam eſt vocata? Iſta judicia Æaci, Rhadamanthique tribunalibus ſervantur. Hic mihi non quid volueris, ſed quid feceris, adferto. Quod ſi nulla lex ulli flagitio ſupplicium minatur, quod in animo ſtatueris, quæ tandem eſt impudentia, pro merito quod praeſtare volueris duntaxat, perinde quaſi praeſtiteris, a lege quaſi praemium poſtulare? Quæ quidem quum ad id unum ſit comparata, ut maleficia vel deterreat, vel coërceat, multoque magis ad ejus partes pertineat, nocentibus irrogare poenam, quam bene merentibus largiri praemia (id quod mox copioſius demonſtrabimus) poſteaquam in criminibus non accipit intimulationem meræ voluntatis, quaeſo te, in petendis praemiis oſtentationem voluntatis admittet? Quis autem eſt civium vel quantum libet ignavus, qui non velit tyrannum occidere, ſi tuto liceat? Quis non vel leno, ſaltem emolumenti cauſa velit? Denique quis non facile ſimulare poſſit voluiſſe ſe: videlicet quo praemium gratis auferat? Vis itaque dicam, quantum hoc totum habeat momenti, voluiſſe occidere? Nempe perinde eſt, quaſi te ſomniaris occidiſſe. Par pari penſari convenit. Qui praeſtitit beneficium, ei lex beneficium rependit: atqui bene voluit tantum, ei quid debetur, niſi ut viciſſim bene velit reſp.? I nunc, & hoc in gradu nos jube conſiſtere. Rem tam eximiam, inquis, animo verſavi, ſtatui, decrevi: an praemium negabitis? Non fraudaberis praemio, ſi iſthoc nomine poſtules; verum illud interim praemii feres, velut homo nimium perfrictæ frontis, irriſus, exploſus, exſibilatus diſcedes, quem non puduerit id a lege poſtulare, quod ne leno quidem auſit a quoquam petere, ut rem pro voluntate auferat; nemo tam vecors qui concedat, ut voluntatem neſcio quam, hoc eſt, minus quam verba pretio redimat. At non volui tantum, inquis: verum & periclitatus ſum, aſcendi, ſubmovi ſatellites. Primum iſthuc tu quidem conſulte facis, quod de gradu illo deſiliiſti, in quo nimis profecto incommode ſtabas, quanquam ne in hoc quidem multo commodius conſtiteris. Nam etiam ſi paulo minus abſurdum videatur, haud ita multo minus impudens tamen eſt, quum lex palam praemium decernat ei, qui factum praeſtiterit, te, quod conatus modo ſis, praemium poſcere. Ergo ne hoc quidem juris erit apud te legibus, quod per illas eſt civi privato cum cive privato? Age, quid ſi quis civium tecum iniiſſet contractum, ita ut ille pecuniam ſtipulatus, tu conditionem pactus eſſes, mirum ni ſuo uterque periculo, atque is nondum praeſtita conditione, nummos his verbis abs te petat: Cedo mercedem, conatus ſum, tentavi, adniſus ſum: an non protinus impudenti homini reſpondebis: Cedo conditionem; Nam de tuo conatu quid mea refert? Quandoquidem effectum abs te pactus ſum, non conatum. Puta totidem verbis tibi nunc reſpondere legem: Agnoſco contractum, non muto pacta: debeo praemium, ſed ſi tu conditionem praeſtitiſti, ſi tyrannum occidiſti. Verbis aut obligantur, aut abſolvuntur homines. Si conato pollicita ſum praemium, non gravabor dare: ſin ei qui facinus peregiſſet, quod tandem jus eſt referre quod eſt ſtipulatus, me non ferre quod ſum pacta? In privatis ac minutis contractibus nemo tam improbus invenitur, ut lucrum conditione promiſſum poſtulet, non praeſtita conditione, nemo tam ſtultus ut det, ſi quis poſtulet: & tu a Rep. maximum omnium praemium poſtulas, quod conatus modo ſis? Nihil mihi, niſi nugas adfers, donec illud unum audiam, quod te praeſtare oportebat. Volui, inquis, aſcendi, perrupi cuſtodias, ſubmovi ſatellites, quantulum jam eſt illud quod ſupereſt? Quid adhuc deſideras? Nempe nihil in te deſidero praeter illud, cui ſoli debebatur praemium. An non intellexiſti in iſtiusmodi contractibus duplex eſſe periculum: quorum alterum ad hunc tantum, alterum ad illum proprie pertineat: videlicet perſolvendæ mercedis, & praeſtandæ conditionis? Ego meo periculo praemii dependendi onus recipio, neque tua referre putes, neque refert, quam anguſta mihi res, unde corradendum quod debeam precium. Tu itidem conditionem tuo ſuſcipis periculo, neque mea quicquam intereſt, quo ſudore, quo periculo ſit ea tibi praeſtanda. Totam iſtam curam, totum hoc negotium tibi relinquo. Quod ſi ego jam praeſtita abs te conditione commemorem tibi, in agris meis male proveniſſe ſegetes, merces naufragio periiſſe, nihil avelli a malis debitoribus, non ſine gravi diſpendio conflari poſſe pecuniam, quam tibi debeam, dic, obſecro, nonne nugas agere me dices, negans horum quicquam ad te pertinere? Hoc uno modo poſſe ſatis fieri tibi, ſi pecunia numeretur. Neque quisquam eſt judex tam iniquus, quin te tuo uti jure fateatur. Et mihi pulchre ſatisfactum exiſtimas, ſi tu mihi tragoediam adferas, quantum adieris periculi, quantum ſudorum, quantum vigiliarum exhauſeris, dum ſtudes praeſtare conditionem? Res eſt (mihi crede) calumnioſior, ſcrupuloſiorque, quam ut legibus tam occupatis conveniat, alienam expendere voluntatem, alienos penſiculari conatus: quorum ſuos quisque nimio ſolet aeſtimare, non ſuos difficile eſt ad amuſſim perpendere. At facti facilis eſt aeſtimatio. Proinde ea in legis cognitionem cadit: hinc reliqua omnia conſuevit metiri. Tametſi non piget interdum aequi bonique rationem habere. Verum in his litibus, quæ de vetere illa formula pendent, inter bonos bene agier oportet: at in contractibus, quæ neque vi, neque dolo coïerunt, quid eſt quod a praeſcripto recedatur, niſi quis velit omnino a pactis diſcedere? Quid vis? Circumſpice, & ſi potes usquam invenire exemplum, non nego praemium. Saepenumero pugilum in Olympicis, ſaepe in certamine ſpectator (opinor) ſediſti. Cedo, num quando vidiſti quenquam tam impudentem, qui palmam ſibi hoc nomine vendicaret, quod ſtrenue certaſſet? Non arbitror, atque id in re pene ludicra, certe ad voluptatem comparata. Et tu in tam ſerio omniumque ſplendidiſſimo negotio id tibi poſtulas, quod in ſcenicis illis pudeat vel impudentiſſimum [illegible]? Age quoties & illud vidiſti evenire, ut qui ſeſe fortiſſime doctiſſimeque geſſiſſet in c[illegible] praemio longiſſ.

giſſime abeſſet, & ignaviſſimo faveret eventus? Habeat ille ſane, quod cauſetur, excidiſſe habenas, conſternatum equum, fractam rotam, jactet ſe vel arte, vel viribus tanto praecellentiorem, quanto Therſitæ praeſtitit Achilles, niſi metam prior attigerit, profecto poſtulandi praemii jus nullum habebit, fortunam ſuam incuſare licebit. Caeterum Agonothetæ non indignabitur: propterea quod hoc animo in certamen deſcenderit, ut ejus uteretur conditione, id eſt, ita demum praemium ferret, ſi virtuti fortuna favente viciſſet. Alioqui ſi conatui, non tantum effectui praemium deberetur, tot palmis eſſet opus, quot in Olympicum certamen veniſſent. Quamquam in hujusmodi ludis, qui ſolemnitatis voluptatisque gratia proponuntur, fit interdum, ut victis quoque praemia ſtatuantur, non honoris, ſed ſolatii gratia: verum ſeriis in rebus, atque adeo periculoſis, quaenam, obſecro lex unquam mercedem ſtatuit, niſi ſi quis facinus peregiſſet: & ita peregiſſet, ut omnes numeros implerit? A quo tu quantum abſis, mox audies: nam nunc de conatu tantum agimus. Lex igitur civicam promittit coronam ei, qui civem in bello ſervarit. Quis unquam ad hunc honorem vel aſpiravit, quod ſe telis objecerit, quod non ſine multis vulneribus diſceſſerit? Profecto niſi cive ſervato, nemo civicam petit. Quis unquam his verbis muralem petiit: Acriter contendi, Judices, ut moenia ſuperarem. Omnia feci, ſed depulſus ſum? Quantumlibet eniſus ſit, niſi conſcenſo muro, nemo tam inverecundus eſt, ut muralem coronam ſibi deberi dicat. Obſidionalem nemo flagitat, niſi depulſa obſidione. Poſtremo nullus honos petitur, niſi ab eo qui id effecerit, ad quod honor invitat. Qui navim in tempeſtate deſertam ad littus perduxerit, huic ex lege vendicatio eſt earum rerum, quæ navi vehebantur. Quorſum attinet hic tuam jactare peritiam, ſudores, pericula, conatus? Nihil non feceris, quo navem in tutum reduceres, ſed victus tempeſtate deſeruiſti, audebis quicquam ex his quæ ſunt in navi, tibi vendicare? Aut ſi auſis, futurum ſperas, ut quisquam te vel pilum ſinat attingere? Non opinor. Si quis unquam ovationem, ſupplicationem, triumphum obtinuit, quod ad victoriam omnibus nervis eſſet eniſus, quod gnaviter ſe geſſerit in bello, niſi ſuperior diſceſſerit, niſi praeſcriptum a lege numerum hoſtium fuderit, aude & tu tibi praemium promittere, quod tyrannicidium ſis aggreſſus. Quod ſi nemini hominum memoria contigit, deſine tibi nova ſpe blandiri, deſine inaudito exemplo poſtulare, quod ſperare ſit improbiſſimum, dare poſtulanti ſtultiſſimum. Noli nobis commemorare, quanto capitis periculo murum arcis conſcenderis, qua virtute ſatellitium tyrannicum perruperis, alios depuleris, alios occideris: quorum maximam partem tibi liberum eſt fingere. Ad obtinendum tyrannicidæ praemium, duobus duntaxat verbis eſt opus, tyrannum occidi. Quantumvis conatum exaggeres, alleves, attollas, non niſi tyrannicidæ debetur praemium. Alioqui quid dices, ſi eodem illo die, quo tu arcem conſcendiſti, permulti pariter aggreſſi, ſua quisque virtute freti: quorum nemo tamen tyrannum intereniſſet: utrum omnes tyrannicidæ praemio potientur ex aequo, nempe quia conati? Age quid ſi multis ſtrenue rem aggreſſis, uni cuipiam, qui ſit omnium ignaviſſimus (ut non ſemper virtuti reſpondet fortuna) eum contingat interficere, an non praeteritis reliquis hic unus honorem auferet? Quamobrem tandem? Non quia plus adierit periculi, ſed quoniam id confecit, cui lex honorem decrevit. Hic tu fortaſſe rurſus incipies deplorare, fruſtra ſumptam operam, negabis aequum eſſe virtutis egregios conatus merito fraudari praemio, niſi fortunæ ſuffragio adjuventur. Sed quæ tandem poteſt eſſe iniqua conditio, quam nemo compellitur accipere, niſi cui cordi ſit? Quantumlibet iniqua conditio proponitur, eam nimirum facit aequiſſimam, quisquis ſuapte ſponte recipit. In aleæ ludo (ſi fas eſt hoc exemplum conferre) quid iniquius, quam vel ſummum artificem ab imperitiſſimo ſuperari, ſi modo jactus commode cadat? Atque id adeo nemo tanquam iniquum cauſatur: propterea quod, cui luſus hujus lex non probatur, ei liberum erat non ſuſcipere. Itaque lex quid praeſtari velit, id palam atque in medio proponit: Quid abs te praeſtari poſſit, id tibi relinquit expendendum. Illa nihil mavult, quam ut res quam optime cadat: quod ſi, poſteaquam nihil jam intentatum reliqueris, quo minus effeceris, per fortunam ſtetit, intelligis (opinor) nihil habere te, quod legi ſuccenſeas. Fortunam, ſi ita lubet, in jus voca, cum lege nihil tibi rei: quæ ut nihil promittit, ita nihil debet, niſi praeſtanti. Neque vero exiſtimemus, Judices, iſtud a majoribus qui hanc legem tulerunt, ſine ſumma ratione fuiſſe factum, ut conato praemium non eſſe ſtatuendum putarint: videlicet illud caverunt, non tantum ne ancipites iſtas & inexplicabiles hujusmodi de conatu lites invitarent, verumetiam quod intelligerent, tyrannicidii conatum non poſſe, niſi ſummo civitatis periculo ſuſcipi. Unde futurum proſpiciebant, ut ſi conatui praemium ſtatuiſſent, temeritate conantium reſp. ſubverteretur potius quam reſtitueretur. Etenim tyrannis quid aliud eſt quam grave capitaleque civitatis ulcus? huic ſi quis medeatur, ei merces digna propoſita eſt, quam ita demum ferat, ſi remedium praeſentaneum attulerit. Verum huic malo neminem oportet admoliri manum, niſi certum artificem, qui ſua diligentia peritiaque fretus, non ſinat hoc licere fortunæ, ut dum ipſe ſalutem dare conatur, illa vitam penitus eripiat. Quid? utrum tu igitur in ejusmodi diſcrimine conatum praemio judicas invitandum eſſe: an potius poena deterrendum, niſi quod conatus eſt quispiam, idem praeſtiterit? Nec illud te ſublevat, quod mihi videbare ratiocinando colligere, quum lex in maleficiis poenam irroget ſimplici ſceleris molitioni, par eſſe, ut multo magis in benefactis conatus habeat rationem: nam oportere legem multo propenſiorem videri ad compenſandam virtutem quam ad retaliandam culpam. Atque vide, quam hic tota erras via. Principio non animadvertis, hoc tyrannicidii facinus toto genere a reliquis diſcedere, propterea quod aliorum molitio cum privato molientis periculo modo conjuncta eſt: hujus cum publico reipub. diſcrimine copulata, ut temere moliri tyrannicidium nihil aliud ſit, quam temeritate privata rem omnium

prodere. Deinde lex nec in quovis crimine, nec qualemcunque conatum in quaeſtionem venire ſinit, verum in paucis duntaxat, quae vel propter inſignem atrocitatem hoc odii merentur, vel ejusmodi ſunt, ut prius exitium adferant, quam conatus dent ſignificationem: quod genus parricidium, veneficium, proditio. Poſtremo non vides, nihil eſſe ſimile, totaque natura rationeque diſcrepare, poenae legitimam irrogationem, & honoris largitionem. Nam alterum quidem proprie legum munus, alterum quaſi quaedam de jure conceſſio, legisque candor (ut ita dixerim) quidam eſt. Hoc ita habere ſic demum intelliges, ſi reputes, quam multa ſint quae lex jubeat, addita poena, ni pareas: quam multa item vetet, niſi obtemperaris, ſupplicium minitans: contra, vix unum atque alterum eſſe, ad quae praemio ſollicitet. Quaedam enim ejusmodi ſunt, ut durum ac ſervile videatur ad ea metu mali adigi: quo de genere ſunt, uxorem ducere, operam dare liberis. Hic lex nimirum urbanius ac verecundius tecum agit, patris, non magiſtratus ſumit habitum, precio ad id invitat, quod alioqui gratuito te praeſtare decebat. Rurſus alia, tametſi id genus ſunt, ut a quovis non improbo cive praeſtari velle oporteat, tamen & fortiora videntur, quam ut a multis praeſtari queant: & periculoſiora, quam ut multi velint ſuſcipere: nam inhumanum videtur, cuiquam vitae ſuae contemptum imperare: ad haec igitur praemio animat, qualique calcar addit virtuti. Proinde non oportet hanc legum indulgentiam longius trahere, quam ad quae ſemet ipſa adſtringit. Nec mirandum eſt, ſi attentior, ſi vigilantior, ſi exactior eſt in proprio naturalique munere ſuo, quam in eo in quo pro temporis ratione in alienas partes deſcendit. Huic adſtipulatur illud, quod novis etiam criminibus exemplum, aut novum nova lege ſolet inſtitui, aut a ſimili lege mutuo ſumi. Neque tamen idem fieri conſuevit, ſi quis quid novi facinoris cum laude patravit, ut praemium a ſimili conſtitutione decernatur: niſi lex extet, quae nominatim honorem ſtatuat ejus facto, quod roget, vix habebit: quod poſtulet, haudquaquam. Cur enim legi neceſſe ſit paſſim civium ſuorum officium mercede redimere? Quandoquidem ne ſit impunita improbitas, id publicitus omnium refert: at probus eſſe nemo gratis poteſt. Quid autem eſt quod non vel gratus patriae debeat civis? Cui ſi vel animam impenderis, quid mirandum, ſi quod acceperas, id reſtituis? Ut ſupplicio dignus ſis, niſi parenti pietatis officium perſolvas, non praemium illico tibi debeatur, ſi perſolvas. Itidem, ſi quid in leges committas, non potes effugere ſupplicium: at non ſtatim illae tibi praemium debiturae ſint, ſi quid cum officio feceris. Nam ſi cives omnes ſeſe in officio continerent, ne opus quidem eſſet ullis legibus: quippe quae non ad bonos mores comparatae, ſed malis e moribus natae ſunt, id quod vere vulgo dictitant, ac pharmaci vice funguntur. Finge itaque nullas eſſe leges, quemadmodum de aureo Saturni ſeculo fabulantur poëtae, ſuo quemque ſponte fungi officio: an tu hic clamabis perire benefacta, quod nulla lex praemium decernat? Uti lex non minatur niſi improbis, ita non pollicetur optimis civibus. Quorſum enim opus promiſſo, quum virtus abſoluta abunde ſe ipſa contenta ſit? Proinde petere quod illa non ſit pollicita, profecto plus quam impudentiſſimum eſt: improbe flagitare, quod ea candide civiliterque promiſerit, civis eſt probitatis non ſatis ſpectatae. Tu quid merueris, paulo poſt excutietur: interim finge ſane, praecipuam quandam utilitatem attuliſſe, cui tamen ex lege praemium non debeatur. Utrum protinus clamitabis infrugiferum fuiſſe officium, civitatem in jus vocabis, plebem ingratam vociferabere, minitabere judicibus, niſi tibi mercedem ex animi tui ſententia decernant? An potius ipſam virtutem abunde magnum ſui praemium judicabis? Oblectabis te conſcientia recti. Hunc eſſe maximum fructum officii duces, quod de aliis citra tuum emolumentum benemerendo ad deorum benignitatem videaris accedere? Nimirum haec tibi futura ſunt ſatis, ſi modo civis ſis optimus. Quod ſi non contentus iſtis, aliud adhuc neſcio quod praemium deſideres, certe maximo proximum eſt gloria: hoc tu jam propemodum tuliſti. Quanto metiris precio, volitare per ora mortalium, celebrari, laudari, digitis notari mille, oculos omnium in te conjectos circumferre? Iſta, inquam, vel maxima praemii pars: nam pecunia ſane quam exiguum momentum adfert. Tu conatus duntaxat es, permagna portio, vel caput potius ipſum tuo deeſt facinori. At cum interim his rebus frueris, dum non occiſo, tamen velut tyrannicida celebraris, quaeſo te, quantula pars abeſt e tuo praemio quod laturus eras, etiamſi tyrannum occidiſſes? Poſtremo iſthuc ipſum praemium, pene dixerim, invidendum mihi videtur, quod jam tibi licuit toties Reip. tyrannicidium imputare, quod in celebri judicio tibi contigit honeſtiſſimum praemium flagitare, & in tam frequenti theatro ſpectante rep. magnificam iſtam tuam tragoediam peragere. Mihi videtur, Judices, beneficii tuliſſe gratiam, quisquis exprobrare beneficium potuit. Tu fortunae, tu deorum munus imputas civitati, & ſunt fortaſſis qui tibi libertatem acceptam ferant. An haec tanta praemia contemnis? Quae vel vero tyrannicidae ſufficere debuerant, niſi lex maluiſſet praemio conatum ab effectu diſtinguere. Quamquam nullum me hercle praemium magis congruit ei, qui tyrannum conatus ſit occidere, nec occiderit, quam ut illi contingat tyrannicidae praemium ſperare, nec ferre tamen. Hiccine erat ille gradus, in quo nos tecum commorari jubebas? Quanquam hoc nomine tuus conatus minus promeretur praemium, quod aliorum propoſita fortuna modo defuit, tibi voluntas, ut ais. Effeciſti quod voluiſti: id quod erat neceſſe, nec feciſti, nec voluiſti. Sed jamdudum alium gradum (ut video) circumſpectas, in quem te recipias: nam in hoc quam citra omnem praemii ſpem conſiſtas, intelligis. Age ſequemur te per omnia, & aliunde alio fugitantem perſequemur, nec usquam ſinemus conſiſtere. Atqui non tantum aggreſſus ſum, inquis, verumetiam occidi, nempe filium: atque id facinus in duo ſecas tyrannicidia, & quod filium ſuſtuleris priusquam tyrannum, tum tyrannidis ſucceſſorem: & quod paraſti, necato filio, mortis cauſam miniſtraſti. De illo

mox:

mox: nunc hoc cujusmodi ſit inſpiciamus. Parentem ais abs te, jugulato filio, eadem occiſum opera: negas enim referre, qua via peremeris, modo ſuſtuleris: imo ſplendidius iſthuc videri vis, quod tuo quidem enſe, verum ipſius dextera ſit interemptus. Haec tam honeſta, Judices, oratio poſſit parum attentum fallere, praeſertim hoc rem fucis illis ſuis & phaleris venditante, dum nobis ob oculos ponit validum illum florentemque juvenem, ſic patri adamatum, crebris vulneribus confoſſum: parentem ſenem miſerum, illi circumfuſum, eodem exanimatum enſe, ſanguinem utriusque inter ſe confuſum. Iſta quidem dictu ſplendida, ſed quid ad tuam cauſſam attinent? Nemo tam caecus qui non videat, nemo tam effrons qui neget, ſpectaculum illud multo omnium jucundiſſimum extitiſſe civitati, quum ſenem tyrannum juveni videret incumbentem, exanimem exanimi, & in altero gauderet ſeſe levatum malis praeteritis, in altero futurorum metu. Haęc quum per ſe maxima, quum Reip. ſint gratiſſima, quid attinet verbis exaggerare? Illud unum in hoc judicio vertitur, utrum tibi acceptum ferri oporteat, quod pater ſine controverſia tyrannus occiſus eſt, an fortunæ, ſuperumque dexteritati. Quod enim tuo gladio peremptus eſt, id vero quam eſt futile nihilique. Quid ſi tuo gladio ab eo qui eum utendum abs te rogaſſet, tyrannus eſſet necatus, num tu protinus tyrannicidæ praemium petitum venires? Lex occiſori pollicetur honorem: tu eum jugulaſti, de quo certe controverſum eſſe poterat, tyranni nomine cenſendus eſſet, nec ne: eum de quo nihil erat dubitationis, reliquiſti. Si prudens, prudens excidiſti a praemio: ſin metu, multo minus etiam cauſſæ eſt poſtulandi muneris. Verum illud tute vehementer urgebas, uti prudens volensque reliquiſſe viderere. Sed quod tandem erat iſtud tuum conſilium, quum tibi ſic in manu eſſet, non toto metu liberare Remp. ſed ultorem tui facinoris, & verum certumque tyrannum relinquere? intelligebas (ut ais) omne negotium confectum extincto juvene, propterea quod modis omnibus futurum praeſcires, ut ſenex illico ſibimet eodem gladio necem conſciſceret. Videte, Judices, in manifeſtiſſimo mendacio qua rima conatur elabi: niſi divinandi ſcientiam commentus fuiſſet, non poterat hinc explicare ſeſe. Siquidem haec vel augur, vel haruſpex, vel vates diceres, fortaſſe nonnullos invenires, qui iſta praedicanti fidem eſſent habituri. Nunc quid impudentius? Quid vanius? Quid veri diſſimilius, quam aſſeverare, id certum praeſciſſe te, quod tale ſit, ut quivis alius exitus potius fuerit expectandus? An conjecturis es aſſequutus, id eventurum quod evenit? At quid aliud effici conjecturis poterat, niſi ut vel ſperares, vel ſuſpicarere? Porro in re tam ancipiti, quæ dementia erat ſpem incertam ſequi, diſcrimen certum negligere? Sed audiamus obſecro certas illas conjecturas, quibus hic noſter vates praeſenſit inopinatum omnibus exitum. Jam aetate feſſus erat, inquis, jam viribus defectus, nec obtineri jam autumabat poſſe tyrannidem adempto filio. Tum indulgentius amabat, quam ut filio vellet eſſe ſuperſtes. Nonne ſentis haec adeo non eſſe naturæ rerum conſentanea, ut jam omnibus videantur eſſe confutata, vel priusquam refellantur? Utrum ſeni mentem ullam fuiſſe putas, an non putas? Si non putas, fieri potuit, ut illi tutum videretur, quod neutiquam erat tutum; atque ita protinus toto falleris augurio: ſin putas ſapuiſſe, cur erat quod usque adeo diffideret? Quaſi vero tyrannis viribus duntaxat unius hominis, ac non multo magis ingenio, verſutia, calliditate, largitione, crudelitateque contineatur, quæ omnia ſi magis in ſenem quam in adoleſcentem competunt, cur tu in diverſum torques augurium? An non illa aetas uſu rerum callentior eſt? An non altius diſſimulat? An non cavet diligentius? An non proſpicit oculatius? Iraſcitur implacabilius? Tenacius injuriæ meminit? Meliusque in longinquum conſulit? His ſolis rebus imperium tyrannicum adminiſtratur. In militiæ duce quantulum eſt illud momentum, quod corporis vires adferunt? At in tyrannide profecto multo minus. Cur magis illum terreret ademptus filius, quam extinctus ſatelles quispiam audacior? Quum arx ſupereſſet approbe munita, ſupereſſent opes, arma, ſatellitum ingens agmen, tot in civitate factioſi potentesque, qui non ſolum tyranni partes adjuvabant, verum etiam tyrannos agebant: quos equidem ſpero nunc nobis non eſſe metuendos (nolim enim infauſta ominari) at ita tamen, ne nimium ſecure negligantur. Usque adeone ſenem cruda viridique (quod omnes norunt) ſenecta callidum, animoſum, ambitioſum, non ſtultum, una filii mors conſternavit, ut rebus deſperatis protinus e vita ſibi migrandum duxerit? Praeſertim quum ille patris dominatum nihilo reddiderit tutiorem, ſed multo invidioſiorem, idque ob libidinem, atque aetatis inſolentiam temeritatemque, adeo ut expedierit propemodum illi ad ſtabiliendam tyrannidem, filium è medio tolli. Etenim quo propius ad juſti regni ſpeciem acceſſerit tyrannis, hoc minus eſt invidiæ obnoxia, magisque tuta. Juvenis ille ſolum hoc augebat, quod maxime tyrannos ſolet evertere. Vera illa tyrannidis munimenta in callidi ſenis pectore erant collocata. Sed tenerius adamabat filium, quam ut defuncto poſſet ſupereſſe. De matercula quapiam privata loqueris, an de viro ſene, callido, crudeli, denique tyranno? Quid ego, Judices, in eo ſermone argumentis coarguendo ſumam operam, quem ipſa natura, quem mos, quem communis omnium ſenſus repudiat? Quis unquam iſthuc audivit? Tyrannum usque adeo pio in liberos fuiſſe animo, ut non dicam commori voluerit, ſed convivere commode quiverit? Credite mihi, privatorum iſti ſunt affectus, Tyrannus neque quid natura, neque quid pietas, neque omnino quid ſit officium novit. Exuit haec omnia, ſimulatque tyrannum induit. Omnia commodis, omnia metu, omnia neceſſitate metitur. Solos hos amat (ſi quos tamen ille amat, qui vel Deos ipſos odit) quos aut metuit, & tollere nondum expedit, aut quorum opera miniſterioque ad fulciendum imperium indiget. Quod ſi ullos ille poſſet amare, ſimiles certe ſui diligeret, impios, violentos, rapaces, ſceleſtos, quando nihil ad conciliandam charitatem efficacius morum ſimilitudine. Atqui ne improbi quidem illi chari ſunt, niſi

qua-

quatenus adjuvant, adeo ut praepoſterum, vel perverſum potius quendam Stoïcum tyrannus exprimat. Neque enim quiſquam tam Stoïcus fuit, ut aeque vacarit omnibus affectibus, atque tyrannus: hoc modo illos diſcernit, quod philoſophus honeſto metitur ſua conſilia, hic commodo. An ille ullum pietatis igniculum in quenquam mortalium ſentire potuit, qui in patriam vitæ parentem altricemque, qui in coelites omnium bonorum autores tam ſit impius, ut illam crudeliſſima opprimat ſervitute, horum fana deſpoliet, jura contemnat? Verum ut largiamur tibi nonnihil, ſinamusque te privatos affectus in tyrannicum pectus, hoc eſt, ignem in flumen transferre, an tandem perſuadebis illud, usque adeo indulgenter illum adamaſſe filium, usque adeo in eum omnes vitæ ſuæ ſpes, voluptates, opesque ſemel contuliſſe, ut illo ſublato, ne minimam quidem vitæ cauſam ſibi reliquam eſſe putaret? Repete, non dicam ex hac civitate, verum ex univerſo mortalium genere: non ex hoc ſeculo, ſed ab orbe condito, & ab ipſo (ſi vis) Promethei ſimulacro. Quotus quisque fuit pater, quota quaeque matercula, quæ ob liberorum necem ſibi fatum accerſiverit? Naturalis hic dolor, & quem nemo fere non modeſte ferat. Privatis parentibus vel indulgentiſſimis, muliercularum intemperantiſſimis affectibus mediocris luctus ſufficit, tyranni in filium charitati non niſi ſolam mortem ſatisfacturam eſſe tu Lynceus praevidebas? Age, hoc quoque tibi donamus, vicerit homo tyrannus privatorum in liberos pietatem, vicerit indulgentia materculas omneis: qui tibi compertum eſſe potuit, utro ſe dolor paternus inclinaret? In rabiem, an in deſperationem? Quo diligebat impotentius, hoc erat probabilius, ut ſenex natura ferus, civibus infenſus, vel maxime vellet eſſe ſuperſtes, vel ob id denique, quo veterem illam iram, nunc filii nece acerrime exaſperatam irritatamque, Reip. ſuppliciis ſaturaret. Quod ſi alias vitæ pertaeſum fuiſſet, haec nimirum una cauſſa poterat illum in vita retinere. Quid autem ſenili animo vindictæ cupidius? An neſcis quam impotentes aetas illa concipiat impetus, quo rapiatur aeſtu, quo flagrare ſoleat incendio, ſi quando atroci inſignique contumelia laceſſatur? Quæ vero potuit eſſe atrocior, quam filii caedes ſic amati, ut tu quidem ais? Haec nimirum quicquid in illo fuerit unquam crudelitatis, quicquid ſævitiæ, quicquid immanitatis: ſi qua ſanguinis ſitis, ſi qua ſuppliciorum fames, denique ſi quid tyrannicum, id omne ſemel de integro poterat excitare, quaſique renovare. Mitiora etiam animalia datæ orbitatis injuria, in rabiem ſolet agere: & tu in tyranno (quo nullum animal immitius) nihil tale metuendum eſſe certiſſimus augur exiſtimaſti, quod in Tigribus videmus evenire? Quod ſi tibi uni compertum erat, tyranno ſic in deliciis eſſe filium, quid igitur aliud tua fiebat opera, niſi ut ſæviſſima illa Tigris, rapto catulo, in rabiem verſa, in miſeram hanc civitatem dilaniandam diſcerpendamque inſiliret? Id ſi non evenit, magna Diis gratia, tibi magnum debetur malum: qui quantum ad te pertinet, tam diram beluam in noſtra capita fortunasque immiſeris. Elige nunc utrum malis, an verum fateri, nihil fuiſſe tyranno cum noſtris affectibus commune, an confingere ſic adamaſſe, ut matercularum quoque vicerit delicias. Certe neutro modo tua conſtabit divinatio: quæ niſi conſtiterit, non eſt quod ad ejus rei laudem aſpires, quæ fortunæ commoditate te imprudente evenerit. Poſtremo donemus & hoc tibi, ut praeſciveris, & certum praeſciveris, Deo videlicet quopiam te certiorem faciente (nam alioqui fieri nequaquam potuit) perinde eſt ac ſi non praeſcieris, quum praeſcientiæ tuæ fidem legi facere non poſſis. Profer quibus praedixeris id eventurum quod evenit: doce quis deorum quando iſthuc tibi praenunciarit, nihil habes quod dicas. Verum poſteaquam rem feliciter eveniſſe videres, tum demum poſt factum vates eſſe coepiſti, quemadmodum vulgo tum fieri, tum dici conſuevit, poſt eventum ſtultos etiam ſapere: & quo fortunæ beneficium verbis in te tranſmoveres, tragoediam iſtam nobis comminiſci coepiſti, cauſas reperiſti, quibus praeſciſſe videare. Sed Dii boni, quam non bonum poëtam te praeſtitiſti, qui tam inconſiſtentia, tam cum natura pugnantia finxeris, ſæviſſimum tyrannum ob pietatem erga filium ultro vitam fugiſſe: ob unius capitis necem tutum ſibi non putaſſe in vita commorari, quum omnia ſupereſſent quibus tyrannis & paratur & obtinetur, ſublato eo in quo omne tyrannidis praeſidium collocarat, repente rebus ſuis diffiſum ad inferos abiiſſe. Age, mitto nunc argumenta, haec omnia vera, non ficta credemus eſſe, tametſi ne fucum quidem ullum habent veri, ſi mihi ex omni hominum memoria vel unum tyrannum potes nominare, qui liberos ſuos ſic adamarit, ut non ſpadones ac pallacas longe praetulerit: qui ſic illis indulſerit, ut non ſuſpectos haberet obſervaretque: qui ſic illis ſit fiſus, ut non in barbaris quibusdam latronibus, ac ſervis ſtigmaticis plus quam in illis fiduciæ poſuerit. Ego tibi permultos referre poſſim, qui filios ſic oderint, ut vivos eſſe pati non poſſent; adeo metuerint, ut ne cibum quidem una capere vellent: adeo diffiderent, ut tum demum ſe tutos eſſe putarent, ſi quis illos è medio ſubmoviſſet. Nullus inutilior tyranni ſatelles quam filius. Ex extrema barbarie conductitios mavult ille ſicarios, fugitivos, homicidas, ſacrilegos: his vitam ſuam mavult committere, qui ſua patria frui non poſſint, & alienam evertere gaudeant, qui barbaricis ferinisque viribus antecellant, & gigantes illos impios referant: qui propter animi cupiditatem non difficile ad quidvis periculi ſuſcipiendum perducuntur, & propter ingenii feritatem a nullo facinore abhorrent. Hi ſunt idonei tyrannorum miniſtri, hi fiducia, munimentum, praeſidiumque tyrannidis multo tutiſſimum: hos ſi quis ademerit, cauſſam videatur dediſſe, cur rebus tyrannus diffidat. Nam filius qua tandem ratione dominatum ſuſtinebat: Ætate? At utilior aetas grandior: Robore? Unus erat: Prudentia? Magis ſapit ſenecta: Cuſtodiis quas obtinebat? At ſi adverſus patrem obtinebat, mors illius ſeni etiam optanda. Si patris nomine, quid niſi unus ſatelles ademptus erat? Nam cuſtodiæ quo deficerent, niſi ad eum cui al[illegible] erat futurus tyrannus amoto [illegible] no ſuſpecta, filius violentus [illegible]

quo

quod reliqui illi Barbari ſolo lucro contenti ſunt: Filius illud praemium ſpectat, tyrannidis ſucceſſionem. Nec ullus pietati locus, ubi mentem poſſidet dira regnandi libido. Ibi contemptis naturæ legibus, & filium horret pater, & patris interitum optat filius. Sed dicturus jamdudum neſcio quid: mane, praeſenti, nihil inexpugnatum omittam, urges. Niſi praeter modum adamavit filium, niſi diffiſus eſt, cur ſibi mortem conſcivit? Iſthuc vero merito demirandum, quippe quod praeter omnium, ac tuam etiam ſpem evenit. Verum ego nihil ad me pertinere puto, ut tibi rationem reddam, quid illi Dii in mentem immiſerint, ut ſibi vim adferret: hoc tantum evincere ſat eſt, te nullis conjecturis hunc exitum certo praeſcire potuiſſe, quantumlibet amarit filium: tametſi cauſa non admodum obſcura. Jam deorum ſi qui fuerunt huic infenſi Reip. iras diuturna noſtra calamitas ſatiaverat. Jam propitios noſtra vota, noſtra ſacra commoverant: aderat illud fatale tempus, quum impius ille ſenex Diis atque hominibus dignas admiſſorum poenas daturus erat. Jam aderant ultrices Erynnes, aderant Furiæ, facibus & hydris omnibus armatæ: hæ illi mentem ademerunt, hæ vanam formidinem incuſſerunt, hæ attonitum ad ſpontaneam ſui caedem impulerunt. Nihil minus arbitrabatur quam fugiſſe, qui filium peremerat, quam una caede contentum fore, qua quidem una in re jure potes gloriari, quod tyrannum vehementer feſelleris. Virum eſſe putabat, qui hoc facinus peregiſſet. Credebat eſſe talem, quales audierat eſſe ſolere tyrannus, qui magno ſuæ vitæ contemptu, tyranni caput impeterent: qui non adorirentur facinus, niſi ratione probe perſpecta, qua poſſent perficere. Hanc ſuſpicionem Pan ille, aut ſi quis alius eſt Deus, novis terriculis exagitabat. Arbitrabatur inſtare ſibi carnificem, ſenſit adeſſe neceſſitatem illam fatalem, quam nemini nocentium vitare licuit. Itaque quod hujus urbis pietati, quod deorum bonitati debetur, cur tu id *phaleratis dictis* in te transferre conaris? Ubi diſcrimen erat ſubeundum, ibi fugitabas: nunc ubi res praeter ſpem pulchre cecidit, tutumque putas, fortunæ laudem in te derivas. Sed finge diverſum exitum fuiſſe conſequutum, pone tyrannum ira percitum, paſſim cives ad exquiſita ſupplicia rapere, proſcribere, jugulare, in exilium agere, poſſeſſionibus exuere. Quid hic dices? Non ſines, opinor, eorum malorum cauſam in te tanquam in authorem referri, & fortunæ argumento culpam deprecaberis. Negabis tibi imputandum eſſe, ſi quid fortuito praeter propoſitum evenerit. At nunc nonne injurium eſt, quod boni, fortunæ commoditate, praeter ſpem evenit, id totum in te velut authorem velle traducere? Etenim te nihil expectaſſe minus, quam id quod evenit, vel ipſa res clamitat. Si hoc animo conſcendiſſes arcem, ut filium, non patrem occideres, credi poterat te talem quandam ſpem animo concepiſſe: nunc caſu neſcio an metu potius in juvenem incidiſti, & tum denique divina iſta mens & futurorum praeſaga, ſed quæ non niſi poſt eventum ſua prodat oracula, te corripuit. Quum eſſet fugiendum, ibi demum, Judices, in re tam tumultuoſa, ſecum velut ocioſus conſultare coepit, utrum ſenem ſua dextra dignum exiſtimaret, ibi demum praevidere coepit, fore ut pater ipſe ſibi manus adferret. Et quo commentum tam impudens, Judices, efficiat paulo probabilius, quæ nec vidit, nec videre potuit, ea perinde deſcripſit, nimirum (ut jactat) poëta, quaſi ſpectator aſtiterit, quid in mentem venerit tyranno, quid dixerit, quid fecerit, quomodo ferrum ſtrinxerit. Ejuſdem profecto impudentiæ fingere praeſciiſſe ſe, quod eſſet eventu conſequuturum, & quod non videris, id ita narrare, quaſi videris. Quanto melius tuo commento, id eſt, fabulæ ſua fides conſtitiſſet, ſi ita finxiſſes: te quum perempto juvene, ſtricto gladio ad ſenem ire deſtinaſſes, repente a tergo adfuiſſe Palladem illam Homericam, & jam euntem capillis revocaſſe te: vetuiſſe ne tam luculentum facinus ſenili caede obſcurares, ſeſe citra tuam operam curaturam, ut ille ſuapte manu, ſed tuo gladio peremptus, gloriæ tuæ nihil tenebrarum offunderet, ſed multum etiam adderet lucis: dehinc abditum te per rimam contemplatum, vel (quod eſt te dignius) repente Deam ſepiiſſe te nebula, ut tyrannicæ necis tutus & otioſus ſpectator aſſiſteres, nec prius illinc diſceſſiſſe, quam negotium omne confectum vidiſſes. Haec ſi confinxiſſes, paulo minus malum poëtam te praeſtitiſſes? Sed ocium, opinor, non ſuppetebat ad omnes fabulæ parteis commode tractandas, videlicet lucri cupiditate te protinus ad praemium poſtulandum rapiente. Nunc vel ipſa te prodit inconſtantia, figmentique coarguit. In arcem aſcendiſti, quo tyrannum occideres, neque tum praevidebas, quod ſole ipſo clarius videri vis. In medio negotio ſubito, neſcio quis Deus, oculos tibi reſtituit, ut videres futurum id quod accidit. Porro ſi veris fidem facere voluiſſes, narrare debueras, quemadmodum nocturnus explorator furtim arcem conſcenderis, in aedes clanculum irrepſeris, forte fortuna obvio nemine, non dicam ut tolleres aliquid, ſed ut experireris, ſi quod tuto facinus poſſes deſignare: haec molienti commodum faviſſe fortunam: itaque quum adoleſcentem ſolum atque incuſtoditum offendiſſes (ut eſt ea nimirum aetas ſecurior, periculique minus cogitans: praeterea diuturna tyrannis jam magnam metus partem exuerat) tum haud ſcio (ut mores illius erant) multo vino ſepultum, atque immodica libidine defeſſum, fortiter jugulaſſe ſcilicet, & ſomnum illi cum morte, id eſt, germanum (ut ait Homerus) cum germano conjunxiſſe: deinde ubi jam cardines procul ſtridere coepiſſent, exaudito videlicet morientis gemitu, ibi te metu exanimatum ita fugiſſe, ut non vacarit gladium è vulnere tollere, quem nec parricidæ, nec ſicarii ſolent relinquere, ne deprehendantur. Interea domi latitaſſe te, jamdudum de fuga cogitantem, & longinquas aliquas, ſemotasque mundi latebras animo circumſpectantem, in quibus abditus poſſes irritati patris ſaevitiam fallere. Jamque te ad ſpontaneum exilium accincto, repente in vulgus exiiſſe famam, liberam eſſe civitatem, tyrannum una cum filio jugulatum, reliquos metu fugiſſe, authorem ignorari facinoris. Ibi repente ad novam tuæ fabulæ cataſtrophen immutaſſe te animum, & qui prius de ſalute fueras ſollicitus, protinus ad praemii ſpem arrectum fuiſſe, lucrique aviditate, priuſquam

tibi ſatis eſſet excogitata ratio, qua totam hujus inopinati eventus laudem in te traduceres, proſiliſſe in medium: id quod vidimus, clamitaſſe tuum illum eſſe enſem, tuum facinus, non unum praemium tuæ virtuti fore ſatis. Haec nemo non credidiſſet, ſunt enim rerum naturæ conſentanea, uſu comprobata, omnium opinione recepta. At tu dum ſedulo quidem, ſed tamen parum ex arte, tuam nobis praeſcientiam niteris perſuadere, quam multa commiſceris, non dicam tota facie a vero diſtantia, verumetiam cum ſenſu communi, cum more, cum natura penitus pugnantia? Primum tyrannum tam materne filium adamaſſe, ut ſine eo vivere noluerit: ſic ob unius mortem metu fuiſſe conſternatum, ut in vita manere non ſit auſus: ſic illi toto pectore fiſum, ut ipſe nullas circum ſe cuſtodias haberet: adeo fracti animi fuiſſe, ut tam chari pignoris truculenta caede non potuerit ad ultionem inflammari, tam invalidum, ut tua dextra fuerit indignus, tam inermem, ut ni tu illi gladium reliquiſſes tuum, defuturum fuiſſet, quo ſe jugularet. Non vides quam non competat tam inſignis in tyrannum pietas, tam ſecura in eam aetatem fiducia, tantus metus in hominem, excepto filio, reliquis omnibus praeſidiis munitum, tanta conſternatio in hominem tot periculis exercitatiſſimum, tanta imbecillitas in iratum? Quid igitur erat, cur tu ſenem illum tantopere contempſeris, ut indignum habueris, qui tua iſta magnifica dextera jugularetur? Tune indignum judicabas quem occideres, quum eum Reſp. non putarit indignum quem formidaret, quem maximo ſuo cum dolore ferret. Non talem illum, Judices, non talem ſenſimus, ut cuiquam contemnendus videri debuerit. Neque tu eum unquam contempſiſti, niſi forte contemnere eſt, miſere formidare. Sciebas arcem armis refertam, ſciebas ſupereſſe ſatellites, quorum vel unus (ſi ſeni vires deerant) ſufficiebat jugulando tibi. Non ignorabas (id quod nemo noſtrum neſcit) quantum virium illi partim exercitatio, partim ingenii feritas etiam in illa ſenecta reliquerat. Tum non te fugiebat, frigidum illud ſenium ſic interdum acri dolore inflammari, ut juvenibus etiam validiſſimis ſaepenumero fuerit intolerandum, ſi quando ſolitum illud robur quod aetatis gelu velut obtorpuerat, magno aliquo animi motu recanduit. Quis autem tam invalidus eſt, ut non illi pudor, ira, dolor ingens vires ſuppeditet? Hoc erat videlicet cur tu filium quam patrem malueris occidere, quod illum inopinantem, inermem, dormientem fortuna objecit. Cum hoc pugnandum erat, armato, vallato, irato denique. Hoc erat cur gladium relinqueres, ratus ne tantiſper quidem morari tutum, dum reciperes, metuens videlicet ne tantillum ſarcinæ te redderet in fuga tardiorem. Reliquiſti invitus, quo tyranno prodi poſſes: ſed prodi maluiſti quam deprehendi. Neque ego nunc formidinem tuam accuſo, imo miror magis quod pedibus conſiſtere, quod fugere potueris, quum audires moveri tyrannicam familiam, ſtridere arma: intelligeres tibi non cum puero, ſed cum vigilantibus viris, accinctis, armatis, ſtrenuis, irritatis, denique cum rabioſo patre dimicandum eſſe: non quod illum usque adeo filii mors commoveret, ſed quod arbitraretur, & haud ſcio an vere ſe petitum fuiſſe, dexteram tuam erraſſe tantum in filio. I nunc & ſpera, non dicam hos Judices, viros omnium perſpicientiſſimos, ſed vel è media plebe quenquam eſſe tam mucoſis naribus, cui non ſuboleat, imo qui non plane odoretur, praeſentiatque totam hanc fabulam abs te confictam. Et quod poëtæ ſolent, quum haerent in explicando tragoediæ argumento, hanc veluti Deam divinationem arte quadam induxiſti, quo praeſenſionem tuam judicibus probares, ſine qua videbas praemium obtineri non poſſe. Sed occaſionem, inquit, miniſtravi paternæ mortis, qui gladium quo ſe feriret reliquerim: atque id ſolum non modo ſatis eſſe putat ad petendum praemium, verum etiam meritum eſſe, ut ipſe enſis inter arma deorum conſecretur, Dominus pro Deo praeſenti colatur. O hominem ſuavem, ſi has ſpes vere concepit: impudentem, ſi, quum non ſperet, poſtulat. Ita ne tyranno gladius erat defuturus, niſi tuum illum reliquiſſes? Tu in arcem arma, hoc eſt, in ſylvam ligna portanda putaſti? Niſi forte tuum illud ferrum magicis precaminibus erat imbutum, ut ultro ad mortis adegerit neceſſitatem: an vero nihil referre putas, quam praebeas occaſionem, quomodo, quo animo? Primum, gladium reliquiſti, quo nihil minus deeſt Tyranno: nunquam ferrum abeſt, non in cubili, non in triclinio, non in ſacris: reliquiſti metu trepidus. Tua quidem in re illud interim demiror, qua fronte eum gladium tuum auſis appellare, quem habueris pro derelicto. Metu, inquam, exanimatus reliquiſti, quem poſtea receptum optabas: reliquiſti rem ancipitem. Quid ſi tyrannus illum eundem enſem in civium jugulos diſtrinxiſſet? Quid ſi eodem lectos aliquot ex hujus urbis juventute adoleſcentes filio ſuo inferias mactaſſet? Si tyrannum occidiſti, quia tuo occiſus eſt gladio, & horum omnium indigna caedes ad te pertinebit: quippe cujus enſe peracta eſt. Id ſi non evenit, nihil ad te pertinet, nam anceps occaſio quam in partem cadat, id Diis in manu eſt: ſi bene verterit, nihil gratiæ debetur ei qui dedit imprudens: ſin male, temeritas imputatur. Neque enim culpa vacat, qui periculoſam miniſtrat occaſionem: quæ ſi feliciter, mirentur omnes: ſin infeliciter, merito accidiſſe dicant. At quanto probabilius erat, futurum ut tyrannus tuo enſe alios in uſus abuteretur. Scio me, judices, haec pluribus refellere verbis, quam neceſſe videatur, quippe tam frivola: verum id propoſitum eſt, nullum illius argumentum non excuſſum, non exagitatum, non revictum praetermittere. Quare quaeſo ne pigeat ita ut antehac feciſtis, patienter atque attente cognoſcere, dum hunc ab gradu firmiſſimo dejicio; hic ſibi vehementer fidebat, hunc acriter urgebat *locum*. Negabat vitari poſſe, quin praemium deberetur, quod patri necis cauſam miniſtraſſet, ſi non relicto gladio (nam hoc opinor argumentum jam habet pro derelicto) certe necato filio. Nam ita in legibus diſſertum ajebat, nihil intereſſe utrum manu ſua quis occidat, an mortis cauſam praebeat. Addebat, aequum eſſe, ut cum in maleficiis cauſam datam imputarent leges ad ſupplicium, multo magis idem ob

ſe-

ſervarent in benefactis ad praemium. Haec ajebat meminiſſe ſe in legibus eſſe diſputata, illud addens Thraſonicum, niſi ſibi diuturna ſervitus legum memoriam obliteraſſet. Non tu legum oblitus propter diutinam deſuetudinem, ſed nunquam quid ſibi velint leges inquiſiſſe videris. Bis enim hic erras, qui neque cauſæ datæ rationem, neque dantis animum diſcernas, id quod legibus traditum eſt, nec animadvertis longe diverſam eſſe rationem maleficii & beneficii imputandi. Quid ais, nove juris interpres? Itane ſatis eſſe judicas vel ad poenam, vel ad praemium, qualemcunque quomodocunque cauſam dediſſe? Nihil igitur refert, Hector an Ajacem occiderit manu, an gladium illum dederit, quo ſe poſtea confodit? Atqui hanc laudem nunquam ille ſibi vendicaſſet: tametſi probabile videri poterat, in eum uſum hoſti ab hoſte datum fuiſſe ferrum. Quin ergo fabros aerarios omnes vel ad poenam vocamus, vel ad praemium, quoties armis in eorum officina perfectis, aut jugulantur cives, aut ſervantur? Poſtremo cur hoc quod tu petis praemium, non enſis iſtius tui opifex petit potius? Tyrannus gladium erat habiturus, te non porrigente: tu porrigere non poteras, niſi hujus induſtria tibi miniſtraſſet. Age ſi telo inter venandum temere miſſo, forte tyrannum vicinum interfeciſſes, clamares tibi tyrannicidæ deberi praemium, an potius nihil tibi deberetur laudis, quod imprudens & inſcius jaculum torſiſſes? Imo in jus potius vocandus eſſes, qui miſſi teli temeritate civem (quod in te fuit) occideris: nam quod in tyrannum incidit, id nihil ad te. Quid ſi caupo vinum lene ac ſuave, quale Polyphemo dedit Ulyſſes, tyranno vendidiſſes, atque ille ejus dulcedine captus, avidius ſeſe ingurgitaſſet, eaque re concepta febri deceſſiſſet, auderes ne caupo, vini titulo tyrannicidæ praemium flagitare? At quis non te cum tua flagitatione, ut temulentum, vinoque madidum exploderet? Caeterum quanto frigidiore titulo nunc idem poſtulas? Utcunque conjecturis praecipi poterat: ut aetas vinoſa tam illicibili vino avidius, intemperantiusque frueretur, crapulam conſequeretur morbus, praeſertim in ſene: morbum mors, vulgo haec eveniunt. Tu eam tyranno mortis cauſam dediſti, cujus nullum extat in hominum memoria exemplum. Quis enim antehac ob filii necem ſibi manus intulit? Accedam propius. Finge te tyranni coquum eſſe: probe callere palatum domini, medicos interdicere cibum, quo tamen illi oppido quam lubens veſcatur: interminari morbum capitalem, ni temperet: id te non fugere, eum cibum tu arte tua, cupediiſque & condimentis magis ac magis illecebroſum reddis, conſequitur edentem morbus, quem praedixerant medici: emoritur tyrannus, liberatur civitas. Hiccine coquus è culina in forum proſiliens, & adhuc jure madens, fuligine niger, tyrannicidæ praemium poſtulabis? Mortarium, tonſillum, & ollas oſtentabis, arma ſcilicet quibus tyrannidem expugnaris? Non eris (opinor) tam impudens in ea cauſa, qua tamen iſta tua multo eſt abſurdior. Nam illi voluntas occidendi non defuit, probabilem praebuit cauſam. Tu nec in hoc jugulaſti filium, quo pater ultro vitam relinqueret, & cauſam dediſti, ad quidvis potius quam ad iſtud idoneam. Accipe exemplum tuo ſimilius, quam ovum ſit ovo (quod ajunt) ſimile. Quid ſi tyranni amicam, quam ille miſere ac perdite deperiiſſet, occidiſſes: eaque cognita re tyrannus ſibi vitam abrumperet, auderes ad praemium aſpirare? Auderes dicere, te certum praeſciſſe, fore ut tyrannus ſponte fugeret è vita? Certe quanquam plures amicas extinctas ſequuti ſunt, quam filios, nemo tamen tibi crederet, nemo tibi praemium decerneret, tuum factum periculoſum & anceps dicerent: omnes fortunæ gratias haberent, cujus commoditate res ea feliciter ceſſiſſet. Tibi abunde magnum praemium exiſtimarent, ſi commiſſi venia donatus diſcederes. Primum igitur diverſam imputandi maleficii, & adſcribendi beneficii rationem conveniet diſtinguere, deinde cauſſæ aequalitatem, poſtremo animum: atque ita demum liquebit, quid tibi lex debeat. Nam quod ajebas legem prolixiorem eſſe oportere ad reddendum praemium, quam ad infligendam poenam, id in privilegiis, quæ in exemplum non vocantur, fortaſſe locum habet: In jure communi longe ſecus eſt. Siquidem (uti ſuperius demonſtravimus) nulli nocenti lex non minatur poenam: paucis benefactis praemium oſtendit. Tum in maleficiis etiam conatum ſimplicem ſupplicio proſequitur: in benefactis ſemper exitum requirit. Nec mirum, nec iniquum, ſi lex eſt diligentior in eo negotio, ad quod unum eſt nata atque inſtituta, quam in eo, in quo temporis ratione tanquam alienas ſibi ſumit partes. Ergo in utroque communiter ſpectat, ut cauſa ſit idonea: deinde ut animus adſit, non tantum caſus. Hoc rurſum intereſt, quod in benefactis nec cauſa idonea, nec animus idoneus ſatisfacit legi, niſi his acceſſerit eventus item idoneus. In malefactis, ſi quid nocendi animo tentes, non expenditur nec eventus, nec cauſa: ſed ex animo factum tuum lex metitur. Sic enim judicat, tibi nihil ad ſcelus defuiſſe praeter fortunam: qua te ſublevari, quod tandem jus ſit? In eventu ſimul & cauſam datam, & animum expendit. Si animum vitioſum comperit, nihil moratur cauſam, quam ſit idonea, putat animum & eventum ad poenam commerendam ſufficere. Sin animo ſimplici data eſt cauſa mali idonea, & non conſequitur eventus: lex quaſi connivet ad id, & non putat ad ſuam cognitionem magnopere pertinere. Sin eventus eſt conſequutus, etiam ſi de animi vitio doceri non poteſt, tamen temeritatis & negligentiæ nomine poenam irrogat: partim propter ſuſpectam dantis voluntatem, partim ut haec latebra peccantibus eripiatur, imprudens feci, diſcantque homines vel ſuo periculo cavere, quod alieno faciant periculo. Ergo qui prudens & ſciens certam atque evidentem noxæ cauſam dederit: eum perinde lex cenſet, quaſi facinus manu peregerit. Veluti ſi quis hoſtem opibus copiiſque juverit, perinde eſt ac ſi ipſus arma contra ferat. Siquidem id ſuppeditavit, ſine quo bellum geri non poterat. Aut ſi quis inimicum ſuum per dolum navigio ſolutili imponendum curet, ut naufragio intereat, aut in conclave penſili teſtudine inducat, ut ruina opprimatur: aut juxta lectulum aegroti, loco pharmaci venenum ponat, fu-

turum ſperans ut eo hauſto pereat, tametſi non bibit aegrotus, tamen veneficii poſtulari poteſt qui poſuit, propter vicioſam animi voluntatem. Nam vehementer erat probabile id eventurum, quod ille moliebatur. Huic ſi detrahas nocendi voluntatem, nihil illi cum lege rei futurum eſt. Si detracta nocendi voluntate, apponas eventum: non effugiet temeritatis crimen, niſi illum inculpata ignorantia abſolverit. Porro ſi in loco non ad id deſtinato, puta in via publica, aut in fundo alieno, arcu temet exerceas: lex tecum non agit, niſi ſi quem occideris, aut vulneraris, aut ſi cui damnum dederis. Caeterum quod facis, tuo facis periculo. Quod ſi quid horum conſequutum eſt, cum lege tibi res eſt. Neque tibi tua patrocinabitur imprudentia: quippe quæ culpa temeritatis non vacet. Siquidem in te fuerat praecavere, quod probabiliter poterat praetimeri. Vides quanto diſcrimine diſſita ſint, inter quæ tu nihil intereſſe dicebas. Primum non ſtatim imputatur ad praemium, quod ad poenam, idque non a malignitate legum latoris, ſed partim ex ipſa rei natura proficiſcitur, partim a legum officio. Deinde diſcernitur animus, cauſa data dijudicatur: ſpectatur eventus. Age nunc ſi libet, tuam cauſam, qua tuum facinus aeſtimari vis, expendamus. Finge te certam, inevitabilem mortis cauſam tyranno dediſſe, ſed imprudentem, nulla tibi ſit praemii petitio. Quis enim inſciens bene mereri dicitur? Fortibus viris praemia dantur, non fortunatis tantum. Nam evicimus jamdudum, opinor, ne poſthac affirmes te in hoc jugulaſſe filium, ut pater ſibi necem conſciſceret: quod eventurum ne vates quidem quiſquam praeſcire poterat, tu nec ſuſpicari. Imo poſteaquam rem plenam diſcriminis, fortunæ arbitrio commiſiſti, quia bene ſucceſſit, hoc nomine lex te non poſtulat: at idem ſi male eveniſſet, temeritatis poenas eras debiturus. Neque enim tibi ſuccurreret inculpata ignorantia. Quid enim aeque formidandum erat, quam ne tyrannus, ſimulatque occiſo filio ſe peti inſidiis perſenſiſſet, omnia tyrannidis mala in nos conduplicaret? Jam ut de animo res tibi conſtet, cauſam dediſti non ſolum non idoneam, verumetiam periculoſiſſimam Reip. Vin' hoc tibi argumento evidentiſſimo demonſtrari? Finge te quempiam è civibus vitio occidiſſe: tum extincti patrem id facere, quod modo fecit tyrannus. Utrum tu duplici caedis crimine teneberis, an ſimplici? Simplici opinor. At uxor & mariti mortem imputabit, qui necato filio, ſeni cauſam mortis dederis: atque his ferme tuis argumentis utetur. Indulgentiſſime filium adamabat, in illum omnem familiæ curam reclinaverat, illo ſe oblectabat atque haec de privato ſene cum fide dicet, quæ tu de tyranno nimis dure (ne dicam ridicule) dicebas. Addet ea te ſciſſe, praevidiſſe futurum, ut ille vitam fugeret orbatus filio, in quo uno omnia vitæ oblectamenta collocarat. Non tibi defuiſſe jugulandi ſenis voluntatem, ſed hoc tantum egiſſe, ut miſerabilius ſua dextra perimeretur, ut odium tuum plenius miſeri patris malis exſaturares. Ideo juvenem necaſſe, in hunc uſum gladium in vulnere reliquiſſe. Vides quanto ſint haec probabiliora in hoc, quam in tuo negotio: & tamen negabis paternam necem ad te pertinere, atque animi ſuſpicionem cauſæ qualitate purgabis. Negabis cauſam idoneam fuiſſe, cur ille ſibimet manus adferret. Te nec praeſcire, nec timere potuiſſe id, quod ſit conſequutum: quod rarum extet exemplum patris, ob filii necem ſponte fugientis è vita. Alioqui futurum fuiſſe, ut & mater ſibi fatum accerſeret: quippe quam impotentius amare ſit conſentaneum, ac minus adverſum dolorem animi viribus valere. Haec non dubitares tibi profutura, ad alterum crimen depellendum, & prodeſſent dubio procul. Atqui quod in maleficiis valet, ne quid imputetur, id multo magis in hac cauſa valet, ne quid acceptum feratur. Ibi te liberaret à voluntatis ſuſpicione, quod cauſas parum idoneas dederis, hic ex cauſis multo minus idoneis propter perſonam tyranni, videri vis non modo quod evenit, fuiſſe ſuſpicatus, verumetiam certum praeſciſſe. Ibi temeritatis poſtulari non poteras, propterea quod tametſi vitio abs te data eſt cauſa, tamen idonea non ſit ad id quod evenit. Imo ipſi tota res imputabitur, & legibus poenas dabit, ſepultura prohibitus, quod civitati citra cauſam idoneam civem unum ademerit. Tibi non niſi unius filii mors imputabitur, etiam ſi mater quoque & filiæ & ſorores, & tota tribus hujus necem fuerit imitata. Hic poterat, niſi feliciter eveniſſet: quippe ubi ſummum Reipublicæ periculum & verteretur, & praetimeri probabiliter poſſet. Venio nunc ad quartum illud praeſidium, Judices, quod iſte tutiſſimum, ac pene inexpugnabile judicabat: unde ego illum ita deturbabo, ut non ſolum ſit non habiturus, quo tyrannicidii & hujus laudis arcem obtineat: verum vix etiam latebram inventurus, ubi temeritatis ac maleficii poenam effugiat, quo nimirum intelligat, quam non inimice, non curioſe (ut ajebat) ſecum agam: ut quum poſſim in crimen ac poenam vocare, ſat habeam ab honore non promerito ſecludere. Ait ſi tibi deberi praemium, vel hoc uno nomine, quod juvenem occiderit, jam plusquam tyrannum, tum tyrannidis paratum haeredem, etiam ſi hunc eventum Dii non dediſſent, ut ſenex ipſe vitam abrumperet. O deploratam impudentiam! Tu tibi praemium peteres, ſi tyrannum ſuæ furiæ non eſſent ultæ? Dii quidvis potius dederint, quam iſthuc quod tu fingis. Sed tamen fingamus interim oratione, quandoquidem id tuto licet: tametſi ad ſolam mentionem inhorreſcit animus. Tunc, inquam, occiſo filio, relicto ſene vivo, tyrannicidæ praemium peteres? An potius nec ipſe ſupereſſes, qui poſſis petere: nec eſſet Reſp. quæ dare poſſet? Nam tu aut exquiſitis ſuppliciis exanimareris, aut in extremis Orcadis exul deliteſceres: nos pro tyranno jam immaniſſimum carnificem pateremur: & tuum caput, ubicunque terrarum latitares, diris imprecationibus devoveremus, qui nos tua incogitantia, vel praecipiti magis lucri cupiditate in tantam malorum tempeſtatem conjeciſſes. Sed re filius erat tyrannus (inquis) patri praeter inane nomen nihil erat reliquum. [illegible] Duos igitur haec civitas tyrannos [illegible] Nam de patre nemo unquam dubitavit, [illegible] lum mereretur. Quando autem [illegible]

do auditum eſt, duos una in civitate ſediſſe tyrannos? Id quod magis etiam natura repudiat, quam eodem in corpore gemina capita. In iisdem alvearibus duo ſe reges pariter non ferunt. In armentis taurus tauro cedere cogitur. In iisdem luſtris non convenit duobus inter ſe leonibus: & tyrannus (quo nullum animal efferacius) parem in eadem urbe patitur? Non vides neceſſario fieri, ut è duobus, aut alter alterum oppugnet, aut alter alteri cedat? Utrum tu fuiſſe mavis in patre, an in filio? Si juvenis adverſus ſenem obtinebat tyrannidem, quid a Repub. praemium poſtulas? Tyranni partes adjuviſti, non Reipub. Sin patri ceſſit: quid tandem illum vocare potes, niſi tyranni vel praefectum, aut ſatellitem? Quandoquidem ſeniori tyrannicam appellationem ne tu quidem audes detrahere. Verum ut quoquo modo tyrannidem omnem in adoleſcentem oratione derivares, quam multa tu quidem non ex re, ſed pro cauſæ tuæ commoditate comminiſcebaris? Caeterum quam in his confingendis decori, quod in perſonis ſitum eſt, nullam habuiſti rationem? Sic enim (ut memini) inducebas in fabulam ſenem jam aetate mitem, & qui omnem tyrannidis acerbitatem ob ſenectam exuiſſet: non ſecus atque mala, quæ natura acerba, tempore miteſcunt, & in alium abeunt ſuccum. Porro juvenem ferocem, illo incolumi gerentem tyrannidem, jamque patri vivo ſuccedentem. Privatus pater familias non fert filium ſe vivo ſucceſſorem: & tu vis iſthuc credi in tyranno? Ille non ſinit ullum è liberis rem domeſticam ex animi ſui libidine moderari: & tyrannus ſeſe veluti abdicans imperio, negocium omne in adoleſcentem rejecerat? Non dubito, quin & ipſe videris, quam dura ſint iſta, & quam a communi ſenſu abhorrentia. Verum quid faceres, niſi tales perſonas induxiſſes, exitum invenire tragoedia tua non poterat? Quaeſo te, an unquam auditum eſt Tyrannum aetate miteſcere? Quando tu deſines ea quæ ſunt privatorum, quæ bonorum principum, tyrannis tribuere? Ut eodem igni cera molleſcit, limus dureſcit: ita aetate plerique redduntur mitiores ac temperantiores, tyrannus magis exaſperatur. Ut tempus nonnullis pomis amaritudinem adimit, ut vinis nonnullis acorem conciliat: itidem tyrannis non adimit ſaevitiam aetas, ſed exaggerat. Vis ipſiſſimam tyrannici ingenii tibi demonſtrem imaginem? Spinam cogita, quæ quo magis ſeneſcit, eo pungit acrius. Echinos cogita, qui quo plus habent aetatis, hoc teſta ſunt aſperiore. Vulgaribus ingeniis fortaſſe nonnulla vitia ſenecta vel detrahit, vel certe mitigat, etiam ſi plura irritat, nonnulla parit. At tyrannorum mentibus ad ſcelus, ad crudelitatem natis, ſcelere & immanitate imbutis atque educatis, praeter vitiorum omnium incrementum adferre ſenecta quid poteſt? Niſi forte libidinem adimit? Quanquam iſta Tyrannidis quantula tandem eſt portio? Sed eſto fuerit ſane propter aetatem ad voluptates ſegnior, verum erat faſtidioſior: unde fit, ut imbecillior ſit ad coitum, ad raptum avidior. Fortaſſe pauciores huic execabantur ephebi, ſed inſigniores. Pauciores producebantur virgines, ſed exquiſitiores. Cur non autem & plures? Videlicet quo ſenile faſtidium optione & varietate vinceret, Hoc ita eſſe, quot ego tibi teſtes citare poſſem, qui quo nobiliores ſunt, quo fortuna praeſtantiores habent liberos, hoc magis eis a flagitioſiſſimi ſenis cupiditate metuebant. An tu putas una cum viribus ſeneſcere libidinem? Multo ſecus habet. Imo quantum aetas improborum hominum facultati detrahit, tantum adjicit cupiditati. Quanquam tyrannicum animum his in rebus non tam voluptatis uſus capit, quam noſtra delectat contumelia. Ut frigeat in ſene tyranno Venus, certe fervet vigetque malitia, ſaevitia, nocendi libido. Poſtremo totum illud vitiorum agmen, quæ propria tyrannorum ſunt, cupiditas, rapacitas, improbitas, impudentia, impietas, iracundia, violentia, impotentia, ſuſpicio, fraus, perfidia, crudelitas, implacabilitas, immanitas, perjurium. (Quid autem oportet omnia commemorare nobis omnibus heu nimium nota?) Horum inquam nullum non aetate fit acerbius, propterea quod juventa nonnunquam naturæ bonitate vincitur: praeterea quaedam mala nondum didicit: at ſenecta, ſi quid pudoris, ſi quid humanitatis, ſi quid melioris ingenii a natura inſitum eſt, id omne multo ac diuturno flagitiorum uſu penitus exuit, & prorſum in immaniſſimam quandam feram abiit. Id ita eveniſſe, Judices, in execratiſſimo illo ſene, quid ego coner argumentis docere, quum ſua cuique memoria abunde ſatis exemplorum ſuppeditet? Quod ſi juvenis ſeſe gerebat inſolentius, videlicet patris abutens imperio: num tu hunc continuo tyranni nomine donabis? Ergo ex eadem tyrannide ſexcentos tyrannos facile reddideris. Nam quis eſt omnino in tyranni familia, vel extremum mancipium, qui non ipſo pene tyranno ſit ferocior, violentior, ſceleratior? Filius, inquis, emolumentis imperii potiebatur: patri praeter nomen nihil ceſſit. Quaſi vero non ſit iſthuc omni tyrannidi commune. Longe minima fructuum pars, qui ſolent ex tyrannide capi, ad ipſum redire tyrannum. Quemadmodum in latrocinio fieri conſuevit: praedæ communiter in omnes diſtribuuntur, vel in eos potius quorum opera capiuntur. Alioqui non cohaerebit cohors illa ſcelerata: niſi dux ille, quiſquis fuerit, plus etiam permittat ſuis, quam ſibi ipſi. Solum nomen ſibi proprie vendicat. Et in nullos eſt tyrannus indulgentior, quam in ſcelerum miniſtros: quippe quorum opera ſentiat ſuum imperium contineri. Proinde ſub unius umbra ſatelles omnis, omnis miniſter, familiaris, leno, tyrannidem quandam in cives exercet. Ridicule fecero, ſi hoc quoque coner argumentatione probare, Judices. Vidimus, ſenſimus, experti ſumus, niſi forte tam diutinæ calamitatis memoriam tam pauculi dies obliteraverunt. Neque enim eſſet res uſqueadeo miſero tyrannis, ſi unius modo foret toleranda violentia. Quot ferendi latrones, quot ſacrilegi, quot ex extrema barbarie advenæ, feris quam hominibus ſimiliores? Neque deſunt, qui ſe ſimulent apud tyrannum ſceleribus ſuis gratiam promeritos eſſe: quo nimirum hoc nomine metuantur a civibus. Horum igitur unumquemlibet tyrannum appellabis, & pro quolibet occiſo tyrannicidæ praemium petes? Non in tantum omnem exues pudorem, opinor. Sed pater aetate feſſus, omnem dominatum

in filium tranſtulerat, quicquid tyrannicum in urbe gerebatur, id juvenis violentia committebatur. Sed iſthuc quantum abſit ab imagine veri, quis tam caecus, ut non videat? Quis tam oblivioſus, ut non poſſit experimento refellere? Ego tibi complures nominare ſatellites poſſum filio inſolentiores. Ad haec, veriſimillimum eſt nullius inſolentiam minus approbaſſe ſenem quam filii, vel quod odit omnem tyrannidis affectatorem omnis tyrannus, vel quod intelligit ex illius facinoribus longe plus invidiae odiique ſibi conflari (Callidiſſimi autem tyranni eſt, eatenus legitimum imitari regnum, quatenus obtineri tyrannis poſſit) vel quod pater etiam peſſimus, tamen liberorum nonnihil offenditur vitiis, & ad crudelitatis miniſteria alienis quam ſuis uti mavult. Quod ſi clam patre rapinas, raptus, atque id genus facinora deſignabat filius, profecto non tyrannum agebat, ſed inſolentem ſatellitem. Sin approbante patre, quaſique per illum exercente tyrannidem, utri tandem par erat imputari commiſſa, huic per quem gerebantur, an ei cujus authoritate arbitrioque fiebant? Non arbitror obſcurum, quin huic cui in manu erat nutu ne fierent vetare. Quid autem non agunt per alios tyranni? Nam ipſi quidem neque pueros emaſculant, neque virgines abripiunt, neque proſcribunt, neque bona diripiunt, neque fana diſpoliant, neque haereditatibus manum injiciunt, neque compilant aerarium, neque tormentis excruciant, neque quenquam jugulant, neque armis vicos expugnant: neque incendunt villas. Totum hunc tyrannicum ludum per miniſtros exercent. In unum tamen tyrannici nominis invidia competit, in unum occidendum lex praemium inſtituit, in unum ſtringendi ferri jus facit, illos ſuae cognitioni reſervat. Quorum ut quiſque ſua opera tyranno profuit, ita aliud atque aliud vocabulum imponi poteſt, certe tyranni vocabulum nemini congruit, niſi uni illi, ſub cujus veluti clypeo, tota illa pernicioſiſſimorum hominum colluvies latitat. Arbitror vobis, Judices, ſaepenumero auditum eſſe, id quod eleganter a doctiſſimis viris eſt ſcriptum, tyrannis non longas modo, verumetiam plurimas eſſe manus, plurimos oculos, eoſque acerrimos, plurimas aures, eaſque longiſſimas. Omnino prodigioſum quoddam eſt animal tyrannus, multoque Titanibus illis Briareo & Encelado portentoſius, centenis capitibus, centenis linguis, centenis manibus, pedibuſque. Quot enim habet ſcelerum miniſtros, totidem habere membra videtur. Atque ut ex membris corpus, ita tyrannis ex hujuſmodi conſtat miniſtris. Verum ut illud quod corpus appellatur, nihil eſt aliud, quam quiddam omnibus ex membris aggregatum, ita in tyrannide unum quippiam eſt, quod neque pes ſit, neque manus, neque ullum aliud membrum, contineat autem univerſa: at ita contineat, ut ab iis poſſit ſeparari, idque tyrannus vocatur. Proinde exaggera quantumlibet juvenis inſolentiam, violentiamque, praefectum arcis voces licebit, oculum nomines licebit, aut ſi mavis dextram: aut ſi ne id quidem ſatis, praecipuum tyranni caput dicas licebit: tyrannum certe vocare nequaquam potes. Unum enim aliud portentum tyranni nomine cenſet, cujus authoritate tituloque cuncta haec membra velut animantur: idque unum forti civi permittit occidere. Non vult in te oculum aliquem involare, non ſinit ut caput aliquod amputes, ne tale quiddam eveniat, quod de Lernaea hydra fabulantur poëtae, ut pro uno capite reſecto, duo peſtilentiora ſubnaſcantur: pro uno excuſſo oculo, plures acriores ſuccedant: pro una reſciſſa dextera, multae robuſtiores ſubpullulent: unius vitae te dominum arbitrumque conſtituit, qui ſibi ſit auſus tyranni vindicare nomen: quo ſublato futurum ſit ut membra reliqua quaſi deſtituta ſpiritu, emoriantur, aut certe ſanentur. At quid ego tecum jam accuratis argumentationibus ago? Poſſum illico tuis te verbis revincere, ac veluti tuo te laqueo capere. Juvenem paulo ante magnum patris ſatellitem nominabas. Non inficiabere. Rurſum alio loco dicebas omnem tyrannidem occupaſſe filium: ſolius appellationis honorem ceſſiſſe. Qui convenit eundem & ſatellitem & tyrannum appellari? Tum ſi ceſſit, non igitur uſurpavit tyranni nomen. Contractus autem verbis aut rati ſunt, aut reſcinduntur. Lex hac tecum formula contraxit, ſi quis tyrannum occiderit, praemium ferat. Quid tu mihi juvenis flagitia commemoras? Id te lex voluit occidere, quodcumque illud eſſet animal, quod tyrannus diceretur. Magnum (ut ipſe fateris) ſatellitem occidiſti, non tyrannum: quid tibi cum lege rei eſt? At rem, inquis, legis ſequutus ſum, non ſyllabas: eum interfeci, qui caput erat tyrannidis, paratus haeres paterni dominatus: libertatem peperi, ſervitutem ſuſtuli: hoc lex ſenſit, hujus rei authori praemium praeſtituit. Satellitem, inquam, occidiſti, nihil miror quantum, quam gravem, quam ferocem, quam ſceleſtum: ſatellitem tantum occidiſti tyrannidis, non caput: aut ſi caput, unum è pluribus. Sed haec omnia tibi ex animi ſententia largiamur: fuerit ſane res tota tyrannidis filius: pater nihil niſi vocabulum quoddam inane tyranni: quemadmodum in fabulis habetur, Echo nympham nihil aliud quam meram quandam fuiſſe vocem ſine corpore. Qui tibi licuit in re tanta a verbis legis diſcedere? Praeſertim ita dilucidis, ut perſpicuum magis nihil eſſe poſſit, & commentitiam interpretationem domi tuae natam in judicium adferre? Ego, Judices, nullum in Remp. exemplum pernicioſius induci poſſe judico, quam ſi conſueſcant homines calumnioſi a praeſcripto legum recedere: & interpretamento, quod ad praetexendum facinus quiſque ſuum maxime idoneum comminiſci queat, id Judicibus objicere. Quis autem unquam meminit de legis ſententia quaeri ſolere, niſi quum in ſcripto quiddam apparet ambigue obſcureve dictum: aut quum ex verbis & eventu abſurditas quaepiam extitit, eaque manifeſta? In priore non cujuſvis commentum, ſed juris prudentium reſponſa, ſed Judicum ſententia recipi ſolet. In hoc poſteriore neceſſitas ipſa compellit alliquantiſper a legis vocibus deflectere: & aequitatem juris potius, quam verba ſpectare. Duplex itaque periculum videtis, Judices: alterum ne ſuperſtitioſa cavillatione [illegible] legis ab eo quod lex ſpectavit abducamur: [illegible] ne potius a praeſcripto diſcedendo, leges [illegible] & judicio-

rum

rum religionem ſubvertamus. Quorum illud quidem multo levius eſt: proprerea quod vix unquam accidat, ut legiſlator obſcure quid voluerit, explicuerit: aut abſurdum quiddam exoriatur. Hoc multo periculoſiſſimum, pernicioſiſſimumque. Etenim quæ tandem lex futura eſt, quam verſutus calumniator, quo poenam effugiat, non facile poſſit aliquo commento ſubvertere? Neque quiſquam non elabetur è judicio veſtro nocens, niſi qui ſit usque adeo nullius ingenii, ut ne frivolam quidem aliquam commentatiunculam queat invenire. Atque ut cuique commodum erit, aut animi libido feret: ita pro ſene juvenem, pro tyranno ſatellitem, pro homicidio tyrannicidium: & paſſim aliud pro alio interpretabitur. Veſtra interim, Judices, religio, veſtrum jusjurandum, qua tandem ratione ſervabitur? quibus nihil futurum eſt certi, quod in cognoſcendo ſequamini: verum ambiguas diverſaſque litigatorum conjecturas ſpectare neceſſum erit? Ergo quum in omni cauſa maximopere cavendum eſt, ne tunc graviſſima ratione a legis praeſcripto diſcedatur: tum in hac non periculoſum modo, verum etiam abſurdiſſimum: quum legis verbis nihil poſſit eſſe dilucidius: ſententia nihil aequius: interpretamento quod praeter legis mentem inducitur, nihil peſtilentius. An credimus legis hujus autorem usque adeo infantem, & verborum inopem fuiſſe, ut dicere non potuerit: qui quovis modo Tyrannidem ſuſtulerit, huic praemium eſt, ſi modo iſtuc ſenſiſſet? Neque vero fugit illum, totam tyrannidem per ſatellites & praefectos exerceri ſolere, permultosque in his eſſe vel Tyrannis ipſis ſceleratiores: atque, ut ita dixerim, Tyrannicos magis, & omnino ſupplicio digniores: niſi & omnium omnia miniſtrorum ſcelera Tyranno imputarentur. In unum tamen illum, qui hoc nomine cenſetur, tibi ferro graſſandi facultas data eſt. In reliquos non tibi permittitur idem: non quod illos vita dignos judicet lex, ſed quod unius caede totam tyrannidem tolli velit, non multorum caede reddi duriorem. Tuum erat legi ſimpliciter parere: neque ejus verba quaſi plumbeam quandam regulam ad tuum facinus accommodare, verum ad illius praeſcriptum factorum tuorum rationem inſtituere. Praeſertim in hoc exemplo, quo non aliud poteſt admitti peſtilentius, ut ex legis arbitraria interpretatione, quem velis, interficiendi tibi pro tua libidine licentiam ſumas. Non illud hic ſpectandum, judices, quam inviſus Reip. ſit, qui occiſus eſt, quam majore etiam ſupplicio dignus: verum id etiam atque etiam perpendere oportet, exemplum praeter leges jugulandi homines, ſemel in civitatem receptum, ſemel veſtris ſententiis approbatum, denique praemio compenſatum, quo tandem licentiæ ſit proceſſurum. Quod iſte ſibi in tyranni filium licere voluit, hoc alius ſibi volet in ditiſſimum quemque civium licere: Quiſquis pauper a locuplete contumelia afficietur, protinus tyrannum eum appellabit, & veneno aut ferro adorietur. Poſtremo ſi cui magiſtratus non placebit, ſi cui judex erit inviſus, non dubitabit è medio tollere. Porro ad facinoris defenſionem, Sophiſtam quempiam aut ſycophantam conſulet (ſi ipſe ingenio ſtupidiore fuerit) & novam legis interpretationem vobis adducet: dicet nil aliud ſenſiſſe legiſlatorem, quam ut hujusmodi civium genus non nomine, ſed re tyrannidem agentium, ferro, igni, veneno tollatur è medio. Atque ita brevi futurum eſt, ut quod in uno factum ſemel & probavimus, & gaviſi ſumus: id in multis ſaepius & doleamus, & improbemus. Credite mihi, non mediocre diſcrimen neque convenienter accipiendum, ut titulo reperto, privatus hominem indemnatum interficiat. Id ita eſſe facile liquebit, ſiquidem animadvertimus, nihil omnium eſſe, quod lex parcius circumſpectiusque permiſerit. Etenim (ſi memini) tribus duntaxat temporibus lex indulſit, ut quis citra judicium hominem occidat. Primum adulterum, ſed in uxore deprehenſum: id quod intemperanti & inſuperabili mariti dolori donatum eſt. At ita, ſi corpus utrumque pariter interimat, ſi argumentis idoneis deprehenſum fuiſſe doceat. Deinde in vi depellenda. At ita ſi demonſtres te mortem effugere nequiiſſe, niſi mortem intuliſſes: id lex ita interpretatur, quaſi ſeſe tueri potius ſit iſtuc, quam alium occidere. Uterque tamen facti ſui rationem reddere compellitur, ſtatim ſeſe prodere, nec expectare donec in jus trahatur: atque (ut ita dicam) ultro ſemet reum facere cogitur. Quod ſi omnia conſtabunt argumenta: ita demum a lege dimittitur, ut venia, non laude dignus eſſe videatur. Poſtremo in tyrannicidio: ubi propter periculi ſuſcepti magnitudinem lex praemium quoque proponit: at ita, ſi eum quem tibi lex iſto velut inſigni tyrannici nominis denotavit, fortiter occideris: non ſi ſceleſtum alio ſcelere ſuſtuleris: neque patietur te jus occidendi permiſſum, latius quam ad unicum tyranni caput trahere, niſi ſi quis obſiſtat, ut per illius necem tibi neceſſe ſit ad illum penetrare. Jamque hoc factum tuum ſecunda illa ratione defenditur. Huic tertio generi fortaſſe proxima videatur hoſtem in bello feriendi facultas: quam tuæ tamen libidini lex non permiſit. Niſi palam hoſtis ſit declaratus, niſi in Imperatoris verba juraris, niſi ille aciem eduxerit, niſi ſigna canere juſſerit, tibi fraudi futurum eſt, hoſtem interfeciſſe. Tu dicturus es: Hoſtem occidi, nam plus quam hoſtilia faciebat, nomen hoſtis tantum aberat, re hoſtem agebat. Lex reſpondebit, ſuarum partium fuiſſe, hoſtem declarare, ac tuo fortaſſe ſcelere fruetur: verum ne ſerpat exemplum, poenas de te ſumet. Quid autem aliud abs te factum eſt? Unum tibi lex nominatim deſignaverat: tu illius vocabulum tuapte authoritate in alium transfers, quod niſi in unum non poteſt competere: neque traduci debet ab eo cui lex attribuerit, ne tibi fas ſit aliquando quem voles magiſtratum, quem voles, Judicem, quem voles civem, tyrannum appellare. Neque vero ſine graviſſimis cauſis lex tot vinculis aſtrinxit hanc in vitam alterius licentiam. Perpendit nihil majus eripi cuipiam poſſe, quam vitam: vidit in extinctum facile varias cauſas confingi etiam impune poſſe, quandoquidem ille non ſit refutaturus, qui jacet. Videt quam multis titulis ſuum quiſque dolorem poſſet praetexere, ſi poſt occiſum hominem ulla cauſa recipiatur, praeter eas quæ legibus ſint expreſſæ. Quid quod gravatim ſibi quoque lex permiſiſſe videtur,

tur, ut homini vitam eripiat? Quam comperta, quam multa requirit argumenta, quam multa concedit reo, quam maligne agit cum actore, quem non niſi ſuo periculo vult accuſare: quantum ſpatii largitur ei qui defertur: quam liberam Judicum rejectionem. Quantum igitur a mente legis abeſſe putes, ut cuilibet permittat, vel pro ſuo privato dolore, vel domeſtica juris interpretatione, hoc eſt, ſubverſione in cujusquam vitam graſſari? Neque ad rem pertinet, quantum criminum acervum exaggeres, quantumvis etiam verorum, addo notorum: dicas parricidam, ſacrilegum, inceſtum, proditorem, peculatorem, veneficum interfeci. Tyrannum lex jubet occidi. Atqui hic unus multis tyrannis erat ſceleratior, peſtilentiorque civitati. Ad iſta tam multa crimina lex tibi verbo reſpondebit: nihil moror quam fuerit ſceleroſus, qui periit? In unum tyrannum tibi jus feceram occidendi, in reliquos in jus trahendi. Si detuliſſes: auditus, revictus, damnatus a me palam poenas dediſſet, omnique Reip. ſalubri exemplo fuiſſes. Nunc tu privata libidine interficiens, pro ſaluberrimo exemplo pernicioſiſſimum in civitatem induxiſti, & legum inſtaurationem a legis violatione auſpicaris: hoc eſt, malis malo mederi ſtudes. An me clam eſſe putas: quam multi ſint in hac turba vita indigni, morte digniſſimi? At eos meae cognitioni, non tuis manibus ſervo: ſunt fora, ſunt tribunalia, ſunt Judices, ſunt carceres, ſecures, carnifices. Cur tu mihi praeire conaris? Cur nullo mandante magiſtratum occupas? Et dum Tyrannicida videri vis, tyrannum imitaris? Nam quo alio nomine tantopere mihi eſt inviſus ille, niſi quod mihi parere recuſat, & praeire conatur? Ei demum ferrum tractare licebit, cujus manibus ego permiſero. Si juvenem occidiſſes, quod non alia patuiſſet ad tyrannum via, darem veniam neceſſitati: nunc occidiſti, non obſiſtentem, non auxilium ferentem patri, ſed patris opem implorantem. Hujus unius caede contentus diſceſſiſti, tyrannum nec impetiſti, in quem unum tibi jus feceram. Meum erat expendere, utrum ex uſu Reipub. fuerit, an juvenis occideretur: maſueram illum exquiſitioribus excruciatum ſuppliciis, exemplum omnibus edere. Neque haec dico, Judices, quaſi parum gaudeam pariter cum patre ſublatum filium: utinam eadem opera ſimul omnes ſint oppreſſi, quibuscumque tyrannus placet. Sed quis prohibet, ſimul & gaudere, quod deorum bonitas nobis hanc rem bene verterit, & tamen non comittere, ut hujus temeritas, ſi judicio comprobetur, in legem atque in exemplum trahatur? Nec de juvenis injuria vindicanda nunc agitur, ſed de legis violatae majeſtate. Non enim par eſt, ut cuiquam perſonae praeter jus extincti odium in ſcelere ſuffragetur. Neque tam ſpectandum in quem commiſſum ſit facinus, quam quo exemplo commiſſum. Alioqui cur non eadem opera fas ſit in tyranni nepotes, pallacas, pueros, uxores, liberos, lenones graſſari? Bonam tyrannidis partem uxor ſaepenumero ſuggerit. Ad ſummam immanitatem nonnunquam libertus aliquis; aut vernula inſtigat: cur non & hos jugulas? Si tibi jus eſt aeſtimatione privata meritorum civem jugulare? Quid quod eſt aliquid tyranno nocentius, in quod tamen haudquaquam tibi jus ſit occidendi? Finge eſſe qui totam hanc urbem, templa, domos, curiam conatus ſit incendere, imo qui jam compiuribus locis ignem ſubjecerit, ſed incendium ſubito exorto imbri reſtinctum: authorem non obſcurum, verum abditum latitare. Eum forte fortuna repertum, manu tua trucidas. Num lex tuum factum approbabit? Non opinor. Atqui tyranno ille quanto erat nocentior? Tanto nimirum, quanto eſt atrocius civitatem ſemel funditus evertere, quam expiſare: cives univerſos uno igni finire, quam in pauca quaedam ſaevire capita. Et tamen in unum tyrannum ſtringendi ferri poteſtas privatim permittitur. Illum deferendi modo jus habes. Hic in re tam aperta legis mentem calumniari, & novo interpretamento tuum facinus palliare, quid tandem aliud eſt, quam legum authoritatem evertere, atque id per cuniculos quosdam agere, quod tyrannus palam ac vi facere conſuevit? In recipienda lege fas eſt populo cauſam aequitatemque legis excutere. Caeterum receptae, & longo jam uſu comprobatae, ſimpliciter oportet obtemperare. Neque enim exiſtimandum eſt majores illos noſtros, viros ſine controverſia ſapientiſſimos, ita ſine graviſſimis rationibus inſtituiſſe, ut privatim interficiendi Tyranni facultas unico capite finiretur. Primum ad jugulandi licentiam feneſtram aperiendam civibus non putaverunt: deinde perſpiciebant, tyrannidem fatale quoddam eſſe Reip. malum, quod minore noxa toleraretur, quam male exagitaretur: neque poſſe ſemel tolli, niſi ipſius caede. Quo ſubmoto, videlicet qui legibus imperabat, non parebat, jam nihil opus eſſe privata audacia, nimirum illis in reip. adminiſtrationem vindicatis. Quod ſi tyrannus in jus vocari potuiſſet, ne hunc quidem tuae dextrae arbitrio permiſiſſet. Videbant & illud: tyrannidem nonnullam habere monarchiae legitimae ſpeciem: hoc tantum intereſſe, quod in monarchia populus regi paret, rex legibus: in tyrannide omnia unius libidini ſubjecta ſunt. Rex publicam ſpectat utilitatem, tyrannus privatim ſuam: unde publicitus expedit, ut tyranno veluti principi legitimo civitas pareat, donec idoneus aliquis vindex extiterit, qui legum authoritatem in priſtinum ſtatuam reſtituat, atque id unius (ſi fieri poteſt) capitis jactura. Nam hac moderatione in fatalibus illis peſtibus, quae totum Reip. quaſi corpus corripiunt, legum prudentia conſuevit uti: ut exemplo magis, quam admiſſi talione, morbo medeatur: ne dum civitatem ſanare ſtudet, magnam civitatis partem interimat. Hinc eſt quod in ſeditionibus publicis non niſi in ipſos authores conſuevit animadverti, reliquis quos tempeſtas illa commoverat, dari venia: aut vix etiam dari venia, qui in publico Reip. tumultu quietem egiſſent. Quae poteſt autem peſtis eſſe fatalior, quam tyrannis? Quae ſeſe latius in civitatis membra diffundit? Quota quaeque urbis pars ab hoc vitio ſyncera poteſt eſſe? Omitto jam quicquid eſt ambitioſorum, aere alieno obſtrictorum, ſcelere contaminatorum, barbarorum (nam haec tota ſentina hominum tyrannide gaudet, [illegible] ra, quam ſceleratis ſint praemia) bonos [illegible] hoc malum involvit, dum vel [illegible]

vel rectum judicant ſervire tempori. In hoc itaque rerum ſtatu leges non extinctæ, ſed oppreſſæ modo, cautim & circumſpicienter agunt: intelligunt hoc ulcus citra ſummam civitatis perniciem exaſperari non poſſe, unius capitis diſpendio commode ſanari poſſe. Quare docto cuipiam medico praemium oſtendunt, digito demonſtrant, quod membrum ſecari velint, quibus abſtineri. Caput indicarunt illæ, tu dextram ſecuiſti. Illæ tyrannum, tu tyranni ſatellitem occidiſti. Quo praemio dignus? Nempe eo quo qui morbo inſcite exagitato, totum hominem in extremum vitæ diſcrimen adducat, quo qui hominem legibus vetantibus occidat. Neque ego nunc te caedis reum ago, aget alius fortaſſis, cuicumque lubitum erit: verum illud modo conſilium fuit, oſtendere tibi quam inſignitæ ſit impudentiæ, in ea cauſa tam eximiam tibi vendicare laudem, tam egregia poſcere praemia, in qua nequeas obtinere, ſi modo tecum exactius ac ſeverius agatur, ut graveis poenas effugias. I nunc & curioſum me voca: qui tam candide, tamque civiliter tecum agam: ut quum te poſſim in grave diſcrimen vocare, ſat habeam legis & Reipub. cauſam defendere, ne circumventa praemium dare cogatur ei, qui nihil boni ſit promeritus. Id quod non Judicibus modo (quibus iſtuc jam dudum liquere puto) verum tibi etiam ipſi cupio perſuadere: & facturum me confido, ſi modo tantiſper animum poſſis attendere. Vin' igitur, ut quemadmodum tu faciebas, itidem & nos ſummatim totam cauſſam ob oculos revocemus? Diſpiciamuſque quam multa tuo in facto deſiderentur ad id, ut legi ſatisfeceris: & quantum tu ſis hallucinatus, quum multa diceres etiam ſupereſſe? Tria quaedam requirit lex, & ita requirit, ut ſi quodlibet horum deſit, aut pœnam te, aut certe nihil gratiæ debere ſe credat. Quorum ego non unum aliquod, ſed unumquodque deeſſe docebo. Quod ſi facio, utrum æquo animo cedes praemio, an impudenter petere perſiſtes? Ergo rem accipe. Niſi tria haec tibi conſtiterint, non eſt quod tyrannicidæ praemium petas: Animus, via, & effectus. Animus duo quaedam complectitur, vel quid ſperaris, vel quid propoſueris. Nam ſi tyrannum per imprudentiam occidiſſes, ſi praeter propoſitum, non magis profecto praemium tibi debeatur, quam ſi quis tyranno amiciſſimus idem feciſſet, nam idem potuit accidere. Tu porro quid propoſiti in arcem attuleris, ipſe videris: ita demum legi perſuaſum erit, te voluiſſe occidere tyrannum, ſi occideris. Non occidiſti, atque id etiam quum tibi in manu fuerit (ut ais) ſi libuiſſet interficere. Lex negat ſua referre, utrum tyrannicidii propoſitum in arcem non attuleris, an allatum repente mutaris. Jam quid ſperaris, excutiamus. Quamquam iſthuc leges non ita valde curioſe penſiculantur: ſed tamen in tam abſoluto facinore partes omneis conſtare oportet. Quid enim ſi tyrannum interfeciſſes, quo tyrannidem ipſe occupares, utrum praemium ſperares? an ſupplicium metueres? Quid ſi quo privatum animi tui dolorem ulciſcereris, tyrannum occidiſſes, atque id eſſet palam, num praemium auderes poſcere? Quid, ſi latrones tyrannum forte fortuna obvium obtruncaſſent, num ad hunc honorem aſpirarent? Quid ſi quis tyranno privatim infenſus, magna te pecunia conduxiſſet, quo ei tyranno venenum dares, dediſſeſque, num quaeſo, tyrannicidæ praemium poſtulares? Ego hic tecum non ago conjecturis: nihil dico in vitam tuam, quæ quidem obſcurior eſt, quam ut tu, alioqui tam glorioſus, quicquam de ea auſus fueris dicere: illud unum affirmare non dubitem, qui tyrannum, quum tuto licuerit, non occidit, plane noluit occidere. Qui eum occiderit, cujus mors extremum exitium Reip. videretur allatura, potius quam ullam commoditatem: is aut privatum dolorem ulciſci voluit, non libertatem publicam vindicare, aut emolumentum ſuum ſequutus eſt Reip. periculo, non ſuo periculo Reip. ſtuduit prodeſſe. Poſtremo non poteſt niſi gloriæ jejunio adductus videri, qui tam inſolenter ſe jactat. Non poteſt non videri lucrum ſequutus, qui tam improbe praemium flagitat. An non vides igitur quantopere hac parte a tota legis mente diſſentias? quem illa tuæ vitæ periculo ſua cauſa voluit occidere, eum tu non ſolum volens praeteriſti, verum etiam periculoſe in Remp. irritaſti: quem ſua cauſa noluit occidi, eum tu maximo noſtro periculo tui compendii, aut animi fortaſſe gratia jugulaſti. Sed finge te animum tyrannicida dignum ad facinus attuliſſe, lucri perinde ut vitæ contemptorem: magni tamen refert, qua ratione tyrannidem tollere aggrediaris. Jam enim omnia tibi ex animi tui libidine largior, quæ tamen nemo alius tibi conceſſurus eſt. Te in filio jugulaſſe patrem, in non tyranno tyrannum. Largior iſtuc Delium aliquem tibi praedixiſſe, ut certum praeſcire potueris, quod ipſe etiam vix divinare Delius potuerit. Licuiſſe tibi patrem occidere, ſi libuiſſet, verum hoc pœnæ genus tibi magis placuiſſe. Suſtuleris ſane tyrannidem, idque nova quadam & inuſitata ratione. Vides quam multa tibi dono. Tamen obſiſtam tibi, nec ſinam ferre praemium, propterea quod ea via ſuſtuleris, quæ legi non probatur, quæ non expediat moribus civitatis, quæ non ſit forti viro digna. Age quid ſi tyranni filium infantem in cunis jugulaſſes, & rurſum adfuiſſet Delius ille, per quem certum praeſcire poſſes, fore ut necato puero pater ſibi mortem accerſeret, atque id eveniſſet, utrum te tanquam tyrannicidam ſuſpiceret Reſpub. an potius tanquam immanem & ferum hominem execraretur, qui in eam ſaevieris ætatem, cui etiam ab hoſte armato parcitur, quæ leonibus etiam miſeranda videatur? Quin ergo? Utetur tuo maleficio Reſpub. caeterum exemplum haudquaquam probabit. Quid ſi tyranni uxorem: quam ille miſere deamaret, per vim conſtrupaſſes, atque ille ejus impatiens contumeliæ, fugerit è vita: utrum tyrannicidii laudem flagitabis, an raptus & adulterii ſupplicium potius formidabis? Res obſcura non eſt, Conferam tuo facto propiora. Quid ſi tyranni medicus quum eſſes, veneno ægrotanti dato, illum ſuſtuliſſes, utrum ut veneficum oderit te Reſp. an ut virum fortem admirabitur? Tyrannum ſublatum gaudebit, facti rationem, modumque deteſtabitur. Quid ſi quum te tyrannus familiariter uteretur, tu in convivio praetextu neceſſitudinis venenum porrigeres? Denique ſi per magicas imagines ac maleficas quaſdam devotiones tyranno vitam ademiſſes: utrum a lege praemium, an pœnam expectares? Atqui tyrannidem ut-

cumque ſuſtuliſti. Eventu gaudet lex. Verum exemplum tam pernicioſum in Rempub. non recipit: ut conſueſcant cives ſcelus ulciſci ſcelere, patrem in filio jugulare. Vides quantum momenti ſit in modo, viaque, ut factum tuum approbetur? Quod lex permittit ut fiat, non ſtatim permittit, ut id via qualibet efficias. Adulterum ferro occidere licet, veneno aut incantamentis non licet. Cur ita? Quia peſtilens exemplum omnino tractare venena. Nec id ulla cauſa quantumvis honeſta, ſinit in civitatem irrepere. Quid quod ne hoſtem quidem veneno, aut malis artibus interficere fas eſt? Nam nuſquam non improbat maleficia lex: & veneno tincta tela etiam in bellis interdicta ſunt. Quod ſi modus facti ſpectatur in his, in quibus nullum petitur praemium, quanto magis id fiet in his, in quibus ſummum petitur? Lex triumphum ſtatuit ei, qui certum hoſtium numerum fuderit. Fuderit aliquis non acie, ſed aquis & pabulo veneno tinctis. Utrum cives hunc æquis oculis ſpectare poterunt triumphantem, an potius ſicuti veneficum oderint, averſabuntur, execrabuntur? Quid quod privatis etiam in rebus via, modusque perpenditur: quo magis idem oportebit, tum in publico, tum in ſplendidiſſimo facinore, ut a quo conveniat omnem ſceleris ſuſpicionem abeſſe? Age illud tecum reputa, ſi medico mercedem pactus eſſes, quo te morbo levaret, atque ille non pharmacis ſed maleficiis & incantamentis morbum exemiſſet, utrum praemium dabis, an magis hominem in jus trahes? Injuriæ malis artibus datæ reum ages? Clamabit ille, morbo te levavi, qua via? quid iſtuc tua refert? Hoc tantum ſpectabas, ut morbo liber eſſes, ei rei merces eſt promiſſa. Ingratum te vocabit, qui, niſi ſua opera, ne eſſes quidem, qui praemium negare poſſes. Tu protinus reſpondebis, opinor, medico te praemium eſſe pollicitum, non mago, neque debere quicquam niſi rem malam ei qui beneficium male dederit, quamquam ne dediſſe quidem videtur, qui malum malo tollit. Id enim mutare eſt incommodum, non amovere. Dices enim animo nocitum, dum corpori ſubvenitur. Atque iſtam litem vinces, etiam iniquo judice. Atqui eadem, aut melior etiam, & vincibilior eſt tecum cauſa legi, quam quæ tibi futura fuerit cum medico. Nam ibi de privata mercedula diſceptaretur, hic de publico honore. Ibi falſus eſt unus, hic legi fraus facta, per quam cautum oportuit, ne quiſquam civium circumveniatur. Ibi ſalus data, certa quidem & efficaci, ſed ſuſpecta & improbata via: hic nefario ſcelere (cur enim non ſic appelletur homicidium, quod in civem contra legem admiſſum ſit?) non libertas reſtituta, ſed in extremum diſcrimen adducta Reſpublica, quandoquidem tuum factum perinde habet, ac ſi medicus quiſpiam ad curam mercede conductus, venenum pro remedio miniſtret: quod tamen ægrotanti (ita ut non raro conſuevit accidere) per occaſionem morbum adimat. Qui revaluit, ſuis fatis acceptum feret quod vivat. tibi mortem, tametſi vitarit, imputabit. Neque ſua referre putabit, utrum imperitia, an perperam, ac ſtudioſe pro pharmaco venenum porrexeris: propterea quod tui fuerat officii: aut non ſuſcipere negocium, ut ſuſcepiſti, ſimul & artem, & induſtriam, ac diligentiam, & quicquid a probato artifice ſolet requiri, ad curam adferre. Sed age, ſinimus adhuc poſſidere te quod dudum ſumus largiti: ut plane iſta via tyrannum occideris, citra ullum Reipub. diſcrimen. Lex non approbabit facinus tuum: niſi non tantum a crimine, verum etiam ab omni criminis ſpecie procul abfuerit: ne videlicet ea quæ in hoc potiſſimum adhibita eſt in civitatem, ut maleficium omne ſecludat, incolumitatem ſuam quam conveniebat, aut Deo cuipiam, aut certe Diis ſimillimo homini acceptam referri, ſceleri debere dicatur. Non approbabit, inquam, niſi Tyrannum ipſum quem nominatim invocavit ipſa, quaque permittit via ſuſtuleris: ne per rimam iſtam pericoloſum exemplum in Remp. irrepat. Poſtremo non niſi ferro, non clanculariis ac maleficis artibus: niſi virtute, niſi manu, niſi vitæ tuæ manifeſto contemptu tyrannum trucidaris. Neque enim hoc tantum ſpectat lex, ut Tyrannus in praeſens ſubmoveatur: verum illud multo magis reſpicit: ut omnes mortales intelligant in ea civitate viros eſſe fortes, qui non vereantur vitæ ſuæ diſpendio patriæ commodis conſulere: ac praeclari exemplo facinoris, omnes etiam in poſterum ab affectatione tyrannidis deterreantur: cum videant in ea civitate nullum eſſe tyrannis ſatis tutum praeſidium: quandoquidem illud nemo neſcit, qui vitæ ſuæ ſit contemptor, eum eſſe alienæ vitæ dominum. Nam quod omnino ſatellitium, quæ excubiæ, qui parietes, quæ arx, quæ arma adverſus hujuſmodi animum Tyranni caput defendant: qui patriæ libertatem ſua vita bene credat emi? Poſtremo autem: ut maxime tibi conſtet animus, ut conſtet via, id quod eſt totius negotii caput, non effeciſti. Tantum enim abeſt ut tyrannum occideris: ut quantum in te fuit, tyrannidem majorem in modum auxeris, interfecto tyranni filio. Quid autem refert, malitia, an ſtultitia Remp. in diſcrimen adduxeris? Nam illo quod vulgo dicunt nihil verius: Intempeſtivam benevolentiam nihil a ſimultate differre. *Tantum abeſt ut occideris tyrannum*: ut ne ſuſpicari quidem potueris id eventurum, ut ipſe ſemet occideret. Sed juvenem occidiſti patre inſolentiorem: quid tum poſtea, ſi patri & hujus ſcelera lex imputat? Magnum proinde tyranni ſatellitem, non Tyrannum occidiſti. Sed paratum tyrannidis haeredem occidiſti: in tyrannidem ſuccedit, qui prior, qui potior eſt in occupando. Verum eſto ſane, certum haeredem ſuſtuleris: igitur qui tyrannus erat futurus, interemiſti. Atqui quod futurum eſt, id nondum eſt. Porro lex eum qui jam tyrannus ſit, tolli jubet: non quem aliquando futurum divines. An qui ſtatuam ex pacto debeat, & rudem truncum praeſtiterit, fidem perſolviſſe videatur? Non arbitrabor. Ubi nunc igitur ſunt illa tam multa, quæ tibi ad praemium poſtulandum ſupererant? Vides quam ne unum quidem omnium tibi conſtet, quorum nihil oportebat deeſſe. Volui, inquis: id demum voluiſſe te lex credit, quod effeceris. Poſtea è re nata propoſitum eſt commutatum. Hoc igitur praemii tibi debetur, quod ei, qui in Olympiis medio è curſu, relicta meta, ad carceres reflectit habenas. At periclitatus es. Proinde id laudis auferes, quod is qui ſudavit in Olympiis, nec vicit. Sed occidiſti denique

verum eum, quem neque lex permittebat arbitrio tuo, neque ex uſu publico fuerat occidi. At bene vertit civitati, quod feciſti. Numini igitur gratia debetur, tali, qualem Palladem Atticis fuiſſe ferunt: de qua proverbium extat: quod Athenienſium male conſulta in bonum exitum vertere conſuevit. Non tu leges ſervaſti, ſed ſuſtuliſti: non libertatem reſtituiſti, ſed numen aliquod huic urbi propitium, quod eventum tuæ temeritati debitum, ſua commoditate a nobis avertit, quod tuam ſtultitiam nobis vertit in occaſionem reſtituendæ libertatis. Non ego ingratum erga te populum conſtituo, imo tu populum ingratum in Deos reddere laboras: quem cum ſemel in periculum vocaris, ne pro ſimplici Tyrannide duplicatam pateretur, nunc rurſum in diſcrimen trahere conaris, ne ab iratis ſuperis in priſtinam ſervitutem, aut gravius aliquod infortunium retrudatur. Quid tu te fucis & phaleratis dictis in alienum meritum inſinuas? Quid tibi in eo negocio laudem univerſam vendicas, ex quo praeter pœnam temeritatis, nihil ad te redire merito poſſit? Si Reipublicæ, ſi Judicibus probare potes, animum tuum Tyrannicida dignum, qui nullum periculum vitæ Reipublicæ cauſſa recuſarit: ſi facinus non ſcelere, non pernicioſo exemplo, ſed legitima via peregiſti, ſi fortuna tuis egregiis conatibus bene expeditum dedit eventum: aude Tyrannicidam te vocare: aude pulcherrimum, ac pene divinum munus a Republica poſcere, aude nobis ſervatas leges, reſtitutam civitatem: aude templa, aras, focos, fortunas omneis, tutos pueros, inviolatas virgines, impolluta matrimonia, denique hoc ipſum quod hic lege & apud Judices agimus, exprobrare: aude mihi minari, quod obſtiterim: aude civitatem ingratitudinis inſimulare, niſi laudem promeritam perſolverit: aude Judices, vel iniquos, vel corruptos clamitare, niſi ſuis ſententiis praemium tibi decreverint. Contra: ſi ſuſpectum quid volueris, ſi periculoſum, ſi contra leges, ſi cum ſcelere conjunctum quod feceris: ſit pudor, ac deſine tandem improbe praemium *flagitare*, quod nulla ratione promerueris: pœnam, ſi ſapis, incipe deprecari. Iſthuc fortaſſis ab aequitate Judicum, a civitate deorum munere laeta, queas impetrare. Neque enim putes unum me te a praemio deterrere. Imaginare iſthac in cauſſa pariter & leges, & Rempub. & deos tibi adverſari. Puta leges his tecum verbis agere: Si nos vere reſtitutas videri vis, ſine noſtram auctoritatem primum in hac tua cauſa valere. Longe plus laudis ex hoc judicio referes: ſi nobis ceſſeris: ſi parueris: ſi tuam cupiditatem noſtro ſubmiſeris arbitrio: ſi primum exemplum in te civibus edideris, revixiſſe nos: ſi monſtraris civitati jam non ex ſceleratorum libidine, ſed ex noſtro praeſcripto cuique vivendum eſſe. Atque altera ex parte Rempub. hac tecum oratione uti puta. Si civem bonum mihi praeſtare ſtudes, noli hanc ſtultitiæ notam mihi inurere: ut in poſterum re cognita, dicar ebrietate quadam gaudiorum ei praemium decreviſſe, cui pœna magis deberetur: noli mihi Deos, quos vix denique tam diutinis votis, tot ſacris, tot precibus, tot meis malis placavi, commovi, propitios reddidi, denuo per ingratitudinem iratos atque infenſos reddere. Sine ut mihi per te liceat ſaltem illorum beneficio frui; quod ſi te neque leges, neque Reſpub. commovet: certe Deorum orationem vereri debes, quos ita tecum agere putato: quid tu in noſtrae laudis poſſeſſionem te ingeris? Quid honori noſtro invides? Cur non ſinis nos in hanc civitatem perpetuo benignos eſſe? Cur tu ipſe tam ingratus exiſtis? Civitas haec ſemel mihi reſtitutam libertatem debet, tu bis debes commoditati noſtrae, & quod Rempub. ſervavimus, cujus tu pars es, & quod commoditate noſtra tuam periculoſam ſtultitiam, vel ſcelus potius, in maximam felicitatem verterimus. Etenim niſi nos dextri, propitiique adfuiſſemus, quid aliud tu quam perieras, & per te Reſpub.? Quod ſi plane contendis, ut praemium aliquod feras, abunde magnum praemium a nobis perſolutum eſt, quod per nos res a te male inſtituta bene verterit. A legibus merito major relata gratia, ſi noſtrae proſperitatis reſpectu, temeritatis ſimul, & ſceleris veniam condonarint. A civitate ſatis amplam laudem feres, ſi ea patiatur, ut in reſtitutæ libertatis hiſtoria, tuum quoque nomen admiſceatur. Hac laudis parte contentus, deſine nobis debitum velle praeripere, civitati munus noſtrum eripere, legibus auctoritatem adimere. Sed finem facio, nimirum exſtillata jam aqua. Quod ſupereſt, nunc veſtræ partes ſunt, Iudices, ſtatuere, utrum ſecundum leges, ſecundum Deos, ſecundum Rempub. ſententiam dicere, an ſecundum hunc glorioſum oſtentatorem pronunciare velitis. Utrum hanc urbis felicitatem hujus temeritati, hujus ſceleri acceptam ferre malitis, ſaepius exprobrandam, & brevi fortaſſis a ſuperis iratis (id quod abominor) auferendam, an in Deos, quibus ſine controverſia tota debetur, referre, eorundem pietate ſervandam, augendam, beneque fortunandam. Utrum magis ex uſu ſit, ut primo hoc judicio ſtatim leges circumventæ dicantur, an ut appareat, legum reſtitutarum ſeveritatem, & Judicum ſapientiam adverſus unius iniquam poſtulationem valuiſſe.

00079912

Digitized with financial assistance from
Observer Research Foundation
on 17 May, 2019